ÉDITIONS NOUVELLES DES CLASSIQUES LATINS

NARRATIONES
LATINÆ

EX TITO-LIVIO, SALLUSTIO, CICERONE, CÆSARE, TACITO, PLINIO, SEN[illegible] CURTIO, ETC.

COLL[illegible]

NOUVEAU RECUEIL

classé dans un ordre méthodique

AVEC DES SOMMAIRES ET DES NOTES EN FRANÇAIS

PAR M. TH. GUIARD

Professeur de seconde au lycée Henri IV, à Paris.

PARIS

LIBRAIRIE CH. DELAGRAVE

15, RUE SOUFFLOT, 15

NARRATIONES


LATINÆ.

COLLECTION NOUVELLE DES CLASSIQUES LATINS

NARRATIONES

LATINÆ.

Tout exemplaire de cet ouvrage non revêtu de ma griffe sera réputé contrefait.



Corbeil. — Typ. et stér. Crété.

NARRATIONES
LATINÆ

EX TITO-LIVIO, SALLUSTIO, CICERONE, CÆSARE, TACITO, PLINIO, SENECA, QUINTO-CURTIO, ETC.

COLLECTÆ.

NOUVEAU RECUEIL

classé dans un ordre méthodique

AVEC DES SOMMAIRES ET DES NOTES EN FRANÇAIS.

PAR M. TH. GUIARD

Professeur de seconde au lycée Charlemagne, à Paris.

NOUVELLE EDITION.

PARIS

LIBRAIRIE CH. DELAGRAVE

15, RUE SOUFFLOT, 15

1880

AVERTISSEMENT

SUR CE NOUVEAU RECUEIL.

En publiant un choix nouveau de *Narrations latines,* nous avons eu pour but de faire disparaître les imperfections et les lacunes qui déparent, selon nous, les compilations de nos devanciers.

Les Narrations contenues dans les recueils qui existent déjà ont été simplement rangées dans l'ordre chronologique : les morceaux empruntés à l'histoire des Mèdes et des Perses, par exemple, précèdent ceux qui sont relatifs à l'histoire grecque, et ceux-ci, à leur tour, amènent les récits qui se rapportent à l'histoire de Rome. Sauf quelques légères différences dans la distribution de la matière, les éditeurs ont tous suivi la même marche.

Nous ne prétendons pas assurément nous constituer juge de nos honorables devanciers; mais, ayant pris une autre voie, nous sommes tenu, on le conçoit, de rendre raison de notre travail.

Il ne nous a pas semblé que l'ordre chronologique fût l'ordre à suivre dans un choix de narrations. Ce procédé de classement simplifie beaucoup, il est vrai, le travail de l'éditeur, mais il ne satisfait pas un esprit méthodique. Deux récits d'un caractère tout-à-fait différent se trouvent ainsi souvent juxtaposés; anecdotes, descriptions, scènes de mœurs, résumés historiques, tableaux dramatiques, sont la plupart du temps, dans ce système, mêlés, confondus. Avec un pareil plan l'ordre n'est qu'extérieur; il n'a rien de réel. De gradation, il n'y en a pas, et il ne peut y en avoir, eût-on commencé par Quinte-Curce pour finir par Tacite. Un recueil de Narrations n'est pas un précis d'histoire. Il s'agit moins, dans l'explication du *Narrationes*, de la connaissance des faits par périodes et par dates, que de l'étude de la composition et du style, que de l'intelligence des grandes règles de l'art de penser et d'écrire. Nous croyons cela d'une vérité incontestable.

*

Nous nous sommes donc attaché à ranger dans un nouvel ordre les matières sur lesquelles s'est fixé notre choix. C'est là notre principale innovation ; car, à part quelques narrations sans intérêt, que nous avons cru devoir élaguer, nous avons inséré dans notre volume toutes celles qui composent les précédents recueils, et nous n'y avons ajouté d'ailleurs que certains morceaux de prédilection dont nous regrettions l'absence.

Non content d'établir un ordre méthodique dans notre Recueil, nous y avons introduit une autre classification qui nous semble encore plus essentielle ; nous avons placé d'abord les narrations les plus simples, pour nous élever graduellement à celles qui sont le plus artistement composées et le plus élégamment écrites : après les anecdotes proprement dites, les petits récits historiques ; puis les descriptions de plus en plus ornées ; puis enfin les grands morceaux où le talent du narrateur lutte avec l'importance et la difficulté du sujet. En un mot, nous avons voulu offrir aux jeunes gens des modèles dans les trois genres de style ; et pour cela nous nous sommes à peu près exclusivement borné aux grands maîtres.

Publier une suite de narrations *graduées* ; les rattacher les unes aux autres par le lien de l'analogie ; procéder quelquefois par contrastes ; faire succéder dans l'esprit des élèves des impressions toujours variées, toujours plus vives ; y déposer des notions exactes de philologie, d'histoire, de géographie, de littérature et de critique : voilà le but que nous nous sommes proposé.

Nous avons cru devoir accompagner nos Extraits de notes assez nombreuses. Sur ce point nous différons de la plupart de nos devanciers, qui semblent avoir craint de les multiplier. Nous pensons qu'elles ne peuvent être trop abondantes : un recueil de narrations latines n'est pas destiné à fournir des textes de devoirs ; à peine a-t-on l'occasion d'y indiquer quelques sujets de préparations dans l'intervalle des classes. Qu'importe, dès-lors, que les notes soient nombreuses, que tous les sens vraiment obscurs aient été éclaircis? Non-seulement nous n'y voyons pas d'inconvénients, mais nous y voyons de l'avantage : les élèves prépareront mieux l'explication de leur auteur (ce qu'on a tant de mal à obtenir d'eux) du moment qu'on leur aura rendu cet exercice plus facile. Si on pouvait faire que la lecture de leur *Narrationes* leur parût même attrayante, on n'aurait pas peu contribué à leurs progrès. Ce qu'on doit désirer pour des élèves de seconde, c'est-à-dire pour de futurs rhétoriciens, c'est qu'ils lisent du latin, qu'ils en lisent beaucoup. Or, un recueil qui leur permet d'étudier par eux-mêmes, sans effort, sans ennui, avec goût, avec intérêt, la majeure partie, ou même la totalité des morceaux qu'il contient, alors qu'il est matériellement impossible au profes-

seur de les faire tous expliquer dans le cours d'une année, un pareil recueil est un ouvrage éminemment utile : et nous ne dissimulons pas que nous avons eu l'ambition de publier un ouvrage de ce genre. Nous avons entrepris de faire pour la seconde, dans la mesure de nos forces, ce que M. J. Girard a fait avec succès pour la rhétorique. Notre *Narrationes* doit être, en quelque sorte, une introduction à son excellent *Conciones*.

Nous espérons qu'on accueillera avec bienveillance un travail qui peut servir au progrès des études. Nos notes laissent sans doute beaucoup à désirer, malgré l'attention scrupuleuse que nous avons mise à discuter tous les sens, à confronter toutes les éditions, à peser toutes les opinions ; mais nous comptons sur les lumières de nos collègues : c'est dire que nous comptons sur leur indulgence.

Th. G

TABLE MÉTHODIQUE.

DES MATIÈRES.

FIN DE LA TABLE MÉTHODIQUE.

TABLE DES MATIÈRES
PAR NOMS D'AUTEURS.

N. B. Le premier numéro est celui du classement méthodique.

NARRATIONES.

I.—FERMETÉ D'ARRIA.

L'héroïne de cette anecdote est la célèbre Arria, femme de Cæcina Pætus qui, ayant trempé dans une conspiration de Scribonius contre Claude, et ayant été condamné à la peine capitale, suivit l'exemple que lui donna sa femme, et prévint le supplice par une mort volontaire (an 797 de R., 40 de J.-C.) Arria se frappa d'un poignard et le présenta ensuite à son mari, en prononçant le mot connu que Pline rapporte avec trop d'admiration Il semble d'ailleurs reconnaître lui-même ce qu'il y eut de théâtral dans le suicide d'Arria, et il le condamne implicitement en lui opposant l'acte de courage et de force véritable qui fait le sujet de ce récit.

Ægrotabat Cæcina Pætus, maritus Arriæ; ægrotabat et filius, uterque mortifere, ut videbatur. Filius decessit, eximia pulchritudine, pari verecundia[1], et parentibus non minus ob alia carus, quam quod filius erat. Huic illa ita funus paravit, ita duxit exsequias, ut ignoraret maritus. Quinimo quoties cubiculum ejus intraret, vivere filium, atque etiam commodiorem[2] esse simulabat : ac persæpe interroganti quid ageret puer, respondebat : « Bene quievit, libenter cibum sumpsit. » Deinde quum diu cohibitæ lacrimæ vincerent[3] prorumperentque, egrediebatur : tunc se dolori dabat : satiata[4], siccis oculis, composito vultu redibat, tanquam orbitatem foris reliquisset[5]. Præclarum quidem illud ejusdem, ferrum stringere, perfodere pectus, extrahere pugionem, porrigere marito, addere vocem immortalem ac pene divinam : « Pæte, non dolet. » Sed tamen facienti ista dicentique gloria et æternitas[6] ante oculos erant : quo[7] majus est sine præmio æternitatis, sine præmio gloriæ abdere lacrimas, operire luctum, amissoque filio matrem adhuc agere[8]. (PLIN. SECUND., III, *epist.* 16.)

1.—1 *Pari verecundia* « d'une docilité égale à sa beauté. »
2 *Commodiorem* « mieux portant. »
3 *Vincerent*, se rendaient maîtresses.
4 *Satiata*, s.-ent. *lacrymis*.
5 *Tanquam orbitatem reliquisset foris*, pensée forte et énergiquement exprimée.
6 *Gloria et æternitas* pour *gloria æterna*.
7 *Quo* pour *hoc*.
8 *Matrem agere*, « faire la mère, jouer son rôle de mère »

2.—UN MAITRE ASSASSINÉ PAR SES ESCLAVES.

Sous les empereurs, le nombre des esclaves était effrayant; Sénèque rapporte (*De tranquill. animi*, VIII) que quelques riches particuliers en possédaient plusieurs milliers. Les maîtres avaient un pouvoir illimité sur leurs esclaves; ils pouvaient à leur gré les condamner au fouet ou à la mort; et telle était la dureté de la loi romaine, que, si le maître était tué dans sa demeure, et que le meurtrier ne fût pas découvert, tous les esclaves pouvaient être livrés au supplice. Nous voyons une habitation entière, composée de quatre cents individus, périr de cette manière. (TAC., *Ann.*, XIV, 43.)

Rem atrocem, nec tantum epistola dignam, Largius Macedo, vir prætorius a servis suis passus est, superbus alioquin dominus et sævus, et qui servisse patrem suum parum, immo nimium meminisset [1]. Lavabatur [2] in villa formiana: repente eum servi circumsistunt: alius fauces invadit: alius os verberat: alius pectus et ventrem: et quum exanimem putarent, abjiciunt in fervens pavimentum [3], ut experirentur an viveret. Ille, sive quia non sentiebat, sive quia non sentire [4] simulabat, immobilis et extentus, fidem peractæ mortis implevit [5]. Tum demum quasi æstu solutus [6] effertur: excipiunt servi fideliores: mulieres cum ululatu et clamore concurrunt. Ita et vocibus excitatus, et recreatus loci frigore, sublatis oculis agitatoque corpore vivere se (et jam tutum erat) confitetur [7]. Diffugiunt servi; quorum magna pars comprehensa est, ceteri requiruntur: ipse, paucis diebus ægre refocillatus, non sine ultionis solatio decessit, ita vivus vindicatus, ut occisi solent [8]. Vides quot periculis, quot contumeliis, quot ludibriis simus obnoxii. Nec est quod quisquam possit esse securus, quia sit remissus et mitis: non enim judicio [9]

2.—1 *Parum, immo nimium meminisset* « il s'en souvenait peu, ou, pour mieux dire, il s'en souvenait trop. » Il s'en souvenait peu; car, sans cela, le retour qu'il eût fait sur lui-même l'aurait disposé à mieux traiter ses esclaves. Il s'en souvenait trop, c.-à-d. qu'il voulait se venger sur eux des misères d'une condition par laquelle son père avait passé. C'est évidemment une imitation du « *eo immitior quia toleraverat* » de Tacite.

2 *Lavabatur*, « il prenait le bain. »

3 *In fervens pavimentum.* Le plancher de l'*hypocauston*, de l'étuve, qu'on chauffait par-dessous.

4 *Non sentire*, s.-ent. *se.*

5 *Fidem mortis implevit*, c.-à-d. *servis plane persuasit se mortuum esse.*

6 *Quasi æstu solutus*, « comme s'il avait été suffoqué par la chaleur. »

7 *Confitetur*, dans le sens de *indicat.*

8 *Ut occisi solent.* On crucifiait ordinairement les esclaves condamnés à mort.

9 *Non enim judicio*, etc. Construisez : *non enim domini perimuntur*

domini, sed scelere perimuntur. (PLIN. SECUND., III, *epist.* 14.)

3.—L'HOTE INGRAT.

Philippe II, roi de Macédoine, dont il est question dans le récit suivant, mourut trois cent trente-six ans avant Jésus-Christ, à l'âge de quarante-sept ans.

Philippus [1] Macedonum rex habebat militem [2] manu fortem, cujus in multis expeditionibus utilem expertus operam, subinde ex præda aliquid illi virtutis causa donaverat, et hominem venalis animæ crebris auctoramentis [3] accendebat. Hic naufragus in possessiones cujusdam Macedonis expulsus est [4], qui [5], ut nuntiatum est, accucurrit, spiritum ejus recollegit, in villam illum suam transtulit, lectulo suo cessit, affectum [6] semianimemque recreavit, diebus triginta impensa sua curavit, refecit, viatico [7] instruxit, subinde dicentem : Gratiam tibi referam : videre tantum mihi imperatorem meum contingat! Narravit Philippo naufragium suum, auxilium tacuit, et protinus petiit, ut sibi prædia cujusdam donaret. Ille quidam [8] erat hospes ejus, is ipse, a quo receptus erat, a quo sanatus. Multa interim reges, in bello præsertim, opertis oculis [9] donant : non sufficit homo justus [10] unus tot armatis cupiditatibus : non potest quisquam eodem tempore et bonum virum, et bonum ducem agere. Quomodo tot millia hominum insatiabilia satiabuntur : quid habebunt, si suum quisque habuerit [11]? Hoc Philippus sibi dixit, quum illum induci in bona quæ petebat jussit. Expulsus bonis suis ille,

judicio, sed scelere. Judicio, c.-à-d. *justa causarum æstimatione.* —*Scelere,* c.-à-d. *ferino impetu.* Les esclaves tuent leurs maîtres sans motif sérieux, mais dans l'accès d'une fureur sauvage.

3.—1 *Philippus.* Philippe, père d'Alexandre.

2 *Militem.* Ici, un militaire, un homme de guerre quelconque; comme chez nous l'expression *un militaire* peut s'appliquer à un officier aussi bien qu'à un soldat.

3 *Auctoramentis,* c.-à-d. *donis, præmiis.*

4 *Expulsus est,* « fut jeté par la tempête. »

5 *Qui,* s.-ent. *Macedo.*

6 *Affectus.* « brisé. »

7 *Viatico,* « provisions pour la route »; s'entend de l'argent et des vivres.

8 *Ille quidam,* « la personne en question. »

9 *Opertis oculis,* m. à m. « les yeux bandés. » Les princes *ont un bandeau sur les yeux.*

10 *Justus,* comme s'il y avait *vel justus,* « fût-il juste. »

11 *Quid habebunt...,* etc. « Que pourront-ils avoir si chacun garde ce qu'il a? »

non ut rusticus injuriam tacitus tulit, contentus quod non et ipse donatus esset : sed Philippo epistolam strictam[12] ac liberam scripsit : qua accepta ita exarsit, ut statim Pausaniæ mandaret, bona priori domino restitueret ; ceterum improbissimo militi, ingratissimo hospiti, avidissimo naufrago, stigmata[13] inscriberet, ingratum hospitem testantia. Dignus quidem fuit, cui non inscriberentur illæ literæ, sed insculperentur, qui hospitem suum, nudo et naufrago similem, in id in quo[14] jacuerat ipse litus expulerat. (SENECA, *de Benef.*, IV, *cap.* 37.)

4.—DÉVOUEMENT DE DEUX ESCLAVES.

Cette anecdote est un épisode de la guerre Sociale, qui eut lieu l'an 663 de Rome, 90 av. Jésus-Christ.

Claudius Quadrigarius[1] in duodevicesimo Annalium tradidit, cum obsideretur Grumentum[2] et jam ad summam desperationem ventum esset, duos servos ad hostem transfugisse, et operæ pretium fecisse[3]. Deinde urbe capta passim discurrente victore, illos per nota itinera ad domum in qua servierant, præcucurrisse, et dominam suam ante se egisse : et quærentibus quænam esset, dominam et quidem crudelissimam ad supplicium ab ipsis duci, professos esse. Eductam deinde extra muros, summa cura celasse, donec hostilis ira consideret : deinde, ut satiatus miles cito ad Romanos mores rediit, illos quoque ad suos redisse, et dominam sibi ipsos dedisse. Manumisit utrumque e vestigio[4] illa : nec indignata est ab his se vitam accepisse, in quos vitæ necisque potestatem habuisset. Potuit sibi hoc vel magis gratulari. Aliter enim servata[5],

12 *Strictam*, « serrée, » c.-à-d. rigoureuse, énergique.

13 *Stigmata*, marques imprimées avec un fer chaud. On marquait les esclaves soit au front, soit au ventre, etc. selon les cas. L'esclave marqué gardait le surnom de *stigmatias*.

14 *In id in quo....* etc. Mauvais jeu d'esprit.

4.—1 *Claud. Quadrigarius*, historien dont les ouvrages sont perdus. Il avait composé ou traduit du grec des Annales qui s'étendaient jusqu'à la guerre civile de Sylla et de Marius.

2 *Grumentum*. Auj. Armento, ville de Lucanie, à l'O. de Métaponte.

3 *Operæ pretium fecisse*, m.-à-m. « firent œuvre méritoire, » firent merveille, se distinguèrent dans les rangs de l'ennemi.

4 *E vestigio*, « tout d'abord, » comme nous disons *de ce pas* pour *aussitôt*.

5 *Aliter servata*, « si elle avait été sauvée autrement » (que par des esclaves).

munus notæ et vulgaris clementiæ[6] habuisset : sic servata, nobilis fabula[7], et exemplum duarum urbium[8] fuit. In tanta confusione captæ civitatis, quum sibi quisque consuleret, omnes ab illa præter transfugas fugerunt[9]. At hi, ut ostenderent quo animo facta esset prior illa transitio, a victoribus ad captivam transfugerunt, personam parricidarum ferentes[10]. Quod in illo beneficio maximum fuit, tanti judicaverunt, ne domina occideretur, videri dominam occidisse. Non est, mihi crede, non, dico, servilis animi, egregium factum fama sceleris emisse. (SENECA, *de Benef.*, III, *cap*. 23.)

5.—LES FRÈRES PHILÈNES.

La narration suivante nous transporte au temps des luttes de Carthage et de Cyrène : la concurrence commerciale, non moins que la diversité d'origine, avait formé entre ces deux villes une rivalité qui se traduisit en guerres longues et sanglantes, à une époque antérieure aux guerres puniques. Quant à l'aventure même, sujet de cette narration, il faut sans doute la ranger parmi ces fables héroïques dont tous les peuples ont orné le berceau de leur histoire.

Qua tempestate Carthaginienses pleraque Africa imperitabant, Cyrenenses[1] quoque magni atque opulenti fuere. Ager in medio arenosus, una specie[2] : neque flumen, neque mons erat, qui fines eorum discerneret ; quæ res eos in magno diuturnoque bello inter se habuit. Postquam utrimque legiones, item classes sæpe fusæ fugatæque, et alteri alteros aliquantum attriverant, veriti ne mox victos victoresque defessos alius aggrederetur, per inducias sponsionem faciunt, « uti certo die legati domo proficiscerentur ; « quo in loco inter se obvii fuissent, is communis utriusque « populi finis haberetur. »

6 *Clementiæ vulgaris*, c. à d. *ab hostibus in ipsam collatæ*

7 *Nobilis fabula fuit*, « elle attacha son nom à une noble légende. »

8 *Duarum urbium*. Ces deux villes ne peuvent être que Grumentum et Rome, puisque le dévouement des esclaves en question avait eu pour témoins les habitants de Grumentum et les Romains qui l'assiégeaient.

9 *Præter transfugas fugerunt*. Encore de l'esprit déplacé.

10 *Personam parricidarum ferentes*, m. à m. « jouant le rôle de parricides, » sous couleur de commettre un parricide. L'esclave qui tuait son maître était réputé parricide.

5.—1 *Cyrenenses*, « Cyrène » (auj. Curin ou Grennah), ville de l'Afrique septentrionale, capitale de la Cyrénaïque, près de la côte.

2 *Una specie*, « n'offrant qu'une surface *uniforme*. »

Igitur Carthagine duo fratres missi, quibus nomen Philænis erat, maturavere iter pergere : Cyrenenses tardius iere. Id socordiane an casu acciderit, parum cognovi. Ceterum solet in illis locis tempestas haud secus atque in mari[3] retinere : nam ubi per loca æqualia et nuda gignentium[4] ventus coortus arenam humo excitavit, ea, magna vi agitata, ora oculosque implere solet; ita prospectu impedito, morari iter. Postquam Cyrenenses aliquanto posteriores se vident, et ob rem corruptam[5] domi pœnas metuunt, criminari Carthaginienses ante tempus domo digressos; conturbare rem; denique omnia malle, quam victi abire. Sed quum Pœni aliam conditionem[6], tantummodo æquam, peterent, Græci[7] optionem Carthaginiensium faciunt, ut vel illi, quos fines populo suo peterent, ibi vivi obruerentur; vel eadem conditione[8] sese, quem in locum vellent, processuros. Philæni, conditione probata, seque vitamque suam reipublicæ condonavere : ita vivi obruti. Carthaginienses in eo loco Philænis fratribus aras[9] consecravere; aliique illis domi honores instituti. (SALL., JUG., *cap.* 79.)

6.—AVENTURE D'ARION.

Arion, poëte et musicien grec, né à Méthymne, dans l'île de Lesbos, florissait vers l'an 620 avant Jésus-Christ. On le regarde comme l'inventeur du dithyrambe. Il est presque inutile de dire que cette aventure d'Arion n'est qu'une légende poétique.

Vetus, et nobilis Ario cantator fidibus fuit. Is loco et oppido Methymnæus[1], terra atque insula omni Lesbius fuit.

3 *Tempestas haud secus*, etc. » Dans ce malheureux pays, dit Solin, la mer a les dangers de la terre, et la terre ceux de la mer. La vase fait échouer le voyageur dans les Syrtes, et le vent le fait périr dans les sables. » Suivant Shaw, en plusieurs endroits de la Numidie on est obligé de marquer le chemin d'un village à un autre par un grand nombre de troncs de palmiers plantés de distance en distance.

4 *Gignentium* p. *genitorum*, « des végétaux. » L'actif pour le passif, comme on dit en français une musique *chantante*, des couleurs *voyantes*.

5 *Ob rem corruptam* p. *ob damnum patriæ illatum*.

6 *Aliam conditionem*, « toute autre condition. »

7 *Græci*, « les Grecs, » c.-à-d. les Cyrénéens. La Cyrénaïque avait été colonisée par les Grecs.

8 *Eadem conditione*, « au même prix. »

9 *Aras* doit se prendre ici dans son sens propre, « une masse de terre élevée, » ou « un monceau de pierres amassées sur la place comme monument. » selon l'usage des Orientaux. Il y a lieu de croire que les Carthaginois firent par la suite construire quelque tombeau sur la sépulture des Philènes, lequel servait en même temps de borne à leur Etat.

6.—1 *Loco Methymnæus... terrâ Lesbius*. « Natif de Méthymne, et Lesbien de nation. »

Eum Arionem rex Corinthi Periander[2] amicum amatumque[3] habuit artis gratia. Is inde a rege proficiscitur, terras inclytas Siciliam atque Italiam visere. Ubi eo venit, auresque omnium mentesque in utriusque terræ urbibus demulsit; in quæstibus istic et voluptatibus fuit. Is tum postea, grandi pecunia et re bona multa copiosus, Corinthum instituit redire Navem igitur et navitas, ut notiores amicioresque, sibi Corinthios delegit. Sed eo Corinthios narrant homine accepto, navique in altum provecta, prædæ pecuniæque cupidos cepisse consilium de necando Arione. Tum illum ibi, pernicie intellecta, pecuniam ceteraque sua ut haberent dedisse; vitam, modo sibi ut parcerent, oravisse: navitas precum ejus harum commiseritum esse illactenus[4] ut ei necem afferre per vim suis manibus temperarent; sed imperavisse ut jam statim coram desiliret præceps in mare. Homo ibi territus, spe omni vitæ perdita, id unum postea oravit, ut, prius quam mortem oppeteret, induere permitterent sua sibi omnia indumenta, et fides capere, et canere carmen casus illius sui consolabile.

Feros et immanes navitas prolubium[5] tamen audiendi subit. Quod oraverat, impetrat. Atque ibi mox de more cinctus, amictus, ornatus, stansque in summæ puppis foro, carmen, quod orthium[6] dicitur, voce sublatissima cantavit. Ad postrema cantus, cum fidibus ornatuque omni, sicut stabat canebatque, jecit sese procul in profundum. Navitæ, haudquaquam dubitantes quin perisset, cursum, quem facere cœperant, tenuerunt. Sed novum et mirum et pium[7] facinus contigit: delphinum repente inter undas adnavisse fluitantique sese homini subdidisse, et dorso super fluctus edito vectavisse; incolumique eum corpore et ornatu Tænarum[8] in terram Laconiam devexisse. Tum Arionem prorsus

[2] *Periander*, « Périandre, » fils de Cypsélus, un des 7 sages de la Grèce.

[3] *Amicum amatumque habuit*, « il eut pour lui une amitié qui allait jusqu'à l'amour. »

[4] *Illactenus* pour *hactenus*. Il se rencontre dans ce morceau bien des expressions d'une latinité suspecte et qui ne sont pas à imiter.

[5] *Prolubium*, « fantaisie », est de ce genre.

[6] *Carmen orthium*, « le mode ou nome orthien. » Les musiciens grecs appelaient *nome* (νόμος) un chant ou un air assujetti à certaine harmonie et à certaine cadence comme à une sorte de *loi* qu'il n'était pas permis d'enfreindre. Le nome *orthien* était consacré à Pallas; on en comptait jusqu'à sept espèces. (Burette, *Mém. de l'Acad. des Inscr.*, t. VIII.) Ce nome était vif, éclatant, guerrier. Terpandre en était l'inventeur.

[7] *Pium*, « auguste, qui inspire de la piété. »

[8] *Tænarum*, « le cap Ténare, » promontoire de Laconie, aujourd'hui cap Matapan.

ex eo loco Corinthum petivisse : talemque Periandro regi, qualis delphino vectus fuerat, inopinanti sese obtulisse; eique rem, sicuti acciderat, narravisse. Regem isthæc parum [9] credidisse; Arionem, quasi falleret, custodiri jussisse. Navitas requisitos, ablegato Arione, dissimulanter interrogasse, ecquid audissent in his locis, unde venissent, super Arione : eos dixisse, hominem qrum inde irent, in terra Italia fuisse; eumque illic bene agitare, et studiis delectationibusque urbium florere, atque in gratia pecuniaque magna opulentum fortunatumque esse. Tum inter hæc eorum verba Arionem cum fidibus et instrumentis, cum quibus se in salum ejaculaverat, exstitisse : navitas stupefactos convictosque ire inficias non quisse. Eam fabulam dicere Lesbios et Corinthios : atque esse fabulæ argumentum, quod simulacra duo ænea ad Tænarum viserentur, delphinus vehens et homo insidens. (AUL. GELL., XVI, *cap.* 19.)

7.—L'ENFANT ET LE DAUPHIN.

Le Dauphin est un mammifère de l'ordre des cétacés. Il est vif, agile, familier et paraît susceptible d'attachement. (*Voy.* LACÉPÈDE.)

Est in Africa Hipponensis colonia [1], mari prixima : adjacet navigabile [2] stagnum ; ex hoc, in modum fluminis, æstuarium [3] emergit, quod vice alterna, prout æstus aut repressit aut impulit, nunc infertur mari, nunc redditur stagno. Omnis hic ætas [4] piscandi, navigandi, atque etiam natandi studio tenetur ; maxime pueri, quos otium ludusque sollicitat. His gloria et virtus altissime provehi : victor ille qui longissime, ut litus, ita simul nantes reliquit. Hoc certa-

[9] *Isthæc parum.* L'incrédulité de Périandre semble en contradiction avec ce qui est dit plus haut de son amitié pour Arion. Aussi des commentateurs, se fondant sur l'altération du texte, ont-ils prétendu substituer *iratum* à *Istægrarum* que portent les manuscrits. Mais le *quasi falleret custodiri* qui suit ne laisse pas de doute, d'autant que ces mots sont la traduction de ce passage d'Hérodote · Περίανδρον δὲ ὑπὸ ἀπιστίης Ἀρίονα ἐν φυλακῇ ἔχειν.

7.—[1] *Hipponensis colonia,* Hippone (*Hippo regius*), aujourd. Bone dans la Numidie orientale. Il y avait une autre Hippone (*Hippo zarythos* ou *Diarrhytos*) dans la Zeugitane près d'Utique, sur la mer.

[2] *Navigabile,* c'est-à-dire *navium patiens.*

[3] *Æstuarium,* « un bassin de décharge, » qui unissait l'étang à la mer, un estuaire.

[4] *Omnis ætas,* « tous les âges, » pour des personnes de tout âge.

mine puer quidam, audentior ceteris, in ulteriora tendebat[5]: delphinus occurrit, et nunc præcedere puerum, nunc sequi, nunc circumire, postremo subire, deponere, iterum subire, trepidantemque perferre primum in altum : mox flectit ad littus redditque terræ et æqualibus. Serpit per coloniam fama : concurrere omnes, ipsum puerum tanquam miraculum adspicere, interrogare, audire, narrare. Postero die, obsident littus, prospectant mare, et si quid mari simile[6]: Natant pueri : inter hos ille, sed cautius. Delphinus rursus ad tempus, rursus ad puerum venit. Fugit ille cum ceteris. Delphinus, quasi invitet et revocet, exsilit, mergitur, variosque orbes implicitat expeditque[7]. Hoc altero die, hoc tertio, hoc pluribus, donec homines innutritos mari subiret timendi pudor : accedunt, et adludunt, et appellant : tangunt etiam pertrectantque præbentem[8]. Crescit audacia experimento. Maxime puer, qui primus expertus est, adnatat natanti, insilit tergo ; fertur referturque ; agnosci se, amari putat, amat ipse : neuter timet, neuter timetur : hujus[9] fiducia, mansuetudo illius augetur. Nec non alii pueri dextra lævaque simul eunt hortantes monentesque. Ibat una (id quoque mirum) delphinus alius, tantum spectator et comes. Nihil enim simile aut faciebat, aut patiebatur : sed alterum illum ducebat, reducebat, ut puerum ceteri pueri. Incredibile (tam verum tamen quam priora) delphinum gestatorem collusoremque puerorum in terram quoque extrahi solitum, arenisque siccatum, ubi incaluisset, in mare revolvi. Constat Octavium Avitum, legatum proconsulis, in littus educto religione prava[10] superfudisse unguentum cujus illum novitatem odoremque in altum refugisse, nec nisi post multos dies visum, languidum et mœstum ; mox, redditis viribus, priorem lasciviam et solita ministe-

5 *In ulteriora tendebat*, « poussait plus loin que les autres, » probablement dans la mer.

6 *Si quid est mari simile*. Il s'agit de l'*æstuarium*, que la mer remplissait à l'heure du flux. *Si quid* pour *quidquid*.

7 *Orbes implicitat expeditque*, m. à m. « noue et dénoue mille tours. » Le dauphin ne tournait pas toujours dans le même sens ; mais quand il avait fait un *tour*, il le recommençait à l'inverse.

8 *Præbentem*, « le dauphin qui s'y prête » : s.-ent. *se tractandum*.

9 *Hujus*, s.-ent. *pueri*.

10 *Religione prava*, « par un scrupule religieux. » Casaubon, dans son commentaire sur Suétone (*Cæsar*, § 81), allègue différentes autorités pour établir qu'il était d'usage chez les anciens, lorsqu'on rendait à la liberté un animal favori, un oiseau, par exemple, de l'arroser de quelque liqueur précieuse. Il cite entre autres l'historiette de Pline. Faut-il rapporter à cet usage la fantaisie superstitieuse d'Octavius Avitus?

ria[11] repetisse. Confluebant ad spectaculum omnes magistratus, quorum adventu et mora[12] modica respublica novis sumptibus atterebatur. Postremo locus ipse quietem suam secretumque perdebat. Placuit occulte interfici, ad quod coibatur. (PLIN. SECUND., IX, *epist.* 33.)

8.—L'ALOUETTE ET SES PETITS.

En comparant cette fable à celle de La Fontaine (liv. IV, fab. 22), on reconnaîtra facilement toute la supériorité de notre grand fabuliste.

Æsopus lepide atque jucunde præmonet, spem fiduciamque rerum, quas efficere quis possit, haud unquam in alio, sed in semetipso habendam. Avicula, inquit, est parva. Nomen est cassita. Habitat nidulaturque in segetibus, id ferme temporis, ut appetat[1] messis, pullis jamjam plumantibus. Ea cassita in sementes forte congesserat[2] tempestiviores[3]. Propterea, frumentis flavescentibus, pulli etiam tunc involucres[4] erant. Quum igitur ipsa iret cibum pullis quæsitum, monet eos ut, si quid ibi rei novæ fieret diceretur ve, animadverterent, idque uti sibi, ubi redisset, nuntiarent. Dominus postea segetum illarum filium adolescentem vocat, et : « Videsne, inquit, hæc ematuruisse, et manus[5] jam postulare ? Idcirco die crastino, ubi primum diluculabit[6], fac amicos adeas, et roges veniant, operamque mutuam dent, et messem hanc nobis adjuvent. » Hæc ubi ille dixit, discessit. Atque, ubi rediit cassita, pulli trepiduli circumstrepere, orareque matrem ut jam statim properet, atque alium in locum sese asportet. « Nam dominus, inquiunt, misit qui amicos rogaret uti luce oriente veniant et metant. » Mater jubet eos animo otioso esse : « Si enim

[11] *Solita ministeria*, « son office accoutumé » de *gestator puerorum*.

[12] *Mora* le séjour qu'ils faisaient dans la ville.

8.—[1] *Ut appetat*. Nous rétablissons la leçon des anciennes éditions. Celle de Gronovius porte *appetit*, qui ne nous semble pas juste. Les alouettes, pour faire leur nid, prennent leur temps *de manière que la moisson soit proche* quand les petits ont déjà des plumes.

[2] *Congesserat* avait fait son nid. *Congerere* (συμφορεῖν), *festucas, floccos, herbas, ad nidum struendum*.

[3] *Tempestiviores in sementes*, « dans un champ où le blé était plus avancé, » trop avancé. *Tempestivus*, dans Horace, a le sens de « mûr. »

[4] *Involucres* pour *non volucres* « hors d'état de voler. »

[5] *Manus*, « la main des moissonneurs, » la faucille.

[6] *Diluculabit*. Ce verbe n est usité qu'à la troisième personne, et ne se trouve que dans Aulu-Gelle.

dominus, inquit, messem ad amicos rejicit, crastino seges non metetur; neque necesse est hodie uti vos auferam. »

Die igitur postero, mater in pabulum volat. Dominus, quos rogaverat, opperitur; sol fervit, et fit nihil: et amici nulli erant. Tum ille rursum ad filium: « Amici isti, inquit, magnam partem cessatores sunt. Quin potius imus, et cognatos affinesque et vicinos nostros oramus, ut adsint cras tempori[7] ad metendum. » Itidem hoc pulli pavefacti matri nuntiant. Mater hortatur ut tum quoque sine metu ac sine cura sint : cognatos affinesque nullos ferme tam esse obsequibiles, ut ad laborem capessendum nihil cunctentur, et statim dicto obediant. « Vos modo, inquit, advertite si modo quid denuo dicetur. » Alia luce orta, avis in pastum profecta est. Cognati et affines operam quam dare rogati sunt supersederunt. Ad postremum igitur dominus filio : « Valeant, inquit, amici cum propinquis. Afferes prima luce falces duas : unam egomet mihi, et tu tibi capies alteram; et frumentum nosmetipsi manibus nostris cras metemus. » Id ubi ex pullis dixisse dominum mater audivit : « Tempus, inquit, est cedendi et abeundi : fiet nunc, dubio procul, quod futurum dixit. In ipso enim jam vertitur[8] cuja[9] est res; non in alio, unde petitur. » Atque ita cassita nidum migravit[10]. Seges a domino demessa est. » (AUL. GEL., *lib.* II, *cap.* 29.)

9.—LE CAPTATEUR DE TESTAMENTS.

Il s'agit dans la narration suivante d'une peinture des mœurs privées à Rome du temps de l'empereur Trajan.

Assem para[1], et accipe auream fabulam[2], fabulas immo;

[7] ***Tempori***, pour ***tempestivè***, ***in tempore***.

[8] ***In ipso vertitur res***, « désormais tout porte, tout roule sur le maître lui-même. »

[9] ***Cuja***, pour ***cujus***

[10] ***Nidum migravit***, p. ***aliò nidum transportans migravit***. Le changement du verbe neutre en verbe transitif n'est pas sans exemple en latin (V. Corn. Népos, ***Atticus***, XI; Cicér., ***de Arusp. respons.***, XXV); mais il faut s'en défier. C'est ainsi qu'en français on a dit longtemps, et que certaines personnes disent encore improprement : « sortez ce cheval, » pour « faites sortir ce cheval; entrez cette voiture, » pour « faites entrer cette voiture; Aller promener, » pour « aller se promener, » etc. C'est une locution gasconne, contre laquelle Vaugelas proteste. (***Remarques sur la langue française***, t. I, p. 174.)

9.—[1] ***Assem para***. Comme on fait pour un charlatan qui a diverti le public. L'as valait environ 5 centimes.

[2] ***Auream fabulam***, « une historiette précieuse, unique, qui vaut de l'or, » c'est-à-dire « ***impayable***. »

nam me priorum nova admonuit: nec refert a qua potissimum incipiam. Verania Pisonis[3] graviter jacebat : hujus dico Pisonis quem Galba adoptavit. Ad hanc Regulus venit. Primum impudentiam[4] hominis, qui venerit ad ægram cujus marito inimicissimus, ipsi[5] invisissimus fuerat ! Esto, si venit tantum[6] : at ille etiam proximus toro sedit : quo die, qua hora nata esset interrogavit. Ubi audivit, componit vultum[7], intendit oculos, movet labra, agitat digitos, computat, nihil[8], nisi ut diu miseram expectatione suspendat. « Habes, inquit, climactericum tempus[9], sed evades. Quod ut tibi magis liqueat, aruspicem consulam, quem sum frequenter expertus. » Nec mora : sacrificium facit; affirmat exta cum siderum significatione congruere. Illa, ut in periculo credula, poscit codicillos : legatum Regulo scribit; mox ingravescit; clamat moriens : « O hominem nequam, perfidum, ac plus etiam quam perjurum ! qui sibi per salutem filii pejerasset. » Facit hoc Regulus non minus scelerate quam frequenter, quod iram deorum, quos ipse quotidie fallit, in caput infelicis filii detestatur[10]. Velleius Blæsus, ille locuples consularis, novissima valetudine conflictabatur[11] : cupiebat mutare testamentum. Regulus, qui speraret[12] aliquid ex novis tabulis, quia nuper captare eum cœperat, medicos hortari, rogare, quoquo modo spiritum homini prorogarent[13]. Postquam signatum est testamentum, mutat personam, vertit allocutionem iisdem medicis : « Quousque miserum cruciatis? quid invidetis bonam mortem[14], cui dare vitam non potestis? » Moritur Blæsus,

3 *Pisonis*, sous-entendu *uxor*, comme dans Virgile *Hectoris Andromache*, et dans Ovide *Elisa Sichæi*.

4 *Impudentiam*, s.-ent. *mirare*.

5 *Ipsi*, sous-entendu *ægræ*.

6 *Esto, si venit tantùm*, « passe encore s'il s'était contenté de venir.»

7 *Componit vultum*. Racine s'est souvenu de cette expression dans ces beaux vers de *Britannicus* : Mais ceux qui de la cour ont un plus long usage —Sur les yeux de César composent leur visage. (acte v, sc. 5).

8 *Computat, nihil*, « il fait mine de calculer, » de compter sur ses doigts; mais quoi? rien. *Computare, agitare digitos*, κάμπτειν τοὺς δακτύλους.

9 *Climactericum tempus*. Les anciens attachaient aux composés de 7 et de 9, et surtout à la 63e année, des idées superstitieuses.

10 *Detestatur*, p. *in deterius testatur*, «il atteste à mauvais escient, à mauvaise fin. »

11 *Conflictabatur novissima valetudine*, « était aux prises avec la maladie qui l'enleva.

12 *Qui speraret*. *Qui* pour *ut qui*, « en homme qui espérait. »

13 *Prorogarent*. Expression piquante. Régulus prie les médecins d'accorder une *prorogation* de vie à Blésus, comme on accorde une prorogation de pouvoirs à un magistrat, un ajournement à un débiteur.

14 *Cur bonam mortem invidetis*, « pourquoi l'empêchez-vous mécham-

et, tanquam omnia audisset[15], Regulo ne tantulum quidem. (PLIN. SECUND., II, *epist.* 20.)

10.—AVENTURE DE CANIUS.

Rollin a supérieurement analysé cette jolie narration dans le *Traité des Etudes*, III, 3. Nous nous contentons d'y renvoyer.

C. Canius, eques Romanus, nec inficetus et satis litteratus, quum se Syracusas otiandi (ut ipse dicere solebat) non negotiandi[1] causa contulisset, dictitabat, se hortulos aliquos velle emere, quo invitare amicos, et ubi se oblectare sine interpellatoribus posset. Quod quum percrebuisset, Pythius ei quidam, qui argentariam faceret[2] Syracusis, dixit venales quidem se hortos non habere, sed licere uti Canio, si vellet, ut suis; et simul ad cœnam hominem[3] in hortos invitavit in posterum diem. Quum ille promisisset, tum Pythius qui esset, ut argentarius, apud omnes ordines gratiosus[4], piscatores ad se convocavit; et ab his petivit ut ante suos hortulos postridie piscarentur; dixitque quid eos facere vellet. Ad cœnam tempore[5] venit Canius : opipare a Pythio apparatum convivium : cymbarum ante oculos multitudo[6] : pro se quisque quod ceperat, afferebat : ante pedes Pythii pisces abjiciebantur. Tum Canius, « Quæso, inquit, quid est hoc, Pythi ? tantumne piscium ? tantumne cymbarum ? » Et ille, « Quid mirum ? inquit : hoc loco est, Syracusis quidquid est piscium : hæc aquatio[7]; hac villa isti carere non possunt. » Incensus Canius cupiditate, contendit[8] a Pythio

ment de mourir en paix de sa belle mort? »

15 *Tanquàm omnia audisset*, « comme s'il avait pu entendre tout ce qui devait être dit » après la clôture du testament.

10.—1 *Negotiandi*. Les chevaliers romains étaient banquiers et quelque peu usuriers : de là la grande fortune que firent certains membres de l'ordre équestre. Remarquez le jeu de mots, *otiandi*, non *negotiandi*, non pour *affaire*, mais pour *ne rien faire*.

2 *Qui argentariam faceret*. Ce conditionnel *faceret*, comme le *qui esset* qu'on lit plus bas, a de la grâce. Cicéron raconte tout cela sur le dire d'autrui; il en parle d'un ton leste et dégagé. Ce Pythius *devait être* quelque chose comme un banquier, il *devait faire* la banque.

3 *Hominem* « le personnage en question. » *Hominem*, dit Rollin, est bien plus élégant que *illum*.

4 *Apud omnes ordines gratiosus*, comme on dit *bien posé dans le monde*, « influent, considéré dans toutes les classes. »

5 *Tempore* « à l'heure dite. »

6 *Cymbarum... multitudo*. Construction pittoresque.

7 *Aquatio*, « on vient y faire aiguade, provision d'eau douce. »

8 *Contendit... ut venderet*, « le presse de lui vendre sa villa. »

ut venderet. Gravate[9] ille primo. Quid multa? impetrat; emit homo cupidus et locuples, tanti, quanti Pythius voluit; et emit instructos[10]; nomina facit[11]; negotium conficit. Invitat Canius postridie familiares suos : venit ipse mature : scalmum nullum videt : quærit ex proximo vicino, num feriæ quædam piscatorum essent, quod eos nullos videret. « Nullæ (quod sciam) inquit ille : sed hic piscari nulli solent; itaque heri mirabar quid accidisset. » Stomachari Canius : sed quid faceret? nondum enim Aquillius[12], collega et familiaris meus, protulerat de dolo malo formulas[13], in quibus ipsis quum ex eo quæreretur quid esset « dolus malus, » respondebat : « Quum esset aliud simulatum, aliud actum. » (Cic., *de Offic.*, III, 14.)

11.—LE FANTOME.

Cette anecdote se rapporte au règne de Trajan, c'est-à-dire au deuxième siècle de l'ère chétienne.

Erat Athenis spatiosa et capax domus, sed infamis et pestilens[1]. Per silentium noctis sonus ferri, et, si attenderes acrius, strepitus vinculorum, longius primo, deinde e proximo, reddebatur[2] : mox apparebat idolon[3]; senex macie et squalore confectus, promissa barba, horrenti capillo, cruribus compedes, manibus catenas gerebat quatiebatque. Inde inhabitantibus tristes diræque noctes per metum vigilabantur : vigiliam morbus, et, crescente formidine, mors sequebatur. Nam interdiu quoque, quanquam abscesserat imago, memoria imaginis oculis inerrabat;

9 *Gravate*, « froidement, d'un air compassé, avec un flegme pesant. »
10 *Instructos*, « munis de tous leurs accessoires. »
11 *Nomina facit*, « il fait un sous-seing à Pythias. »
12 *Aquillius* avait été collègue de Cicéron dans la préture. C'était un jurisconsulte célèbre, auteur d'un écrit sur le dol, *de Dolo malo*.
13 *Formulas*, « définitions du dol, » et sans doute aussi « formalités à suivre dans les actions de dol. »

11.—1 *Infamis et pestilens*, « mal famée, décriée, » en mauvaise odeur.
2 *Reddebatur*, « venait frapper l'oreille. » Le son est comme enfermé dans l'objet qui le contient, et quand il s'en échappe, il semble que l'objet d'où il sort le *rend*. L'argent *rend* un son clair. Dans Tite-Live : *vocem redditam ferunt*, « on dit qu'une voix sortit. »
3 *Idolon*, « un spectre. »

longiorque[4] causis timoris timor erat. Deserta inde et damnata solitudine domus, totaque illi monstro relicta. Proscribebatur tamen, seu quis emere, seu quis conducere ignarus tanti mali vellet. Venit Athenas philosophus Athenodorus, legit titulum[5], auditoque pretio, quia suspecta vilitas, percunctatus, omnia docetur, ac nihilominus, immo tanto magis conducit. Ubi cœpit advesperascere jubet sterni[6] sibi in prima domus parte, poscit pugillares, stylum, lumen : suos omnes in interiora dimittit; ipse ad scribendum, animum, oculos, manum intendit, ne vacua mens audita simulacra et inanes sibi metus fingeret. Initio, quale ubique, silentium noctis; deinde concuti ferrum, vincula moveri : ille non tollere oculos, non remittere stylum, sed obfirmare animum, auribusque prætendere[7] : tum crebrescere fragor, adventare, et jam ut in limine, jam ut intra limen audiri : respicit, videt, agnoscitque narratam sibi effigiem. Stabat[8], innuebatque digito, similis vocanti : hic contra, ut paululum exspectaret, manu significat : rursusque ceris et stylo incumbit : illa scribentis capiti catenis insonabat : respicit rursus idem quod prius innuentem; nec moratus tollit lumen, et sequitur. Ibat illa lento gradu, quasi gravis vinculis : postquam deflexit in aream[9] domus, repente dilapsa deserit comitem; desertus herbas et folia concerpta[10] signum loco ponit. Postero die adit magistratus, monet ut illum locum effodi jubeant. Inveniuntur ossa inserta catenis et implicita, quæ corpus ævo terraque putrefactum nuda et exesa reliquerat vinculis : collecta publice sepeliuntur : domus postea rite conditis[11] manibus caruit. (PLIN. SEC., VII, *ep.* 27.)

[4] *Longior causis timor erat*, « la crainte survivait à la cause qui l'inspirait. » Il suffisait de trembler pendant la nuit, c.-à-dire pendant les heures que le fantôme choisissait pour faire ses visites; mais on tremblait même durant le jour, quand les apparitions avaient cessé.

[5] *Titulum*, « l'écriteau. »

[6] *Sterni sibi jubet*. « il se fait dresser un lit, » moins pour dormir que pour étudier. Les anciens se servaient de lits, comme nous nous servons de nos *canapés*. (*V.* Quintilien, x, 3, p. 936.)

[7] *Auribus prætendere animum*. Expression énergique et juste : s'obstiner à lire, à méditer malgré le bruit, contre le bruit, c'est, en quelque sorte, « mettre son âme au-devant de ses oreilles, » comme on met sa main devant ses yeux pour s'empêcher de voir.

[8] *Stabat*, etc. Tout ce tableau est vif et saisissant.

[9] *Deflexit in aream*, « il se détourna vers la cour. »

[10] *Concerpta*, « arrachées à droite et à gauche. »

[11] *Ritè conditis manibus*. Les anciens croyaient qu'en recueillant avec dévotion les ossements des morts, et en les inhumant, on mettait leurs mânes en repos.

12.—PROCÈS DU SÉNAT DE CAPOUE.

Après la victoire de Cannes, Annibal marcha sur Capoue, partagée en deux factions : le sénat voulait rester fidèle aux Romains ; le peuple penchait vers les Carthaginois. Pacuvius s'empara de la confiance des sénateurs en feignant de les accuser publiquement pour les sauver de la fureur du peuple, et finit par livrer la ville à Annibal. (An 536 de Rome, 216 av. J.-C.)

Capuæ [1] senatum et sibi et plebi obnoxium [2] Pacuvius Calavius fecerat ; nobilis idem ac popularis homo, ceterum malis artibus nactus opes. Is quum eo forte anno, quo res male gesta ad Trasimenum est, in summo magistratu esset, jam diu infestam senatui plebem ratus per occasionem novandi res magnum ausuram facinus, ut, si in ea loca Hannibal cum victore exercitu venisset, trucidato senatu traderet Capuam Pœnis ; improbus homo, sed non ad extremum perditus [3], quum mallet [4] incolumi quam eversa republica dominari, nullam autem incolumem esse orbatam [5] publico consilio crederet ; rationem iniit, qua et senatum servaret, et obnoxium [6] sibi ac plebi faceret.

Vocato senatu, quum sibi defectionis ab Romanis consilium placiturum nullo modo, nisi necessarium fuisset, præfatus esset, « quippe qui liberos ex Appii Claudii filia haberet, « filiamque Romam nuptum Livio dedisset ; cæterum [7] « majorem multo rem magisque timendam instare ; non « enim [8] per defectionem ad tollendum ex civitate senatum « plebem spectare, sed per cædem, senatus vacuam [9] rem- « publicam tradere Hannibali ac Pœnis velle ; eo se periculo « posse liberare eos, si se permittant sibi, et, certaminum « in republica [10] obliti, credant : » quum permitterent :

12.—1 *Capuæ*, «Capoue,» autrefois Vulturnum, ville du royaume de Naples, dans la Terre de Labour.

2 *Sibi et plebi obnoxium*, « soumis à son ascendant et à l'influence de la populace. »

3 *Sed non ad extremum perditus*, « mais non complétement dépravé. »

4 *Quùm mallet incolumi*, etc. C'est à peu près le sentiment que Montesquieu prête à Sylla. (V. *Dialog. de Sylla et d'Eucrate, passim.*)

5 *Orbatam*, dans le sens de *si orbetur*.

6 *Et obnoxium*, répétition un peu oiseau

7 *Cæterum*, sous-entendu *ait*, *inquit*. Cette phrase est un exemple d'anacoluthe : « Il déclara que d'ailleurs (indépendamment du danger qu'il y avait pour eux à se séparer des Romains), il existait un péril bien plus terrible encore qui les menaçait.

8 *Non enim..., etc.* Constr. *non enim plebem spectare per defectionem ad tollendum ex civitate senatum.*

9 *Vacuam*, « privée de direction, livrée à l'anarchie. »

10 *Certaminum in republicâ*, « les luttes politiques. »

« Claudam in curia vos, inquit, et tanquam et ipse cogitati facinoris[11] particeps, approbando consilia, quibus nequidquam adversarer[12], viam saluti vestræ inveniam. In hoc fidem[13], quam vultis ipsi, accipite. » Fide data egressus, claudi curiam jubet; præsidiumque in vestibulo relinquit, ne quis adire curiam injussu suo, neve inde egredi possit.

Tunc vocato ad concionem populo : « Quod sæpe, inquit, optastis, Campani, ut supplicii sumendi vobis ex improbo ac detestabili senatu potestas esset, eam[14] nunc, non per tumultum expugnantes domos singulorum, quas præsidiis clientium servorumque tuentur, cum summo vestro periculo, sed tutam habetis ac liberam[15]. Clausos omnes in curiam accipite solos, inermes. Nec quidquam raptim[16] aut forte temere[17] egeritis. De singulorum capite vobis jus sententiæ dicendæ faciam, ut quas quisque meritus est, pœnas pendat. Sed ante omnia ita vos iræ indulgere oportet, ut potiorem ira salutem atque utilitatem vestram habeatis. Etenim hos, ut opinor, odistis senatores; non senatum omnino habere non vultis. Quippe aut rex, quod abominandum, aut, quod unum liberæ civitatis consilium est, senatus habendus est. Itaque duæ res simul agendæ sunt vobis, ut et veterem senatum tollatis, et novum cooptetis[18]. Citari singulos senatores jubebo, de quorum capite vos consulam. Quod de quoque censueritis, fiet. Sed prius in ejus locum virum fortem ac strenuum novum senatorem cooptabitis, quam de noxio supplicium sumatur. » Inde consedit, et, nominibus in urnam conjectis, citari, quod primum sorte nomen excidit, ipsumque e curia produci jussit.

Ubi auditum est nomen, malum et improbum pro se quisque[19] clamare, et supplicio dignum. Tunc Pacuvius :

11 *Cogitati facinoris tanquàm particeps*, « comme si je m'associais moi-même à l'attentat auquel on pense » (le massacre du sénat).

12 *Quibus nequidquam adversarer*, « dont je ne me montrerais pas l'adversaire; auxquels je me garderais bien de m'opposer. » Le conditionnel *adversarer* est juste et piquant. Pacuvius raisonne sur une éventualité.

13 *Fidem*, « parole, promesse, sûretés. »

14 *Eam*, s. ent. *potestatem*.

15 *Liberam*, c.-à-d. *in manu vestrâ positam, in promptu*.

16 *Raptim*, répond à notre locution triviale, *au galop*.

17 *Fortè temere*, comme *forte fortuna* : « à la légère. »

18 *Novum cooptetis*, « que vous en élisiez un nouveau. » *Cooptare*, comme *eligere;* d'où *optio*, synonyme d'*electio*.

19 *Pro se quisque*, « chacun de lui-même, d'après son impression personnelle, spontanément. » *Pro se*, comme *sponte*.

« Video quæ sententia de hoc sit data. Eligite pro malo atque improbo, bonum senatorem et justum. » Primo silentium erat, inopia potioris subjiciundi[20]; deinde quum aliquis, omissa verecundia[21], quempiam nominasset, multo major ex templo clamor oriebatur, quum alii negarent mosse[22]; alii nunc probra[23], nunc humilitatem sordidamque inopiam, et pudendæ artis aut quæstus[24] genus, objicerent. Hoc multo magis in secundo ac tertio citato senatore factum est : ut ipsius pœnitere[25] homines appareret; quem autem in ejus substituerent locum, deesse; quia nec eosdem nominari attinebat[26], nihil aliud quam ad audienda probra nominatos, et multo humiliores obscurioresque ceteri erant eis, qui primi memoriæ occurrebant. Ita dilabi[27] homines, notissimum quodque[28] malum maxime tolerabile dicentes esse, jubentesque senatum ex custodia dimitti. Hoc modo Pacuvius, quum obnoxium[29] vitæ beneficio senatum multo sibi magis quam plebi fecisset, sine armis, jam omnibus concedentibus, dominabatur[30]. (TIT. LIV. XXIII, *cap.* 2, 3, 4.)

13.—RESPECT POUR LES LIENS D'HOSPITALITÉ.

Les consuls Q. Fulvius Flaccus et Appius Claudius Pulcher s'apprêtaient à reprendre Capoue. Un combat imprudemment engagé aux portes de cette ville avait été fatal aux consuls; mais le succès du brave et généreux Crispinus releva le courage des Romains. On sait le respect des anciens pour l'hospitalité : le meurtre d'un hôte était regardé comme un crime

20 *Inopiâ potioris subjiciundi*, « faute d'un meilleur à substituer. »

21 *Omissâ verecundiâ*, « surmontant la mauvaise honte. »

22 *Nosse*, s.-ent. *se*. Les uns prétendaient ne pas le connaître.

23 *Probra*, « ses vices. »

24 *Aut quæstus*, s.-ent. *pudendi*.

25 *Ut ipsius pœnitere homines appareret*; m. à m. « en sorte qu'il était visible que le sénateur en question (le membre cité) déplaisait à la foule, » qu'on l'avait en aversion. *Me pœnitet alicujus*, « je suis mécontent de quelqu'un. » (V. Tite-Live, II, c. 54; Virg., *Egl.* X, 6.)

26 *Quia nec eosdem nominari attinebat*, » parce qu'il n'était pas convenable qu'on prononçât de nouveau le nom de ceux... »

27 *Dilabi*, « s'écouler. »—..... Et la foule—Sans avoir fait un choix tout doucement s'écoule. (ANDRIEUX.)

28 *Notissimum quodque*. Cela répond à notre dicton vulgaire : « on sait ce que l'on perd, on ne sait pas ce que l'on trouve. »

29 *Obnoxium,... etc.* C'est la troisième fois que cette idée revient avec un léger changement de forme.

30 On lira avec plaisir la spirituelle narration en vers faite sur ce sujet par Andrieux, sous le titre que nous avons adopté : l'aventure n'y est pas moins bien contée, pour l'être moins gravement. V. *Œuvres*, t. III.

irrémissible, qui attirait la vengeance des dieux. Les Romains n'étaient pas moins religieux observateurs des droits de l'hospitalité que les Grecs. Ils se faisaient un honneur et un devoir de traiter leurs hôtes avec une bienveillance et une générosité admirable. (An 540 de Rome, 212 avant Jésus-Christ.)

T. Quintio Crispino Badius Campanus hospes erat, perfamiliari hospitio junctus: creverat consuetudo, quod æger Romæ apud Crispinum Badius, ante defectionem[1] campanam, liberaliter comiterque curatus fuerat. Quo vero tempore defecerunt a Romanis ad Annibalem Campani, Badius progressus ante stationes[2] quæ pro porta stabant, vocari Crispinum jussit: quod ubi est Crispino nuntiatum, ratus colloquium amicum ac familiare quæri, manente memoria, etiam in dissidio publicorum fœderum, privati juris[3], paulum a ceteris processit. Postquam in conspectum venere, « Provoco te, inquit, ad pugnam, Crispine, Badius; conscendamus equos, summotisque aliis, uter bello melior sit decernamus. » Ad ea Crispinus, « Nec sibi, nec illi, ait, hostes deesse in quibus virtutem ostendant. Se, etiam si in acie occurrat, declinaturum, ne hospitali cæde[4] dextram violet: » conversusque abibat. Enim vero ferocius tum Campanus increpare mollitiem ignaviamque, et se digna probra[5] in insontem jacere, « Hospitalem[6] hostem appellans, simulantemque parcere cui sciat parem se non esse. Si parum publicis fœderibus ruptis dirempta simul et privata jura esse putet, Badium Campanum T. Quintio Crispino Romano palam[7] omnibus, duobus exercitibus audientibus, renuntiare[8] hospitium. Nihil sibi cum eo consociatum, nihil fœderatum hosti cum hoste cujus patriam ac penates publi-

18. — 1 *Defectionem campanam*, « la révolte des Campaniens. »

2 *Stationes*, « les postes avancés. »

3 *Privati juris*. Le droit privé ou individuel est ce qui règle les rapports des particuliers. Ici il s'agit de l'hospitalité, des liens qu'elle formait, des devoirs réciproques qu'elle imposait. Comme les auberges pour recevoir les voyageurs furent longtemps inconnues en Italie, même dans les villes les plus considérables, quand les Romains étaient en pays étranger ils allaient loger chez un habitant, et ils le recevaient ensuite à leur tour quand celui-ci venait à Rome.

4 *Hospitali cæde*, « par le meurtre d'un hôte. »

5 *Se digna probra*, « des injures qu'il méritait lui-même, qui lui convenaient mieux qu'à Crispinus. »

6 *Hospitalem hostem*, « un ennemi qui se couvrait du masque de l'hospitalité. » On pourrait traduire : « Un hôte hostile, » pour conserver l'allitération piquante que présentent les mots latins.

7 *Palam* est redondant, mais ajoute à la force du sens.

8 *Renuntiare hospitium*, « qu'il rompait les liens de l'hospitalité » qui les unissaient.

cos [9] privatosque oppugnatum venisset. Si vir esset, congrederetur. »

Diu cunctantem Crispinum pepulere turmales [10] ne impune insultare Campanum pateretur. Itaque tantum moratus dum imperatores consuleret, permitterentne sibi extra ordinem in provocantem hostem pugnare, permissu eorum arma cepit equumque conscendit, et Badium nomine compellans, ad pugnam evocavit. Nulla mora a Campano facta est: infestis equis concurrerunt. Crispinus supra scutum sinistrum humerum Badio hasta transfixit, superque delapsum [11] cum vulnere ex equo desiluit, ut pedes jacentem conficeret. Badius priusquam opprimeretur, parma atque equo relicto, ad suos aufugit. Crispinus equum, armaque capta et cruentam cuspidem insignis spoliis ostentans, cum magna laude et gratulatione militum, ad consules est deductus, laudatusque ibi magnifice et donis [12] donatus. (Tit. Liv., xxv, *cap.* 18.)

14.—PULFIO ET VARÉNUS, OU LA LUTTE DE BRAVOURE.

L'intéressante anecdote, sujet de la narration suivante, se rapporte à la campagne de César en Belgique. Les Éburons, les Nerviens, etc. (peuples du Liégeois et du Hainaut), soulevés par Ambiorix, avaient bloqué dans son camp Q. Cicéron. Le brillant fait d'armes de Pulfio et de Varénus adoucit pour les assiégés les souffrances de leur situation, et leur permit d'attendre avec moins d'impatience que César vînt les dégager. (An 700 de Rome, 53 av. J.-C.)

Erant in tertia legione fortissimi viri centuriones, qui jam primis ordinibus [1] appropinquarent, T. Pulfio et L. Varenus. Hi perpetuas controversias inter se habebant, quinam [2]

[9] *Penates publicos privatosque.* Par Pénates publics il faut entendre les dieux de la patrie (*indigetes dii*) qui recevaient un culte commun de tous les citoyens; par Pénates privés, les dieux tutélaires des différentes familles (*familiares*).

[10] *Turmales*, « ses camarades, ceux du même escadron. »

[11] *Delapsum cum vulnere*, « qui était tombé de cheval sur le coup. »

[12] *Donis*, « récompenses militaires. »

14.—[1] *Ordinibus.* L'avancement, dans les armées romaines, avait lieu à l'ancienneté pour les grades inférieurs. Le temps de service décidait du passage d'un rang à un autre; car il y avait une distinction de rangs, *ordines inferiores et superiores* (V. Cæs., *de Bell. gall.*, vi, 34), comme aussi d'un grade à un grade plus élevé, *gradus militiæ* (V. Cæs., *de Bell. civ.*, i, 44; Tacit., *Hist.*, i, 52; iv, 59). À égalité de temps de service, les actions d'éclat assuraient l'avantage.

[2] *Quinam*, au lieu de *uter alteri*

anteferretur; omnibusque annis de loco[3] summis simultatibus contendebant. Ex iis Pulfio, quum acerrime ad munitiones pugnaretur, « Quid dubitas, inquit, Varene? aut quem locum probandæ virtutis tuæ spectas[4]? hic, hic dies de nostris controversiis judicabit. » Hæc quum dixisset, procedit extra munitiones, et, quæ pars hostium confertissima visa est, in eam irrumpit. Ne Varenus quidem tum vallo sese continet, sed omnium veritus existimationem[5] subsequitur, mediocri spatio relicto. Pulfio pilum in hostes mittit, atque unum ex multitudine procurrentem transjicit: quo percusso et exanimato, hunc scutis protegunt hostes, et in illum[6] universi tela conjiciunt, neque dant regrediendi facultatem. Transfigitur scutum Pulfioni, et verutum[7] in balteo defigitur. Avertit hic casus vaginam, et gladium educere conantis dextram moratur manum, impeditumque hostes circumsistunt. Succurrit inimicus illi Varenus, et laboranti subvenit. Ad hunc[8] se confestim a Pulfione omnis multitudo convertit; illum veruto transfixum arbitrantur. Illis vero occursat ocius gladio, cominusque rem gerit Varenus, atque uno interfecto, reliquos paulum propellit. Dum cupidus instat, in locum inferiorem dejectus, concidit. Huic rursus circumvento fert subsidium Pulfio; atque ambo incolumes, compluribus interfectis, summa cum laude sese intra munitiones recipiunt. Sic fortuna in contentione et certamine utrumque versavit[9], ut alter alteri inimicus auxilio salutique esset; neque dijudicari posset, uter utri virtute anteferendus videretur. (CÆS., *de Bello Gall.*, v, *cap.* 44.)

comme dans Phèdre (*Fab.*, I, 24 *Quis major esset.*

[3] *De loco*. Il s'agit du grade, ou plutôt du rang de combat. Dans l'ordre de bataille, les soldats romains étaient distingués en *hastati*, *principes* et *triarii*. Dans une compagnie de *pilani* on pouvait passer du second *pilus* au premier *pilus*.

[4] *Spectas*, pour *circumspicis*, *quæris*.

[5] *Existimationem*, « l'opinion de l'armée. »

[6] *In illum*, c.-à-d. *Pulfionem*.

[7] *Verutum*. Le *verutum* était un javelot court et étroit.

[8] *Ad hunc*, c. à d. *Varenum*.

[9] *Utrumque versavit*, pour *modo hac modo illa sorte per vices usa voluit*; les chances du combat les firent passer par toutes sortes de vicissitudes.

15.—PIÉTÉ FILIALE DU JEUNE MANLIUS.

Il s'agit ici du fils de Manlius surnommé l'*impérieux*, à cause de son excessive sévérité. Cet événement se passa l'an 392 de Rome, 360 av. J.-C.

Dies Manlio dicitur[1] a M. Pomponio tribuno plebis. Acerbitas in delectu[2], non damno[3] modo civium, sed etiam laceratione[4] corporum lata[5], partim virgis cæsis qui ad nomina non respondissent[6], partim in vincula ductis, invisa erat, et ante omnia invisum ipsum ingenium atrox, cognomenque Imperiosi grave liberæ civitati, ab ostentatione sævitiæ adscitum; quam non magis in alienis, quam in proximis, ac sanguine[7] ipse suo exerceret; criminique ei tribunus inter cætera dabat : « Quod filium, juvenem nullius probri compertum, extorrem urbe, domo, penatibus, foro, luce, congressu æqualium prohibitum, in opus servile, prope in carcerem atque in ergastulum[8] dederit : ubi summo loco natus dictatorius[9] juvenis quotidiana miseria disceret, vere imperioso patre se natum esse. At quam ob noxam ? quia infacundior sit et lingua impromptus. Quod naturæ damnum utrum[10] nutriendum patri (si quicquam in eo humani esset), an castigandum, ac vexatione[11] insigne faciendum fuisse ? ne mutas quidem bestias minus alere, ac fovere, si quid ex progenie sua parum prosperum sit. At, hercle, L. Manlium, malum malo augere filii : et tarditatem ingenii insuper premere[12]; et, si quid in eo exiguum naturalis vigoris sit, id exstinguere vita agresti, et rustico cultu, inter pecudes habendo. »

Omnium[13] potius his criminationibus, quam ipsius, juvenis irritatus est animus : quin contra[14] se quoque parenti

15—1 *Dies dicitur*, mot à mot, le jour est fixé : « Manlius est ajourné, cité, mis en accusation. »

2 *Delectu*, « la levée des troupes. »

3 *Damno*, « par des amendes. »

4 *Laceratione corporum*. On employait quelquefois les punitions corporelles pour obliger les réfractaires à se rendre à l'armée.

5 *Lata*, p. *tolerata*.

6 *Ad nomina non respondissent*, « n'avaient pas répondu à l'appel de leur nom. »

7 *Sanguine suo*, « ceux de son sang. »

8 *Ergastulum*, « prison d'esclaves. »

9 *Dictatorius*, « fils de dictateur. »

10 *Utrum nutriendum patri*. « appartenait-il à un père d'en prendre soin, (de le corriger par un traitement)... »

11 *Vexatione*, « des duretés, des sévices. »

12 *Insuper premere*, « aggraver par surcroît. »

13 *Omnium..., etc.* Ces accusations qui sortaient de la bouche de tout le monde, plutôt qu'elles ne sortaient de sa propre bouche, exaspérèrent le jeune homme.

14 *Quin contra*, « mais tout au

causam invidiæ atque criminum [15] esse ægre passus, ut omnes Dii hominesque scirent, se parenti [16] opem latam quam inimicis ejus malle; capit consilium, rudis quidem atque agrestis animi, et quanquam non civilis [17] exempli, tamen pietate laudabile. Inscientibus cunctis cultro succinctus, mane in urbem, atque a porta [18] domum confestim ad M. Pomponium tribunum pergit; janitori, opus esse sibi domino ejus convento [19] extemplo, ait; nuntiaret T. Manlium, Lucii filium, esse. Mox introductus (etenim percitum ira in patrem spes erat, aut criminis aliquid novi, aut consilii ad rem agendam deferre) salute accepta redditaque, esse ait [20], quæ cum eo agere arbitris remotis velit. Procul inde omnibus abire jussis, cultrum stringit : et super lectum stans ferro intento, nisi in quæ ipse concepisset [21] verba, juraret, « se patris ejus accusandi causa consilium plebis nunquam habiturum, » se eum extemplo transfixurum minatur. Pavidus tribunus (quippe qui ferrum ante oculos micare, se solum, inermem, illum prævalidum juvenem, et quod haud minus timendum erat, stolide ferocem viribus suis cerneret) adjurat in quæ adactus est verba, et præ se deinde tulit [22], ea vi subactum se incepto destitisse. Nec perinde [23], ut maluisset plebes sibi suffragii ferendi de tam crudeli et superbo reo potestatem fieri; ita ægre habuit filium id pro parente ausum; eoque id laudabilius erat, quod animum ejus tanta acerbitas patria nihil a pietate avertisset. Itaque non patri modo remissa causæ dictio est, sed ipsi etiam adolescenti ea res honori fuit; et quum eo anno primum placuisset tribunos militum ad legiones [24] suffragio fieri,

contraire, au rebours de tout le monde. »

15 *Criminum*, « accusation. »

16 *Se parenti opem latam malle*, « qu'il aimait mieux venir en aide à son père. »

17 *Quanquam non civilis exempli*, « quoique non à imiter au point de vue civil, légal. »

18 *Porta*, s.-ent. *urbis*.

19 *Convento*, p. *quem conveniat*.

20 *Ait*, s.-ent. *Manlius*.

21 *Quæ ipse concepisset*, « dont il allait lui dicter la formule. »

22 *Præ se tulit*, « il mit en avant, il prétendit. »

23 *Nec perinde, ut..., etc.*, m. à m. tout de même que le peuple aurait mieux aimé; « quoique le peuple eût mieux aimé être mis à même de..., etc. Il n'en fut pas cependant fâché, etc. »

24 *Tribunos militum ad legiones*, Dans les premiers temps les rois, puis les consuls et les dictateurs faisaient toutes les nominations des tribuns des soldats; mais en 393 le peuple s'arrogea le droit de nommer annuellement six de ces officiers. On les nomma *comitiati*, par opposition à ceux qui étaient précédemment au choix des magistrats, et qu'on désignait sous le nom de *Rufuli*, du nom de Rutilius Rufus, consul, qui les avait institués.

secundum in sex locis tenuit, nullis domi militiæque ad conciliandam gratiam meritis; ut qui rure et procul cœtu hominum juventam egisset. (TIT. LIV., VII, *cap.* 4, 5.)

16.—TRISTE FIN DE L. VÉTUS ET DE SA FAMILLE. DÉVOUEMENT DE POLLUTIA.

L. Antistius Vétus avait été consul conjointement avec Néron, l'an de Rome 808. Il était beau-père de Rubellius Plautus qui, quelques années auparavant, paya de la vie le triple crime de descendre de Drusus, d'être riche, et de faire profession de stoïcisme. Antistius Vétus suivit de près son gendre. Sa belle-mère ainsi que sa fille, l'intéressante Pollutia, se donnèrent comme lui volontairement la mort. (An de Rome 819, de J.-C. 66.) Tant de suicides accumulés à cette époque néfaste n'ont que l'excuse du malheur des temps.

Haud minus prompte [1] L. Vetus, socrusque ejus Sextia, et Pollutia filia, necem subiere, invisi principi tanquam vivendo exprobrarent interfectum esse Rubellium Plautum, generum Lucii Veteris. Sed initium [2] detegendæ sævitiæ præbuit [3], interversis [4] patroni rebus, ad accusandum transgrediens Fortunatus libertus, adscito [5] Claudio Demiano, quem, ob flagitia vinctum a Vetere, Asiæ proconsule, exsolvit [6] Nero, in præmium [7] accusationis. Quod ubi cognitum reo [8], seque et libertum pari sorte componi [9], Formianos [10] in agros digreditur. Illic eum milites occulta custodia circumdant. Aderat filia, super ingruens periculum [11], longo dolore atrox [12], ex quo percussores Plauti mariti sui viderat: cruentamque cervicem ejus amplexa, servabat sanguinem, et vestes respersas; vidua, implexa [13] luctu

16.—1 *Haud minus prompte.* Ces mots se rapportent à la mort de Silanus, dont la relation précède immédiatement ce récit.

2 *Initium sævitiæ detegendæ,* m. à m. « le point de départ d'une cruauté qui voulait se produire, » c.-à-d. « l'occasion de faire éclater sa haine. »

3 *Præbuit,* s.-ent. *principi.*

4 *Interversis patroni rebus,* « après avoir ruiné son patron. »

5 *Adscito Demiano,* « s'étant adjoint Demianus. »

6 *Exsolvit,* « élargit, mit en liberté. »

7 *In præmium accusationis,* « pour prix de sa délation. »

8 *Reo* p. *Veteri.*

9 *Pari sorte componi,* « qu'ils étaient mis de pair, » qu'ils auraient à lutter d'égal à égal.

10 *Formianos agros. Formies,* auj. *Mola,* ville du Latium méridional, sur la mer.

11 *Super ingruens periculum,* « indépendamment du danger suspendu sur leur tête. »

12 *Atrox,* « aigrie, exaspérée. »

13 *Implexa luctu continuo.* Admirable expression dont Bossuet s'est souvenu dans l'oraison funèbre du prince de Condé : « Lumières de la

continuo, nec ullis alimentis, nisi, quæ mortem arcerent. Tum, hortante patre, Neapolim pergit. Et quia aditu Neronis prohibebatur, egressus [14] obsidens, « audiret insontem, neve consulatus sui quondam collegam dederet liberto, » modo muliebri ejulatu, aliquando, sexum [15] egressa, voce infensa [16], clamitabat; donec princeps immobilem se precibus [17] et invidiæ juxta [18] ostendit.

Ergo nuntiat patri abjicere spem, et uti necessitate [19]. Simul affertur, parari [20] cognitionem senatus, et trucem sententiam. Nec defuere, qui monerent, magna ex parte heredem Cæsarem nuncupare [21], atque ita nepotibus [22] de reliquo consulere: quod aspernatus, ne vitam, proxime libertatem actam, novissimo [23] servitio fœdaret, largitur in servos quantum aderat pecuniæ: et, si qua asportari possent, sibi quemque deducere, tres modo lectulos ad suprema [24] retineri jubet. Tunc eodem in cubiculo, eodem ferro abscindunt venas, properique et singulis vestibus [25] ad verecundiam velati, balneis inferuntur; pater filiam, avia neptem, illa [26] utrosque intuens, et certatim precantes labenti [27] animæ celerem exitum, ut relinquerent [28] suos superstites et morituros. Servavitque ordinem [29] fortuna: ac senior prius, tum cui prima [30] ætas, exstinguuntur. Accusati post sepulturam, decretumque ut more majorum puni-

France..., obscurcies et couvertes de votre douleur comme d'un nuage. »

14 *Egressus obsidens*, « épiant ses sorties. »

15 *Sexum egressa*, « sortant de la réserve imposée à son sexe. »

16 *Voce infensa*, « d'une voix menaçante. »

17 *Precibus et invidiæ immobilem*, « imperturbable contre les prières et les paroles de haine. » Ces deux mots *precibus* et *invidiæ* répondent évidemment à *ejulatu* et à *voce infensa*. *Invidiæ* ne signifie donc pas ici « l'odieux, l'indignation publique, » car la symétrie et même le sens de la phrase seraient altérés.

18 *Juxta*, « également. »

19 *Uti necessitate*, « de se soumettre à la nécessité. »

20 *Parari cognitionem senatus*, « que le sénat se préparait à prendre connaissance de l'affaire, à l'évoquer, à l'instruire. »

21 *Nuncupare*, p. *scribere*.

22 *Nepotibus de reliquo consulere*, « à ménager le reste à ses petits-fils. »

23 *Novissimo servitio*, « par un acte suprême de servilité. »

24 *Ad suprema*, s.-ent. *officia*.

25 *Singulis vestibus*, « chacun d'un seul vêtement. »

26 *Illa*, Pollutia.

27 *Labenti animæ*, « pour leur vie prête à s'exhaler. »

28 *Ut relinquerent suos....., etc.*, « afin que les objets de leur tendresse pussent leur survivre, ne fût-ce que d'un instant; » m. à m. « encore vivants, quoique près de mourir. »

29 *Servavit ordinem fortuna*, « la fortune respecta l'ordre de la nature. » Les victimes expirèrent par rang d'âge. Madame de Sévigné, dans une de ses plus charmantes lettres à sa fille, souhaite de *conserver son rang*.

30 *Prima* comme *proxima*

rentur. Et Nero intercessit, mortem sine arbitro [31] permittens: ea cædibus peractis ludibria adjiciebantur. (TAC., *Ann.*, XVI, 10, 11.)

17.—GÉNÉROSITÉ DE SCIPION.

La prise de Carthagène avait mis entre les mains de Scipion Émilien, surnommé le second *Africain*, trois cents, d'autres disent sept cents otages des premières familles de l'Espagne. Au nombre de ces infortunés se trouvait l'épouse de Mandonius et d'autres femmes, à qui le jeune vainqueur témoigna les égards les plus délicats. Ce fut par un procédé si noble qu'il préluda à l'acte généreux qui est le sujet de ce récit. (An 542 de Rome, 210 avant J.-C.)

Expugnata nova Carthagine, captiva a militibus ad Scipionem adducitur adulta virgo, adeo eximia forma, ut quacumque incedebat, converteret omnium oculos. Scipio, percunctatus patriam parentesque, inter cetera accepit desponsam eam principi Celtiberorum adolescenti : Allucio nomen erat. Extemplo igitur parentibus sponsoque ab domo accitis, quum interim audiret deperire eum sponsæ amore; ubi primum venit, accuratiore [1] eum sermone quam parentes alloquitur : « Juvenis [2], inquit, juvenem appello : quo minor [3] sit inter nos hujus sermonis verecundia. Ego, quum sponsa tua capta a militibus nostris ad me ducta esset, audiremque [4] eam tibi cordi esse, et forma faceret fidem [5]; quia ipse [6], si frui liceret ludo ætatis (præsertim [7] recto et legitimo amore), et non respublica animum nostrum occupasset, veniam mihi dari sponsam impensius amanti vellem, tuo [8], cujus possum, amori faveo. Fuit sponsa tua apud me [9] eadem, qua apud soceros tuos parentesque suos

31 *Mortem sine arbitro*, « la mort volontaire, » m. à m. « sans contrôle.

17. — 1 *Accuratiore sermone*, « avec un langage plus étudié, d'un tour plus insinuant, plus flatteur. »

2 *Juvenis...*, *ut juvenis*, « c'est comme jeune homme. »

3 *Quo minor...*, *etc* « Afin que, sur un article si délicat, nous soyons plus à l'aise ; que nous ayons moins de ménagements à garder entre nous. »

4 *Audiremque*. Répétez *quum* devant *audirem*.

5 *Et forma faceret fidem*, « et que sa beauté en rendait témoignage, » prouvait qu'elle devait te tenir au cœur.

6 *Quia ipse*. Nous mettons point et virgule après *fidem*. *Quia ipse* est en corrélation évidente non avec ce qui précède, mais avec *tuo amori faveo*, « par la raison que moi-même je voudrais..., etc. je m'intéresse à ton amour. »

7 *Præsertim*, surtout s'il s'agissait...

8 *Tuo, cujus possum...*, *etc.* C'est comme s'il y avait : *faveo amori tui, cujus possum amori favere*.

9 *Apud me*, s.-ent. *habita*.

verecumdia: servata tibi est, ut inviolatum et dignum me teque dari tibi donum posset. Hanc mercedem unam pro eo munere paciscor; amicus populo romano sis : et si me virum bonum credis esse, quales patrem patruumque meum jam ante hæ gentes norant, scias multos nostri similes in civitate romana esse : nec ullum in terris populum hodie dici posse, quem minus tibi hostem tuisque esse velis, aut amicum malis. » Adolescens, simul pudore et gaudio perfusus, dextram Scipionis tenens, deos omnes invocare ad gratiam illi pro se referendam; quoniam sibi nequaquam satis facultatis, pro suo animo [10] atque illius erga se merito, esset.

Parentes inde cognatique virginis appellati. Qui quoniam gratis sibi redderetur virgo, ad quam redimendam satis magnum attulissent auri pondus, orare Scipionem, ut id ab se donum acciperet, cœperunt; haud minorem ejus rei apud se gratiam futuram esse, affirmantes, quam redditæ inviolatæ foret virginis. Scipio, quando tanto opere [11] peterent, accepturum se pollicitus, poni ante pedes jussit, vocatoque ad se Allucio, « Super dotem, inquit, quam accepturus a socero es, hæc tibi a me dotalia dona accedent, » aurumque tollere, ac sibi habere jussit. His lætus donis honoribusque dimissus domum, implevit populares laudibus meritis Scipionis : Venisse diis simillimum juvenem, vincentem omnia cum armis, tum benignitate ac beneficiis. Itaque delectu clientium habito, cum delectis mille et quadringentis equitibus intra paucos dies ad Scipionem revertit. (TIT. LIV., XXVI, c. 50.)

18.—LA CLÉMENCE D'AUGUSTE.

Les premières années du principat d'Auguste furent marquées par beaucoup de conspirations contre sa personne. La plus célèbre est celle de Cinna, petit-fils de Sylla par son père, et de Pompée par sa mère, mais homme fort médiocre. Elle fut dévoilée à Auguste, qui, après beaucoup d'hésitations, pardonna au coupable. Cet événement est de l'an 749 de Rome, 4 de J.-C.

Divus Augustus fuit mitis princeps, si quis illum a prin-

10 *Pro suo animo*, « en rapport avec ses sentiments, sa reconnaissance. »

11 *Tanto opere* (*tantoperè*), « avec une telle insistance. »

cipatu suo[1] æstimare incipiat. In communi[2] quidem republica gladium movit; quum, duodevicesimum egressus [esset] annum, jam pugiones in sinum amicorum[3] absconderat, jam insidiis M. Antonii consulis latus petierat, jam fuerat collega proscriptionis. Sed quum annum quadragesimum transisset, et in Gallia moraretur, delatum est ad eum indicium, L. Cinnam, stolidi ingenii virum, insidias ei struere. Dictum est et ubi, et quando, et quemadmodum aggredi vellet : unus ex consciis deferebat. Constituit se ab eo vindicare; concilium amicorum advocari jussit.—Nox illi inquieta erat, quum cogitaret adolescentem nobilem, hoc detracto[4], integrum[5], Cn. Pompeii nepotem[6] damnandum. Jam unum hominem[7] occidere non poterat, quum M. Antonio proscriptionis edictum inter cœnam dictarat. Gemens subinde voces emittebat varias et inter se contrarias : « Quid ergo, ego percussorem meum securum ambulare patiar, me sollicito? Ergo non dabit pœnas, qui tot civilibus bellis frustra petitum caput, tot navalibus, tot pedestribus præliis incolume, postquam terra marique pax parta est, non occidere constituit, sed immolare[8]? » nam sacrificantem[9] placuerat adoriri. Rursus silentio interposito, majore multo voce sibi quam Cinnæ, irascebatur : « Quid vivis[10], si perire te tam multorum interest? quis finis erit suppliciorum? quis sanguinis? Ego sum nobilibus adolescentibus expositum caput, in quod mucrones acuant. Non est tanti vita, si, ut ego non peream, tam multa perdenda sunt. » Interpellavit tandem illum Livia uxor, et, « Admittis, inquit, muliebre consilium? fac quod medici solent : qui, ubi usitata remedia non procedunt, tentant

18.—1 *A principatu suo*, « depuis l'époque où il devint le maître de l'Etat sous le nom de prince, » c.-à-d. à partir de l'année 723 de Rome, 31 av. J.-C.

2 *In communi republicâ*. Quand le gouvernement était partagé, pendant le second triumvirat.

3 *Amicorum*. Est-ce de Cicéron ou de C. Toranius qu'il s'agit? ou de Pansa, tué, dit-on, à la bataille de Modène, de la propre main d'Octave? Corneille applique ce fait à Toranius.
— Où toi-même, des tiens devenu le bourreau,—Au sein de ton tuteur enfonças le couteau. (Cinna, acte iv, sc. 2.)

4 *Hoc detracto*, pour *hoc excepto*, « à cela près. »

5 *Integrum*, c'est-à-dire *innocentem* (ἀμύμονα).

6 V. l'Argument.

7 *Jam unum hominem..., etc.* Il s'était enlevé le droit de faire périr désormais personne : n'avait-il pas.., etc.

8 *Immolare*. Ce mot signifie proprement : placer un gâteau de farine salée (*mola*) entre les cornes de la victime avant de l'égorger.

9 *Nam sacrificantem..., etc.* Voir *Cinna*, i, 3.

10. *Quid vivis..., etc.* Voir *Cinna*, acte v, sc. 1.

contraria. Severitate nihil adhuc profecisti : Salvidienum Lepidus secutus est, Lepidum Muræna, Murænam Cæpio, Cæpionem Egnatius, ut alios taceam, quos tantum ausos pudet : nunc tenta quo modo tibi cedat clementia. Ignosce L. Cinnæ : deprehensus est; jam nocere tibi non potest, prodesse famæ tuæ potest. »

Gavisus sibi, quod advocatum [11] invenerat, uxori quidem gratias egit : renuntiari [12] autem extemplo amicis, quos in consilium rogaverat, imperavit, et Cinnam unum ad se accersit ; dimissisque omnibus e cubiculo, quum alteram Cinnæ poni cathedram jussisset, « Hoc, inquit, primum a te peto, ne me loquentem interpelles, ne medio sermone meo proclames ; dabitur tibi loquendi liberum tempus. Ego te, Cinna, quum in hostium castris [13] invenissem, non factum tantum mihi inimicum, sed natum, servavi ; patrimonium tibi omne concessi. Hodie tam felix es et tam dives, ut victo victores invideant. Sacerdotium tibi petenti, præteritis compluribus, quorum parentes mecum militaverant, dedi. Quum sic de te meruerim, occidere me constituisti. » Quum ad hanc vocem exclamasset, procul hanc ab se abesse dementiam : « Non præstas, inquit, fidem, Cinna ; convenerat ne interloquereris. Occidere, inquam, me paras : » adjecit locum, socios, diem, ordinem insidiarum, cui commissum esset ferrum. Et, quum defixum videret, nec ex conventione jam, sed ex conscientia [14] tacentem, « Quo, inquit, hoc animo [15] facis? ut ipse sis princeps? male mehercule cum populo romano agitur, si tibi ad imperandum nihil præter me obstat. Domum tueri tuam non potes : nuper libertini hominis gratia in privato judicio superatus es. Adeo nihil facilius potes, quam contra Cæsarem advocare [16] ? Cedo, si spes tuas solus impedio : Pau-

11 *Advocatum.* Proprement l'ami, le conseil qui vient en aide à quelqu'un.

12 *Renuntiari amicis imperavit*, « il fit donner contre-ordre à ses amis. »

13 *In hostium castris.* Il s'agit probablement du camp de Sext. Pompée, oncle de Cinna.

14 *Non ex conventione, etc.* « plus par confusion que par obéissance. »

15 *Quo animo*, « dans quel but. »

16 *Quam contra Cæsarem advocare*, « que de trouver de l'aide contre César » (des amis pour conspirer contre lui). Il y a dans ce mot *advocare* une allusion un peu forcée à la déconvenue judiciaire de Cinna : il n'avait pas pu trouver des *advocati* assez autorisés pour le soutenir dans la contestation qu'il avait eue avec un fils d'affranchi. Rien ne lui sera donc plus facile (par ironie) que de trouver des appuis contre César.

lusne, et Fabius Maximus, et Cossi, et Servilii ferent, tantumque agmen nobilium, non inania nomina præferentium, sed eorum qui imaginibus suis decori sunt? Vitam tibi, inquit, Cinna, iterum do, prius hosti, nunc insidiatori ac parricidæ. Ex hodierno die inter nos amicitia incipiat; contendamus, utrum ego meliore fide vitam tibi dederim, an tu debeas. » Post hæc detulit ultro consulatum, questus quod non auderet petere; amicissimum fidelissimumque habuit : hæres solus fuit illi; nullis amplius insidiis ab ullo[17] petitus est[18]. (SENEC., *de Clement.*, I, c. 9.)

19.—LE FAUX AGRIPPA POSTUMUS.

Agrippa Postumus, le dernier des petits-fils d'Auguste, avait été adopté par son aïeul. C'était un jeune homme d'un esprit grossier, sans autre mérite que la force du corps, dont il se prévalait brutalement. Indiscret et téméraire, il invectivait contre Livie et contre l'empereur lui-même. Auguste cassa l'adoption qu'il avait faite d'Agrippa, le relégua d'abord à Surrentum (Sorrento), sur la côte de Campanie, puis dans l'île de Planasie (Pianosa), où le jeune prince fut gardé étroitement, et périt dans la suite par ordre de Tibère, l'an 14 de Jésus-Christ.

Eodem anno mancipii unius audacia, ni mature subventum foret, discordiis armisque civilibus rempublicam perculisset. Postumi Agrippæ[1] servus nomine Clemens, comperto fine Augusti, pergere in insulam Planasiam[2], et fraude aut vi raptum Agrippam ferre ad exercitus germanicos, non servili animo concepit : ausa ejus impedivit tarditas onerariæ navis : atque interim patrata cæde[3], ad majora et magis præcipitia[4] conversus, furatur cineres[5], vectusque Cosam Etruriæ promontorium, ignotis locis sese

17 *Ullo*, d'autres éditions portent *illo*, qui n'a point de sens.

18 Le grand Corneille a puisé dans cette narration le sujet de sa belle tragédie de *Cinna*. Montaigne (*Essais*, I, c. 23) a raconté aussi cette aventure avec la diction simple, franche et vive du XVIe siècle, qui donne souvent tant de charme aux narrations.

19.—1 *Postumi Agrippæ*. Agrippa Postumus était le troisième fils d'Agrippa, époux de Julie.

2 *Planasiam*, « Planasia, » aujourd'hui Pianosa, île de la mer inférieure, entre la Corse et l'Étrurie.

3 *Cæde*, s.-ent. *Postumi*.

4 *Magis præcipitia* « plus périlleux. »

5 *Furatur cineres*, s.-ent. *Postumi*. Pourquoi ce larcin? demande Juste-Lipse. Était-ce pour faire disparaître les cendres d'Agrippa, qu'il voulait faire croire vivant, ou était-ce par tendresse pour son ancien maître, et pour les ensevelir ailleurs?

abdit, donec crinem barbamque promitteret : nam ætate et forma haud dissimili in dominum erat : tum per idoneos[6] et secreti ejus socios, crebrescit vivere Agrippam, occultis primum sermonibus, ut vetita solent, mox vago rumore apud imperitissimi cujusque promptas aures, aut rursum apud turbidos, eoque nova cupientes. Atque ipse adire municipia obscuro diei, neque propalam adspici, neque diutius iisdem locis : sed quia veritas visu et mora, falsa[7] festinatione et incertis valescunt, relinquebat famam, aut præveniebat[8].

Vulgabatur interim per Italiam servatum munere deum Agrippam : credebatur Romæ : jamque Ostiam[9] invectum multitudo ingens, jam in urbe clandestini cœtus celebrabant[10] : quum Tiberium anceps cura distrahere, vine[11] militum servum suum coerceret, an inanem credulitatem tempore ipso vanescere sineret. Modo nihil spernendum, modo non omnia metuenda, ambiguus pudoris ac metus reputabat. Postremo dat negotium Sallustio Crispo : ille e clientibus duos (quidam milites fuisse tradunt) deligit, atque hortatur, simulata conscientia[12] adeant, offerant pecuniam, fidem atque pericula polliceantur. Exsequuntur ut jussum erat : dein speculati noctem incustoditam, accepta idonea manu[13], vinctum clauso ore in palatium traxere. Percunctanti Tiberio, « Quomodo Agrippa factus esset ? » respondisse fertur, « Quomodo tu Cæsar. » Ut ederet socios, subigi non potuit : nec Tiberius pœnam ejus palam ausus, in secreta palatii[14] parte interfici jussit, corpusque clam auferri : et quanquam multi e domo[15] principis,

6 *Per idoneos*, « par des gens à lui, » des affidés.

7 *Falsa* opposé à *veritas*.

8 *Relinquebat famam aut præveniebat*. Il n'attendait pas que le bruit (*fama*) eût pris de la consistance, il faisait en sorte qu'il demeurât vague, et, en ce sens, « il se dérobait à la renommée » (*relinquebat famam*). D'un autre côté, en se présentant tout-à-coup dans les lieux où son nom n'était pas encore connu, il « devançait la renommée » (*præveniebat*).

9 *Ostiam*, « Ostie, » port situé à l'embouchure du Tibre, au S.-O. de Rome.

10 *Multitudo ingens celebrabat*. Cette multitude, dit Burnouf, qui risque peu dans les révolutions, et qui n'était pas contenue par la présence de l'autorité, se rassemblait publiquement autour de l'imposteur.

11 *Vine*, pour *vi, ne*.

12 *Simulata conscientia*, m. à m. « sous couleur de concert. » De concert avec qui ? Probablement avec l'imposteur lui-même. C'est le sentiment de Freinshemius, suivi par M. Burnouf. Il nous semble que le vrai sens est : « en affectant le dévouement à sa personne. »

13 *Manu idonea*, « une troupe d'affidés. »

14 *Palatium*. Le palais des empereurs sur le mont Palatin. *Palatium* n'est latin que dans ce sens.

15 *Domo*, « la maison, l'entourage. »

equitesque ac senatores, sustentasse opibus, juvisse consiliis dicerentur, haud quæsitum. (TAC., *Ann.*, II, c. 39 et 40.)

---

20. — DÉSINTÉRESSEMENT D'ÉPAMINONDAS.

Épaminondas, célèbre général thébain, qui mourut 363 ans avant J.-C, à la suite d'une blessure reçue à la bataille de Mantinée.

Tentata Epaminondæ est abstinentia a Diomedonte Cyziceno[1] : namque is, rogatu Artaxerxis[2], Epaminondam pecuniâ corrumpendum susceperat. Hic magno cum pondere auri Thebas venit, et Micythum adolescentulum quinque talentis ad suam perduxit voluntatem, quem tum Epaminondas plurimum diligebat. Micythus Epaminondam convenit, et causam adventus Diomedontis ostendit. At ille, Diomedonte coram : « Nihil[3], inquit, opus pecunia est : « nam si ea rex vult quæ Thebanis sint utilia, gratis facere « sum paratus ; sin autem contraria, non habet auri atque « argenti satis : namque orbis terrarum divitias accipere « nolo pro[4] patriæ caritate. Te[5], qui me incognitum ten- « tasti, tuique similem existimasti, non miror ; tibi ignosco : « sed egredere propere, ne alios corrumpas, quum me « non potueris. Tu, Micythe, argentum huic redde ; nisi « id confestim facis, ego te tradam magistratui. » Hunc Diomedon quum rogaret ut tuto exire, suaque quæ attulisset liceret efferre : « Istud, inquit, faciam, neque tua « causa, sed mea ; ne, si tibi sit pecunia adempta, aliquis « dicat id ad me ereptum[6] pervenisse quod delatum acci- « pere noluissem. » A quo quum quæsisset quo se deduci[7] vellet, et ille Athenas dixisset, præsidium[8] ei dedit ut eo tuto perveniret. Neque vero id satis habuit, sed etiam ut inviolatus in navem adscenderet, per Chabriam Athenien-

20.—[1] *Cyziceno*, « de Cyzique, » ville de Bithynie.

[2] *Artaxerxis*, « Artaxerxe Mnémon. »

[3] *Nihil* p. *minimè*. C'est le οὐδὲν des Grecs.

[4] *Pro caritate patriæ*, « s'il faut trahir ma chère patrie à ce prix. » *Pro* répond à l'ἀντὶ des Grecs.

[5] *Te*, s.-ent. *Diomedon*.

[6] *Ereptum... quod delatum*, « que j'ai repris d'une main ce que j'avais refusé de l'autre, » qu'un acte de violence m'a rendu maître de ce que je n'avais pas voulu recevoir sous forme de don.

[7] *Deduci*. Ce verbe implique l'idée d'être accompagné d'un lieu dans un autre.

[8] *Præsidium*, « une escorte. »

sem, effecit. Abstinentiæ erit hoc satis testimonium. (CORNEL. NEPOS, *Epaminondas*, IV.)

21.—HISTOIRE D'ABDALONYME.

Abdalonyme fut élevé sur le trône de Sidon, l'an 332 avant J.-C. Son histoire est diversement racontée par les historiens d'Alexandre. Arrien ne le nomme même pas, ce qui rend l'existence de ce personnage un peu suspecte. Diodore (XVII, 47) paraît le confondre avec Azelmicus, roi de Tyr, qui dut de conserver son trône à la clémence d'Alexandre. Dans le Discours II, *de Fortuna Alexandri*, attribué à Plutarque, c'est à Paphos que la scène a lieu, et Abdalonyme est appelé Alynome. Justin seul est d'accord avec Quinte-Curce.

Alexander Sidona venit, urbem vetustate famaque conditorum[1] inclytam. Regnabat in ea Strato, Darii opibus adjutus: sed quia deditionem, magis popularium quam sua sponte, fecerat, regno visus indignus; Hephæstionique permissum, ut quem eo fastigio e Sidoniis dignissimum arbitraretur, constitueret regem. Erant Hephæstioni hospites clari inter suos[2] juvenes; qui, facta ipsis potestate regnandi, negaverunt quemquam patrio more in id fastigium recipi, nisi regia stirpe ortum. Admiratus Hephæstio magnitudinem animi, spernentis quod alii per ignes ferrumque peterent; « Vos quidem macti virtute[3], inquit, estote, qui primi intellexistis, quanto majus esset regnum fastidire quam accipere. Ceterum, date aliquem regiæ stirpis, qui meminerit a vobis acceptum habere se regnum. » At illi quum multos imminere tantæ spei[4] cernerent, singulis amicorum Alexandri, ob nimiam regni cupiditatem, adulantes, statuunt neminem esse potiorem quam Abdalonymum[5] quemdam, longa quidem cognatione stirpi regiæ adnexum, sed ob inopiam suburbanum hortum exigua colentem stipe. Causa ei paupertatis, sicut plerisque, probitas erat; intentusque operi diurno, strepitum

21. — 1 Parmi ces fondateurs il faut compter Agénor, à qui l'on rapporte assez arbitrairement l'origine de Sidon et de Tyr. (*V.* QUINTE-CURCE, IV, 5; ARRIEN, II, 24.)

2 *Inter suos*, c.-à-d. *inter Sidonios*.

3 *Macti virtute*. *Mactus* vient probablement de *magis* et d'*auctus*. On n'emploie guère ce mot qu'au vocatif.

4 *Imminere spei*. Expression pittoresque pour *appetere tantum honoris fastigium :* pousser si haut ses désirs.

5 *Abdalonymum*. En langue syriaque *Abdallah* signifie « esclave de Dieu, » et *omin*, « fidèle, loyal. »

armorum qui totam Asiam concusserat non exaudiebat [6]. Subito deinde, de quibus ante dictum est, cum regiæ vestis insignibus hortum intrant, quem forte steriles herbas eligens Abdalonymus repurgabat. Tunc rege eo salutato, alter ex his, « Habitus, inquit, hic quem cernis in meis manibus, cum isto squalore permutandus tibi est. Ablue corpus illuvie æternisque [7] sordibus squalidum : cape regis animum, et in fortunam, qua dignus es, istam continentiam [8] profer; et quum in regali solio residebis, vitæ necisque omnium civium dominus, cave obliviscaris hujus status in quo accipis regnum, immo Hercule, propter quem. »

Somnio similis res Abdalonymo videbatur; interdum, satisne sani essent, qui tam proterve sibi illuderent, percontabatur. Sed ut cunctanti squalor ablutus est, et injecta vestis purpura auroque distincta, et fides a jurantibus facta; serio jam rex [9], iisdem comitantibus, in regiam pervenit. Fama, ut solet, strenue [10] tota urbe discurrit : aliorum studium [11], aliorum indignatio eminebat : ditissimus quisque humilitatemque, inopiamque ejus apud amicos Alexandri criminabatur. Admitti eum rex protinus jussit; diuque contemplatus : « Corporis, inquit, habitus famæ generis non repugnat; sed libet scire inopiam qua patientia tuleris? » Tum ille, « Utinam, inquit, eodem animo regnum pati [12] possim! Hæ manus suffecere desiderio meo; nihil habenti [13] nihil defuit. » Magnæ indolis specimen ex hoc sermone Abdalonymi cepit : itaque, non Stratonis modo regiam supellectilem attribui ei jussit, sed pleraque etiam ex persica præda; regionem quoque urbi appositam ditioni ejus adjecit. (Quint. Curt., iv, 1.)

6 *Non exaudiebat*, « il n'avait pas entendu parler. »

7 *Æternis*, c.-à-d. *perpetuis*, *jugibus*, « toujours les mêmes. »

8 *Continentiam*, p. *animum paucis contentum*.

9 *Seriò rex*, « roi tout de bon, » par opposition à *illuderent*.

10 *Strenuè*, « rapidement. »

11 *Studium*, « sympathie. »

12 *Regnum pati*, « soutenir la dignité royale. »

13 *Habenti*. Peut-être vaudrait-il mieux lire *aventi*.

22. — MORT DE DION.

Dion de Syracuse était gendre de Denys l'Ancien. Il fut exilé par Denys le Jeune, qui était jaloux de ses vertus ; mais il rentra dans Syracuse à la tête des mécontents en 357, fut revêtu de l'autorité souveraine, et périt en 353 avant J.-C.

Callicrates quidam, civis Atheniensis, qui simul cum eo ex Peloponneso in Siciliam venerat, homo et callidus et ad fraudem acutus, sine ulla religione ac fide, adit ad Dionem, et ait, « eum in magno periculo esse, propter offensionem populi et odium militum; quod nullo modo evitare posset, nisi alicui suorum negotium daret, qui se simularet illi inimicum; quem si invenisset idoneum[1], facile omnium animos cogniturum, adversariosque sublaturum, quod inimici ejus dissidenti[2] suos sensus aperturi forent. » Tali consilio probato, excipit has partes[3] ipse Callicrates, et se armat imprudentia[4] Dionis. Ad eum interficiendum socios conquirit; adversarios ejus convenit, conjurationem confirmat. Res, multis consciis quæ gereretur, elata[5], defertur ad Aristomachen, sororem Dionis, uxoremque Areten. Illæ, timore perterritæ, conveniunt[6] cujus de periculo timebant. At ille negat a Callicrate fieri sibi insidias, sed illa, quæ agerentur, fieri præcepto suo. Mulieres nihilo secius Callicratem in ædem Proserpinæ deducunt, ac jurare cogunt[7] nihil ab illo periculi fore Dioni. Ille hac religione[8] non modo ab incepto non deterritus, sed ad maturandum concitatus est, verens ne prius consilium suum aperiretur quam conata perfecisset.

Hac mente[9], proximo die festo, quum a conventu remotum se Dion domi teneret, atque in conclavi edito[10] recu-

22.—1 *Idoneum*. Si Dion trouvait un homme de ce caractère, propre à soutenir ce personnage, « un homme de cette trempe.

2 *Dissidenti*, « à quelqu'un qui feindrait de lui faire de l'opposition. »

3 *Has partes*, « ce rôle. »

4 *Se armat imprudentiâ Dionis*. Expression énergique.—Des enfants de Japet toujours une moitié—Fournira des armes à l'autre. (LA FONTAINE, II, fable 6.)

5 *Elata*, c.-à-d. *cognita, detecta*. *Efferri* se dit quelquefois d'un secret divulgué : « *Posteà quàm in vulgus militum elatum est*. » CÆS. de *Bello gallico*., I, 46.

6 *Conveniunt*, sous-entendu *eum*, *Dionem*.

7 *Jurare cogunt*. Plutarque rapporte dans la vie de Dion avec quelle solennité on prêtait serment dans le temple de Cérès et de Proserpine. Après certains sacrifices on mettait sur soi la mante de pourpre de Proserpine, et en tenant une torche allumée, on prononçait les paroles du serment.

8 *Hac religione*, « en s'obligeant par ce serment. »

9 *Hac mente*, c.-à-d. *hoc consilio*.

10 *In conclavi edito*. Quand les

buisset, consciis loca munitiora oppidi tradit, domum custodibus sepit, a foribus qui non discedant, certos[11] præficit. Navem triremem armatis ornat[12], Philostratique fratri suo tradit, eamque in portu agitari jubet, ut si exercere remiges vellet; cogitans, si forte consiliis obstitisset fortuna, ut haberet quo fugeret ad salutem. Suorum autem e numero Zacynthios[13] adolescentes quosdam eligit, quum audacissimos, tum viribus maximis, hisque dat negotium ut ad Dionem eant inermes, sic uti conveniendi gratia viderentur venire. Hi propter notitiam sunt intromissi. At illi, ut limen ejus intrarunt, foribus obseratis[14], in lecto cubantem invadunt, colligant : fit strepitus, adeo ut exaudiri posset foris. Hic, sicut ante dictum est, quam invisa sit singularis potentia, et miseranda vita, qui se metui[15] quam amari malunt, cuivis facile intellectu fuit. Namque illi ipsi custodes, si propitia fuissent voluntate, foribus effractis servare eum potuissent, quod illi inermes, telum foris flagitantes, vivum tenebant. Cui quum succurreret nemo, Lyco quidam Syracusanus per fenestras gladium dedit, quo Dion interfectus est. (CORN. NEPOS, *Dion*, VIII.)

23.—MORT DE PHILOPŒMEN.

Philopœmen, né à Mégalopolis, en Arcadie, se distingua de bonne heure par ses talents et ses vertus. Nommé chef de la ligue achéenne, après la bataille de Larisse, où il avait écrasé les Étoliens (208), il gagna sur Machanidas la bataille de Mantinée, força le tyran Nabis à lever le siége de Messène, et après plusieurs campagnes mêlées de succès et de revers, il finit sa glorieuse carrière en 183 avant J.-C. Philopœmen a été surnommé *le dernier Grec*.

Eventus [belli Messeniorum] memorabilis est quod quum

anciens voulaient prier ou vaquer sans témoins à quelque affaire majeure, ils montaient dans une chambre située à un étage supérieur de leur maison ; chaque maison avait ainsi son *oratoire*, son *retraict*, comme on disait au moyen-âge. (*V.* Suétone, *Vie d'Auguste*, LXXIII; Tacite, sur Tibère, *Annales*, VI, 21; *V.* aussi les *Actes des Apôtres*, X, 9.)

[11] *Certos*, *fidos*.

[12] *Armatis ornat*. Le verbe *ornare* signifiant *munir, garnir*, est une expression consacrée. (*V.* CÆSAR *de Bell. gall.*, III, 14; LUCRÈCE, liv. II, 24.) Salluste emploie *exornare* dans le même sens.

[13] *Zacynthios*. Plutarque et Diodore racontent que Dion avait levé des soldats dans l'île de Zacynthos.

[14] *Foribus obseratis*. Les portes furent fermées soit en dehors par les complices des assassins, soit en dedans par les assassins eux-mêmes comme le rapporte Plutarque.

[15] *Qui se metui*. Allusion au fameux *oderint dùm metuant* que Sénèque (*De irâ*, I, 16) rapporte au siècle de Sylla. Caligula, dans la suite, s'empara de ce mot.

superiores essent Achæi, Philopœmen prætor eorum capitur, ad præoccupandam Coronen[1] profectus, quam hostes petebant, in valle iniqua cum equitibus paucis oppressus. Ipsum potuisse effugere, Thracum Cretensiumque auxilio, tradunt. Sed pudor relinquendi equites nobilissimos gentis, ab ipso nuper lectos, tenuit : quibus dum locum ad evadendas angustias cogendo[2] ipse agmen præbet, sustinens impetus hostium, prolapso equo, et suo ipse casu, et onere equi super eum ruentis, haud multum abfuit quin exanimaretur, septuaginta annos jam natus, et diutino morbo, ex quo tum primum reficiebatur, viribus admodum attenuatis. Jacentem hostes superfusi oppresserunt : cognitumque primum a verecundia memoriaque[3] meritorum haud secus quam ducem suum attollunt, reficiuntque, et ex valle devia in viam portant, vix sibimetipsi præ necopinato gaudio credentes; pars nuntios Messenen[4] præmittunt debellatum esse[5], Philopœmenem captum adduci. Primum adeo incredibilis visa res, ut non pro vano[6] modo, sed vix pro sano nuntius audiretur; deinde, ut super alium alius idem omnes affirmantes veniebant, tandem facta fides; et priusquam appropinquare urbi satis scirent, ad spectaculum omnes simul liberi ac servi, pueri quoque cum feminis effunduntur. Itaque clauserant portam[7] turbæ, dum pro se quisque, nisi ipse oculis suis credidisset, vix pro comperta tantam rem habiturus videretur. Ægre summoventes obvios intrare portam, qui adducebant Philopœmenem, potuerunt; atque turba conferta iter reliquum clauserat : et quum pars maxima exclusa a spectaculo esset, theatrum repente, quod viæ propinquum erat, compleverunt, et ut eo in conspectum populi adduceretur, una voce omnes exposcebant. Magistratus et principes, veriti ne quem motum misericordia præsentis tanti viri faceret, quum alios verecundia pristinæ majestatis collata præsenti

22.—1 *Coronen*, aujourd'hui Coron, ville de Messénie.

2 *Agmen cogendo*, « en fermant la marche, en marchant à l'arrière-garde. »

3 *A verecundia memoriaque meritorum*, « subjugués par le respect et la reconnaissance. »

4 *Messenen*, « Messène, » aujourd'hui Mavromati, dans le Péloponèse vers le centre, au S. du mont Ithôme.

5 *Debellatum esse*, « que la guerre était finie. »

6 *Ut non pro vano... sed vix pro sano*, m.-à-m. « non-seulement pour faux, mais presque pour fou. » Remarq. l'allitération piquante *vano... sano*.

7 *Clauserant portam*, « ils avaient encombré la porte, » ils s'étaient groupés à la porte de manière à fermer le passage.

fortunæ[8], alios recordatio ingentium meritorum motura esset, procul in conspectu[9] eum statuerunt; deinde raptim ex oculis hominum abstraxerunt, prætore Dinocrate dicente, esse quæ pertinentia ad summam belli[10] percunctari eum magistratus vellent. Inde abducto eo in curiam, et senatu vocato, consultari cœptum.

Jam invesperascebat, et non modo cetera[11], sed ne in proximam quidem noctem ubi satis tuto custodiretur, expediebant. Obstupuerant ad magnitudinem pristinæ ejus fortunæ virtutisque : et neque ipsi domum recipere custodiendum audebant, nec cuiquam uni custodiam ejus satis credebant. Admonent deinde quidam, esse thesaurum[12] publicum sub terra, saxo quadrato septum[13] : eo vinctus demittitur, et saxum ingens[14], quo operitur, machina super impositum est. Ita loco potius quam homini cuiquam credendam custodiam rati, lucem insequentem exspectaverunt. Postero die multitudo[15] quidem integra, memor pristinorum ejus in civitatem meritorum, parcendum, ac per eum remedia quærenda esse præsentium malorum, censebat : defectionis auctores[16], quorum in manu respublica erat, in secreto consultantes, omnes ad necem ejus consentiebant : sed utrum maturarent, an differrent, ambigebatur. Vicit pars avidior pœnæ, missusque qui venenum ferret. Accepto poculo, nihil aliud locutum ferunt, quam quæsisse si incolumis Lycortas (is alter imperator Achæorum erat) equitesque evasissent. Posteaquam dictum est incolumes esse, « Bene habet, » inquit ; et poculo impavide exhausto, haud ita multo post exspiravit. Nec diuturnum mortis ejus gaudium auctoribus crudelitatis fuit ; victa namque Messene bello exposcentibus Achæis noxios[17] dedidit, ossaque reddita[18] Philopœmenis

8 *Collata præsenti fortunæ*, « comparée avec sa fortune présente. » *Collata* construit avec *verecundia* par hypallage.

9 *Procul in conspectu statuerunt*, « l'exposèrent à la vue, mais de loin. »

10 *Ad summam belli*, « au plan général de la guerre, des opérations militaires. »

11 *Non modo cetera, sed*, etc., hellénisme. *Cetera*, les mesures ultérieures.

12 *Thesaurum sub terrâ*, une chambre souterraine, ou crypte, « un caveau. »

13 *Septum* pour *opertum*.

14 *Saxum ingens*, cette même pierre carrée dont il vient d'être question.

15 *Multitudo quidem integra*, « la multitude honnête et sage, » qui n'avait point trempé dans les factions, dont le bon sens n'était point altéré par l'esprit de parti.

16 *Defectionis auctores*, c.-à-d. Dinocrate, Demarate et autres.

17 *Noxios*, s.-ent. *necis auctores*. Dinocrate se donna volontairement la mort : les autres subirent différents supplices.

18 *Ossa reddita*. Les ossements

sunt : et sepultus ab universo achaico est concilio, adeo omnibus humanis congestis honoribus, ut ne divinis quidem abstineretur. Ab scriptoribus rerum græcis latinisque tantum huic viro tribuitur, ut a quibusdam eorum, velut ad insignem notam hujus anni, memoriæ mandatum sit, tres claros imperatores eo anno decessisse, Philopœmenem, Annibalem, P. Scipionem : adeo in æquo [19] eum duarum potentissimarum gentium summis imperatoribus posuerunt. (TIT.-LIV., XXXIX, c. 49, 50.)

24.—MORT D'ATTICUS.

Atticus (Titus Pomponius), chevalier romain, fut ami intime de Cicéron, qui avait été son condisciple. Pendant les guerres civiles de Marius et de Sylla il se retira à Athènes, où il apprit si parfaitement la langue grecque que le surnom d'*Atticus* lui en est resté. De retour à Rome il refusa constamment les emplois publics pour se livrer sans réserve aux lettres et à l'amitié. Atticus avait composé des *Annales* qui ne nous sont point parvenues. La vie d'Atticus par Cornelius Nepos est un morceau que l'auteur a travaillé avec un soin extrême.

Quum septem et septuaginta [1] annos complesset Atticus, atque ad extremam senectutem non minus dignitate quam gratia fortunaque crevisset (multas enim hæreditates nulla alia re quam bonitate est consecutus), tantaque prosperitate usus esset valetudinis, ut annis triginta medicina non indiguisset ; nactus est [2] morbum, quem initio et ipse et medici contempserunt : nam putarunt esse tenesmon, cui remedia celeria faciliaque proponebantur. In hoc quum tres menses sine ullis doloribus, præterquam quos ex curatione capiebat, consumpsisset, subito tanta vis morbi in unum intestinum prorupit, ut extremo tempore per lumbos fistula putris eruperit. Atque hoc priusquam ei accideret, postquam in dies dolores accrescere febremque accessisse sensit, Agrippam generum ad se arcessiri jussit, et cum eo L. Cornelium Balbum, Sextumque Peducæum. Hos ut venisse vidit, in cubitum innixus : « Quantam, inquit, curam diligen« tiamque in valetudine mea tuenda hoc tempore adhi-

de Philopœmen furent portés à Mégalopolis. Polybe, jeune encore, portait l'urne funèbre. Polybe était fils de Lycortas.

[19] *In æquo posuerunt*, p. *æquipararunt*.

24. — [1] *Septem et septuaginta.* L'année 77 était, dans les idées superstitieuses des anciens, la grande année septénaire climatérique.

[2] *Nactus est morbum. Nancisci* est assez rare dans cette acception.

« buerim, quum vos testes habeam, nihil necesse est « pluribus verbis commemorare. Quibus quoniam, ut « spero, satisfeci, nihilque reliqui feci[3] quod ad sanan- « dum me pertineret, reliquum est ut egomet mihi con- « sulam. Id vos ignorare nolui : nam mihi stat[4] alere « morbum desinere. Namque his diebus quidquid cibi « sumpsi, ita produxit vitam ut auxerim dolores sine spe « salutis. Quare a vobis peto, primum ut consilium pro- « betis meum, deinde ne frustra dehortando conemini. »

Hac oratione habita, tanta constantia vocis atque vultus[5] ut non ex vita, sed ex domo[6] in domum videretur migrare : quum quidem Agrippa eum, flens atque osculans, oraret atque obsecraret « ne id, ad quod natura cogeret, ipse « quoque sibi acceleraret, et, quoniam tum quoque posset « temporibus superesse[7], se sibi suisque reservaret ; » preces ejus taciturna sua obstinatione depressit[8]. Sic quum biduum cibo se abstinuisset, subito febris decessit, leviorque morbus esse cœpit. Tamen propositum nihilo secius peregit. Itaque, die quinto postquam id consilium inierat, pridie kalend. april., Cn. Domitio, C. Sosio Coss.[9], decessit. (CORN. NEPOS, *Atticus*, XXI.)

25.—MORT DE CÉSAR.

César (Caïus-Julius) fut assassiné le 15 mars de l'an 710 de Rome, 45 ans avant J.-C. Il avait 56 ans.

Conspiratum est in Cæsarem a LX amplius, C. Cassio, Marcoque et D. Bruto, principibus conspirationis. Qui primum cunctati, utrumne illum in campo[1] per comitia

[3] *Nihil reliqui feci*, « je n'ai rien négligé. »

[4] *Mihi stat*... Construisez : *mihi stat desinere alere*.

[5] *Tanta constantia vocis atque vultus*. Montaigne, qui rapporte la mort d'Atticus dans ses *Essais* (livre II, ch. 12), s'est souvenu de ces expressions dans sa lettre V sur la mort de son ami la Boétie. On y lit : « Sur ce poinct il finit son propos, lequel il avoit continué *avec telle assurance de visage, telle force de parole et de voix*. »

[6] *Sed ex domo*. Métaphore élégante empruntée à Platon.

[7] *Temporibus superesse*, s.-ent. *perficiendis, explendis*, survivre de manière à achever son *temps*, à atteindre le terme fixé par la nature. C'est dans un sens analogue que Cicéron dit : *Scripsi tres libros, de temporibus meis*.

[8] *Depressit*. Expression heureuse, plus forte et plus juste que *rejecit*.

[9] Le consulat de Cn. Domitius et de C. Sosius répond à l'an 721 de Rome, 32, avant J.-C.

25.—1 *In campo*, « dans le Champ de Mars. »

tribus[2] ad suffragia vocantem partibus divisis[3] a ponte[4] dejicerent, atque exceptum trucidarent; an in Sacra via, vel in aditu theatri adorirentur: postquam Senatus idibus Martiis in Pompeii curiam[5] edictus[6] est, facile tempus et locum prætulerunt.

Sed Cæsari futura cædes evidentibus prodigiis denuntiata est. Proximis diebus equorum greges[7] quos in trajiciendo Rubicone flumine consecrarat, ac vagos et sine custode dimiserat[8], comperit pertinacissime pabulo abstinere, ubertimque flere. Et immolantem haruspex Spurinna monuit, caveret periculum quod non ultra Martias Idus proferretur. Pridie autem easdem Idus, avem regaliolum, cum laureo ramulo Pompeianæ Curiæ se inferentem, volucres varii generis ex proximo nemore persecutæ ibidem discerpserunt. Ea autem nocte cui illuxit dies cædis, et ipse sibi visus est per quietem interdum supra nubes volitare, alias cum Jove dextram jungere. Et Calpurnia uxor imaginata est collabi fastigium[9] domus, maritumque in gremio suo confodi; ac subito cubiculi fores sponte patuerunt. Ob hæc simul et ob infirmam valetudinem diu cunctatus, an se contineret, et quæ apud Senatum propo-

[2] *Per comitia tribus..., etc.* Dans les comices par tribus (*comitia tributa*), le peuple divisé par tribus émettait son vœu; cette division était faite d'après le quartier ou la contrée qu'habitait chaque citoyen.

[3] *Partibus divisis*, « en se partageant les rôles, c.-à-d. en se plaçant les uns sur la passerelle (*pons*) dont il va être question, les autres sous cette passerelle.

[4] *A ponte dejicerent* On appelait *pons* un étroit passage élevé au-dessus du sol, qui conduisait dans l'enclos (*septum*, *ovile*) où chaque centurie, dans le vote par centuries, chaque tribu, dans le vote par tribus, allait se renfermer pour donner son suffrage. L'*ovile* était rapproché du tribunal où siégeait le magistrat qui présidait les comices. L'expression *de ponte dejicere*, employée quelquefois dans le sens de retirer le droit de voter (à soixante ans) n'a point de rapport avec *a ponte dejicerent*, pris ici au propre.

[5] *Senatus edictus*. On disait que le sénat était *edictus* lorsqu'un édit le convoquait pour une séance extraordinaire.

[6] *In Pompeii Curiam*. La Curia de Pompée était attenante au fameux théâtre construit par cet homme célèbre Le sénat s'y rassemblait le jour des ides de mars, qui était la fête d'Anna Pérenna, parce que ce jour-là il y avait spectacle au théâtre.

[7] *Equorum greges quos..., etc.* César, en passant le Rubicon, avait voué des troupes de chevaux (sans doute au dieu du fleuve). On sait qu'on rendait aux fleuves des honneurs divins.

[8] *Et sine custode dimiserat*. Les animaux (quadrupèdes, oiseaux, poissons) que l'on consacrait étaient mis en liberté (*sinebantur*, *ἄφετα*). On les arrosait quelquefois d'essences. (Voir la narration de *l'enfant et du dauphin*, page 9, note 10.)

[9] *Fastigium domus*, « le pinacle de sa maison. » C'était une sorte d'ornement que l'on mettait au haut des temples : les Grecs l'appelaient *ἀετὸς*, *ἀέτωμα*. Il ne dépendait pas des citoyens de mettre de ces ornements sur leurs maisons. C'était un honneur qu'il fallait obtenir du sénat, comme tout ce qui se prenait sur le public. (*Note de Dacier*.)

suerat, agere differret; tandem D. Bruto adhortante, ne frequentes ac jamdudum opperientes destitueret, quinta fere hora progressus est; libellumque insidiarum indicem, ab obvio quodam porrectum, libellis cæteris[10] quos sinistra manu tenebat, quasi mox lecturus, commiscuit. Dein pluribus hostiis cæsis, cum litare[11] non posset, introiit curiam, spreta religione: Spurinnamque irridens, et ut falsum arguens, quod sine ulla noxa idus Martiæ adessent, quanquam is venisse quidem eas diceret, sed non præteriisse.

Assidentem conspirati[12], specie officii circumsteterunt: illicoque Cimber Tullius, qui primas partes susceperat, quasi aliquid rogaturus, propius accessit: renuentique et gestu in aliud tempus differenti, ab utroque humero togam apprehendit: deinde clamantem, *ista quidem vis est*, alter Cassius[13] adversum vulnerat, paulum infra jugulum. Cæsar Cassii brachium arreptum graphio trajecit: conatusque prosilire, alio vulnere tardatus est. Utque animadvertit undique se strictis pugionibus peti, toga caput obvolvit: simul sinistra manu sinum ad ima crura deduxit[14], quo honestius caderet, etiam inferiore corporis parte velata. Atque ita tribus et viginti plagis confossus est, uno modo, ad primum ictum, gemitu sine voce edito. Etsi tradiderunt quidam, M. Bruto irruenti dixisse: Καὶ σύ, τέκνον; id est: « et tu, fili! » Exanimis, diffugientibus cunctis, aliquandiu jacuit, donec lecticæ impositum, dependente brachio[15], tres servuli domum retulerunt. (Suet., *Cæs.*, c. 80, 81, 82.)

10 *Libellis cæteris*. C'étaient des placets (δεητήρια).

11 *Cum litare non posset*, « quoiqu'il ne trouvât point les entrailles favorables. » Florus dit: *nec perlitare centum victimis poterat*.

12 *Conspirati*. Forme rare.

13 *Alter Cassius*. Il y avait deux personnages de ce nom dans la conjuration: C. Cassius Longinus et L. Cassius. Plutarque dit que ce fut Casca qui porta le premier coup.

14 *Sinum deduxit*. La toge, dont un des pans était relevé et rejeté sur l'épaule droite, formait par cette disposition un pli très-prononcé sur la poitrine, une sorte d'enfoncement ou de poche (*sinus*). Il fallait que la toge de César formât plusieurs plis, selon l'usage des derniers temps (V. *Quint.*, XI, 3), et qu'ils fussent réunis par un nœud (*umbo*) pour que César pût à la fois se voiler la tête et rabattre le pan de sa toge jusqu'au bas de ses jambes.

15 *Dependente brachio*. On s'explique comment un des bras de César était pendant: la litière n'ayant que trois porteurs au lieu de quatre, il en résultait une inclinaison de la litière du côté qui n'était pas soutenu. C'est du reste l'explication qu'en donne Appien: *διεκόμισαν οἴκαδε ἀνωμάλως, οἷα τρεῖς*.

26. — MORT DE TIBÈRE.

Ce trop célèbre empereur romain mourut l'an 790 de Rome, 37 de J.-C.

Jam Tiberium corpus, jam vires, nondum dissimulatio deserebat : idem animi rigor[1] : sermone ac vultu[2] intentus, quæsita interdum comitate[3], quamvis manifestam defectionem tegebat : mutatisque sæpius locis[4], tandem apud promontorium Miseni[5] consedit, in villa, cui L. Lucullus quondam dominus. Illic eum adpropinquare supremis, tali modo compertum. Erat medicus arte insignis, nomine Charicles, non quidem regere valetudines[6] principis solitus, consilii tamen copiam[7] præbere. Is velut propria ad negotia digrediens, et per speciem officii[8] manum complexus, pulsum venarum attigit : neque fefellit[9] : nam Tiberius incertum an offensus, tantoque magis iram premens, instaurari epulas[10] jubet, discumbitque ultra solitum, quasi honori abeuntis amici tribueret[11]. Charicles tamen labi spiritum, nec ultra biduum duraturum Macroni firmavit[12]. Inde cuncta colloquiis inter præsentes, nuntiis apud legatos et exercitus festinabantur. Decimo septimo kalendas aprilis, interclusa anima, creditus est mortalitatem explevisse. Et multo gratantum concursu, ad capienda imperii primordia C. Cæsar[13] egrediebatur : quum repente affertur redire Tiberio vocem ac visus, vocarique, qui recreandæ defectioni cibum afferrent. Pavor hinc in omnes; et ceteri passim dispergi, se quisque mœstum aut nescium fingere. Cæsar, in silentium fixus, a summa spe, novissima[14] exspectabat : Macro intrepidus opprimi senem injectu[15] multæ vestis jubet, discedique ab limine. Sic

26.—1 *Idem animi rigor*, « la même inflexibilité d'âme. »

2 *Sermone ac vultu intentus*, « attentif à composer ses paroles et ses traits. »

3 *Quæsita comitate*, « une affabilité d'emprunt, » jouée, forcée.

4 *Locis*, « les lieux de sa résidence. »

5 *Miseni promontorium*, « le cap Misène, » sur la côte O. de l'Italie, à l'extrémité occidentale du golfe de Naples.

6 *Regere valetudines principis*, « gouverner la santé du prince valétudinaire. » Chariclès n'était pas le médecin ordinaire de l'empereur.

7 *Consilii copiam præbere*, « donner des avis comme médecin consultant. »

8 *Per speciem officii*, m.-à-m. « par forme d'hommage, » sous couleur de lui rendre hommage.

9 *Neque fefellit*, s.-ent. *Tiberium*.

10 *Instaurari epulas jubet*, « il fait servir de nouveau : il fait charger la table de nouveaux mets. »

11 *Quasi tribueret*, sous-ent. *id*, c.-à-d. cette addition au premier repas.

12 *Firmavit* pour *affirmavit*.

13 *Cæsar*. Caius Caligula.

14 *Novissima exspectabat*, « s'attendait à une fâcheuse issue, » (à la mort).

15 *Injectu multæ vestis*, « sous un

Tiberius finivit, octavo et septuagesimo ætatis anno. (Tac., *Ann.*, VI, c. 50.)

---

27. ENLÈVEMENT DES SABINES.

Cette aventure, qui ressemble fort à une légende, est placée l'an 4 de la fondation de Rome, 749 avant J.-C.

Jam res romana adeo erat valida, ut cuilibet finitimarum civitatum bello par esset; sed penuria mulierum[1], hominis ætatem[2] duratura magnitudo erat. Quippe quibus nec domi spes prolis, nec cum finitimis connubia essent. Tum ex consilio patrum Romulus legatos circa vicinas gentes misit, qui societatem connubiumque novo populo[3] peterent: « Urbes quoque, ut cætera, ex infimo nasci: deinde quas sua virtus ac Dii juvent, magnas opes sibi magnumque nomen facere. Satis scire[4] origini romanæ et Deos affuisse et non defuturam virtutem. Proinde ne gravarentur homines cum hominibus sanguinem et genus miscere. » Nusquam benigne legatio audita est: adeo simul spernebant, simul tantam in medio crescentem molem sibi ac posteris suis metuebant. A plerisque rogitantibus, dimissi[5]: « Ecquod[6] feminis quoque asylum aperuissent? id enim demum compar[7] connubium fore. » Ægre id romana pubes passa, et haud dubie[8] ad vim spectare[9] res cœpit. Cui tempus locumque aptum ut daret Romulus, ægritudinem animi dissimulans, ludos ex industria parat Neptuno Equestri[10] solennes: Consualia[11] vocat. Indici deinde

amas de couvertures. » Suétone dit qu'on se servit d'un oreiller (*pulvinum injectum*); mais la version de Tacite, conforme à celle de Dion, est plus probable.

27.—1 *Penuria mulierum*, « vu le manque de femmes. »

2 *Hominis ætatem*, « une vie d'homme, une génération. »

3 *Novo populo*, « pour le nouveau peuple. »

4 *Satis scire*, sous-entendu *gentes vicinas*.

5 *Dimissi*, « éconduits. »

6 *Ecquod asylum*, pour *num aliquod asylum*.

7 *Compar*, « assorti. »

8 *Haud dubie*, « positivement, manifestement » : *dès lors il fut manifeste* qu'on aurait recours à la violence.

9 *Spectare, tendere*.

10 *Neptuno equestri*. Le Ποσειδῶν ἵππειος des Grecs. On attribuait l'origine du cheval à Neptune.

11 *Consualia*. Les fêtes *consuales* devinrent dans la suite les jeux *circenses*, du nom du grand cirque. On pense que l'épithète *consus* appliquée à Neptune vient ou de *concussor* (σεισίχθων) ou de *Deus consiliorum consorum*, i. e. *conditorum*. On commençait la fête du dieu *des résolutions secrètes* par l'exhibition symbolique d'un autel caché sous la terre.

finitimis spectaculum jubet : quantoque apparatu tum sciebant aut poterant, concelebrant ; ut rem claram exspectatamque facerent. Multi mortales convenere, studio etiam videndæ novæ urbis ; maxime proximi quique, Cæninenses, Crustimini, Antemnates. Jam Sabinorum omnis multitudo cum liberis ac conjugibus venit. Invitati hospitaliter per domos, quum situm mœniaque et frequentem tectis urbem vidissent, mirantur tam brevi rem romanam crevisse. Ubi spectaculi tempus venit, deditæque eo [12] mentes cum oculis erant, tum ex composito orta vis ; signoque dato, juventus romana ad rapiendas virgines discurrit. Magna pars fortè, ut in quem quæque inciderat, raptæ ; quasdam forma excellente primoribus Patrum destinatas ex plebe homines, quibus datum negotium erat, domos deferebant. Unam longe ante alias specie ac pulchritudine insignem a globo Talassii [13] cujusdam raptam ferunt : multisque sciscitantibus, cuinam eam ferrent, identidem, ne quis violaret, Talassio ferri clamitatum, inde nuptialem hanc vocem [14] factam. Turbato per metum ludicro, mœsti parentes virginum profugiunt, incusantes violati hospitii fœdus, Deumque invocantes, cujus ad solenne ludosque, per fas ac fidem decepti, venissent. Nec raptis aut spes de se melior, aut indignatio minor : sed ipse Romulus circuibat, docebatque : « Patrum id superbia factum, qui connubium finitimis negassent : illas tamen in matrimonio, in societate fortunarum omnium civitatisque, et quo nihil carius humano generi sit, liberum [15] fore. Mollirent modo iras ; et quibus fors [16] corpora dedisset, darent animos. Sæpe ex injuria postmodum gratiam ortam : eoque melioribus usuras viris, quod annixurus pro se quisque sit, ut quum suam vicem [17] functus officio sit, parentum etiam patriæque expleat desiderium [18]. » Accedebant blanditiæ virorum factum purgantium [19], cupiditate atque amore : quæ maxime ad muliebre ingenium efficaces preces sunt. (Tit.-Liv., i, c. 9.)

12 *Deditæ eò*, c'est-à-dire *versæ, attentæ ad id.*

13 *A globo Talassii*, par la troupe des clients de Talassius.

14 *Nuptialem hanc vocem. Talassio* était le cri employé chez les Romains dans les noces, et qui répondait à l'*Io, Hymen* des Grecs. *Lubet jam servire Talassio* (Catulle, *Epithalame de Julie et de Mallius*).

15 *Liberum* pour *liberorum.*

16 *Fors*, c.-à-d. *fortuitus raptus.*

17 *Suam vicem*, c.-à-d. *quod ad vicem suam attineret*, «pour leur compte personnel, en tant que maris. »

18 *Expleat desiderium*, « comble le vide. »

19 *Purgantium*, pour *excusantium.*

28.—HORRIBLE TRAHISON DE PTOLÉMÉE.

Ptolémée Céraune, c'est-à-dire *le Foudre*, fils aîné de Ptolémée Soter I, quitta l'Égypte après que son frère Ptolémée Philadelphe eut été appelé à recueillir la succession paternelle, et se fit proclamer roi de Macédoine et de Thrace à la place de Séleucus, son bienfaiteur et sa première victime. Le règne de ce monstre est une suite d'assassinats; heureusement il ne dura qu'un an et demi (281-279).

Ptolemæus, externo metu deposito[1], impium et facinorosum animum ad domestica scelera convertit, insidiasque Arsinoæ, sorori[2] suæ, instruit, quibus et filios ejus vita, et ipsam Cassandreæ[3] urbis possessione privaret. Primus et dolus fuit, simulato amore, sororis matrimonium[4] petere: aliter enim ad sororis filios, quorum regnum occupaverat, quam concordiæ fraude, pervenire non poterat. Sed nota scelerata Ptolemæi voluntas sorori erat. Itaque non credenti[5] mandat, « velle se cum filiis ejus regni consortium[6] jungere; cum quibus non ideo se armis contendisse[7], quoniam eripere his regnum, sed quod id facere[8] sui muneris vellet: in hoc mitteret arbitrum jurisjurandi[9]; quo præsente apud deos patrios, quibus vellet obsecrationibus se obligaret. » Incerta Arsinoe quid ageret, si mitteret, decipi perjurio, si non mitteret, provocare rabiem fraternæ crudelitatis, timebat. Itaque, plus liberis quam sibi timens, quos matrimonio[10] suo protecturam se arbitrabatur, mittit ex amicis suis Dionem: quo perducto in sanctissimum Jovis templum, veterrimæ Macedonum religionis, Ptolemæus, sumptis in manus altaribus, contingens ipsa simulacra et pulvinaria[11] deorum, inauditis ultimisque exsecrationibus adjurat, « se sincera fide matrimonium

28.—1 *Externo metu deposito*, « tranquille du côté du dehors. » L'odieuse usurpation de Ptolémée avait suscité contre lui Antiochus I, roi de Syrie, et Antigone Gonatas.

2 *Sorori suæ*. Elle était veuve de Lysimaque.

3 *Cassandreæ urbis*, « Cassandrie, » ville de Macédoine, dans la presqu'île de Pallène. C'est la même que l'ancienne Potidée, elle dut son nom à Cassandre qui l'agrandit et l'embellit.

4 *Matrimonium petere*. Les Ptolémées avaient pris la coutume orientale d'épouser leurs sœurs, à l'imitation des Perses, des Égyptiens, des Syriens, etc.

5 *Non credenti*, s.-ent. *reginæ*.

6 *Regni consortium jungere*, « partager le trône, régner de concert. »

7 *Contendisse*, s.-ent. *affirmat*.

8 *Sed quod id facere*, etc. « Mais parce qu'il voulait qu'ils le tinssent de sa main, qu'ils lui en eussent l'obligation. »

9 *Arbitrum jurisjurandi*, « un témoin du serment qu'il prêterait. »

10 *Matrimonio suo*, s.-ent. *si fratri nuberet*.

11 *Pulvinaria*, « pulvinars, » lits que l'on dressait pour les dieux. Dans les occasions solennelles, les statues enlevées de leur piédestal étaient placées sur ces lits, autour des autels chargés des mets les plus somptueux.

sororis petere; nuncupaturumque se eam reginam; neque in contumeliam ejus se aliam uxorem, aliosve quam filios ejus, liberos habiturum. »

Arsinoe, postquam et spe impleta est et metu soluta, ipsa cum fratre colloquitur : cujus vultus et blandientes oculi quum fidem non minorem quam jusjurandum promitterent, reclamante Lysimacho filio, « fraudem subesse, » in matrimonium fratris concedit. Nuptiæ magno apparatu lætitiaque omnium celebrantur. Ad concionem quoque vocato exercitu, capiti sororis diadema imponit, reginamque eam appellat. Quo nomine in lætitiam effusa Arsinoe, quia, quod morte Lysimachi prioris mariti amiserat [12], recepisset, ultro virum [13] in urbem suam Cassandream invitat, cujus urbis cupiditate fraus struebatur. Prægressa igitur virum, diem festum urbi in adventum ejus indicit; domos, templa ceteraque omnia exornari jubet, aras ubique hostiasque disponi : filios quoque suos, Lysimachum sexdecim annos natum, Philippum triennio minorem, utrumque forma insignem, coronatos [14] occurrere jubet. Quos Ptolemæus, ad celandam fraudem, cupide et ultra modum [15] veræ affectionis amplexus, osculis diu fatigat [16]. Ubi ad portam ventum est, occupari arcem jubet, pueros interfici. Qui quum ad matrem confugissent, in gremio ejus inter ipsa oscula trucidantur, proclamante Arsinoe, quod tantum nefas aut nubendo aut post nuptias contraxisset. Pro filiis sæpe se percussoribus obtulit : frequenter corpore suo puerorum corpora amplexata protexit; vulneraque excipere, quæ liberis intendebantur, voluit. Ad postremum etiam spoliata funeribus [17] filiorum, scissa veste, et crinibus sparsis [18], cum duobus servulis ex urbe protracta, Samo-

12 *Quod amiserat*, « ce qu'elle avait perdu, » c.-à-d. le titre de reine, les honneurs de la royauté.

13 *Virum*, « son mari. »

14 *Coronatos*, « couronnés de fleurs, » en signe d'allégresse; sans doute aussi parce que Ptolémée s'était engagé à les reconnaître comme rois.

15 *Ultro modum veræ affectionis*, mot-à-mot : au-delà de la mesure d'une véritable affection ; c.-à-d. « avec des démonstrations exagérées de fausse tendresse. »

16 *Osculis fatigat*. Cette belle expression semble avoir inspiré ces vers de Molière : — De protestations d'offres et de serments — Vous charges la fureur de vos embrassements. (*Le Misanthrope*, acte 1, sc. 1.)

17 *Spoliata etiam funeribus filiorum*, « dépouillée même des cadavres de ses enfants, » ou des honneurs funèbres à leur rendre; privée, indépendamment de toutes ses autres pertes, de la triste consolation d'ensevelir ses fils.

18 *Crinibus sparsis*, « échevelée. » *Sparsis* est plus juste ici que ne le serait *passis*; *sparsi crines* se dit des cheveux en désordre, épars, comme dans la fureur, dans le délire;

thraciam[19] in exsilium abiit, eo miserior, quod mori cum filiis ei non licuit. Sed nec Ptolemæo inulta scelera fuerunt : quippe diis immortalibus tot perjuria et tam cruenta parricidia vindicantibus, brevi post a Gallis[20] spoliatus regno, captusque, vitam ferro, ut meruerat, amisit. (Just., xxiv, c. 2, 3.)

29.—COMBAT DES ROMAINS ET DES SABINS.

Après l'enlèvement des Sabines, leurs parents parcoururent les cités voisines, vêtus d'habits de deuil, et demandant vengeance. Les habitants de Cæninà, de Crustumerium et d'Antemnæ firent alliance avec Titus Tatius, roi des Sabins, et poussèrent isolément quelques incursions malheureuses sur le territoire romain. Mais Tatius, à la tête des siens, réussit à s'emparer du Capitole, grâce à la trahison de Tarpeïa. La lutte qu'on va lire s'engage au moment où les Romains s'ébranlent pour reprendre la citadelle. (An 5 de Rome, 747 avant J.-C.)

Principes[1] utrique pugnam ciebant; ab Sabinis Metius Curtius, ab Romanis Hostius Hostilius[2]. Hic rem Romanam iniquo loco ad prima signa[3] animo atque audacia sustinebat. Ut Hostius cecidit, confestim Romana inclinatur[4] acies; fusaque est ad veterem portam Palatii. Romulus, et ipse turba fugientium actus, arma ad cœlum tollens : « Juppiter, tuis, inquit, jussus avibus[5] hic in « Palatio prima urbi fundamenta jeci. Arcem jam, scelere « emptam, Sabini habent : inde huc armati, superata « media valle[6], tendunt. At tu, pater deum hominumque, « hinc saltem arce hostes : deme terrorem Romanis, « fugamque fœdam siste. Hic ego tibi templum Statori[7]

passi crines, des cheveux qu'on laisse flotter en signe de deuil. (Voir la narration suivante, note 18).

[19] *Samothraciam*, « Samothrace, » auj. Semendrahi, île sur les côtes de Thrace, au N. O. d'Imbros, et à l'embouchure de l'Hèbre.

[20] *A Gallis*. Il s'agit de l'expédition que les Gaulois, conduits par Belgius, firent en Macédoine vers l'an 279 av. J.-C.

29. [1] *Principes*, « les premiers, au premier rang. »

[2] Hostius Hostilius, l'aïeul du roi Tullus Hostilius.

[3] *Ad prima signa*, dans le même sens que *principes*.

[4] *Inclinatur*. s.-ent. *in fugam* « recule. »

[5] *Jussus avibus*, « après avoir consulté les auspices, » (*auspicia*, *de aves adspicere*). On nommait *præpetes* les oiseaux dont le vol servait aux divinations, et *oscines* ceux que leur chant rendait propres au même usage.

[6] *Media valle*. La vallée entre les monts Palatin et Capitolin, où fut depuis le Forum.

[7] *Statori Jovi*. Le temple de Jupiter Stator (a *stando*, sive *resistendo*), était situé au pied du mont Palatin, près de la vallée dont nous avons parlé dans la précédente note.

« Jovi, quod monumentum sit posteris, tua præsenti[8] ope « servatam urbem esse, voveo. » Hæc precatus, veluti si sensisset[9] auditas preces : « Hinc, inquit, Romani, Jup« piter optimus maximus resistere atque iterare pugnam « jubet. » Restitere Romani, tanquam cœlesti voce jussi : ipse ad primores[10] Romulus provolat.

Metius Curtius ab Sabinis princeps[11] ab arce decucurrerat, et effusos egerat Romanos, toto quantum foro spatium est. Nec procul jam a porta Palatii erat, clamitans : « Vicimus perfidos hospites, imbelles hostes : jam sciunt, « longe aliud esse virgines rapere, aliud pugnare cum « viris. » In eum, hæc gloriantem, cum globo ferocissimorum juvenum Romulus impetum facit. Ex equo tum forte Metius pugnabat : eo[12] pelli facilius fuit : pulsum Romani persequuntur. Et alia[13] Romana acies, audacia regis accensa, fundit Sabinos. Metius in paludem sese, strepitu sequentium trepidante[14] equo, conjecit : adverteratque[15] ea res etiam Sabinos tanti periculo viri. Et ille quidem, annuentibus[16] ac vocantibus suis, favore[17] multorum addito animo, evadit. Romani Sabinique in media convalle duorum montium redintegrant prœlium : sed res Romana erat superior.

Tum Sabinæ mulieres, quarum ex injuria bellum ortum erat, crinibus passis[18] scissaque veste, victo malis muliebri pavore, ausæ se inter tela volantia inferre, ex transverso impetu facto, dirimere infestas[19] acies, dirimere iras : hinc patres, hinc viros orantes : « Ne se sanguine nefando « soceri generique respergerent : ne parricidio macularent « partus suos, nepotum illi, liberum hi progeniem. Si « affinitatis[20] inter vos, si connubii piget, in nos vertite

8 *Præsenti*, p. *certa*, *manifesta*.

9 *Veluti si sensisset*, « comme s'il eût eu le sentiment intérieur, la conscience. » Ce verbe *sentio* est d'un vague expressif. Dans Virgile (*Georg*. IV, 333) :—At mater sonitum thalamo sub fluminis alti—Sensit.

10 *Ad primores*, comme *principes*.

11 *Princeps*, pour *primus*.

12 *Eo*, « en raison de cette circonstance. »

13 *Alia*, dans le sens de *reliqua*.

14 *Trepidante*, « se cabrant. »

15 *Adverterat Sabinos*, « avait appelé l'attention des Sabins. »

16 *Annuentibus* « lui faisant signe. »

17 *Favore*, « le concours sympathique. »

18 *Crinibus passis*, « les cheveux flottants, » déroulés ; (*passis* comme *pansis*). Ici *passis* est l'expression juste ; *sparsis* serait trop fort. Les Sabines n'éprouvent pas à beaucoup près une passion aussi violente qu'Arsinoé. (Voir la narration précédente page 47, note 18.)

19 *Infestas*, pour *in se invicem directas*.

20 *Si affinitatis*, etc. Notez ce passage de la forme indirecte à la forme directe. Ces changements, qui donnent tant de vivacité au style, sont nombreux dans Tite-Live.

« iras : nos causa belli, nos vulnerum ac cædium viris ac « parentibus sumus. Melius peribimus quam sine alteris « vestrum viduæ, aut orbæ vivemus. » Movet res tum multitudinem, tum duces. Silentium et repentina fit quies. Inde ad fœdus faciendum duces prodeunt : nec pacem modo, sed et civitatem unam ex duabus faciunt, regnum consociant [21], imperium [22] omne conferunt Romam. Ita geminata urbe, ut Sabinis tamen aliquid daretur [23], Quirites a Curibus [24] appellati. Monimentum [25] ejus pugnæ, ubi primum ex profunda emersus palude equus Curtium [26] in vado statuit, Curtium lacum appellarunt. Ex bello tam tristi læta repente pax, cariores Sabinas viris ac parentibus, et ante omnes Romulo ipsi fecit. (Tite-Live, i, c. 12, 13.)

30.—COMBAT DES FLAVIENS ET DES VITELLIENS.

Les légions de la Gaule avaient donné l'empire à Vitellius; celles d'Orient, jalouses de voir les autres disposer de tout, veulent aussi faire un empereur, et proclament Flavius Vespasianus, qui marche aussitôt sur l'Italie et s'approche de Rome. Vitellius effrayé traite avec Sabinus, frère de Vespasien, et veut abdiquer; mais le peuple s'y oppose, et Sabinus est obligé de se réfugier dans le Capitole. La multitude furieuse l'y attaque, le tue, et brûle le temple. Alors Antonius Primus, général de l'armée de Vespasien, et campé à quelques milles, en apprenant ces événements, harangue ses soldats, et marche sur Rome pour attaquer les Vitelliens. (An 822 de Rome, 69 de J.-C.)

Tentavit Antonius vocatas ad concionem legiones mitigare, ut, castris juxta pontem Mulvium [1] positis, postera die urbem ingrederentur. Ratio cunctandi, ne asperatus prælio miles, non populo, non senatui, ne templis quidem, ac delubris deorum consuleret [2]. Sed omnem prolationem, ut inimicam victoriæ, suspectabant. Simul fulgentia per

21 *Regnum consociant*, « on partage l'autorité royale, » c.-à-d. on convient qu'il y aura deux rois.

22 *Imperium* «la suprématie, la prépondérance.» Les deux États n'en forment qu'un soumis à deux rois; mais la suprématie appartient à Rome.

23 *Aliquid daretur*, pour *fieret in gratiam eorum*.

24 *Curibus*, « Cures, » ancienne bourgade des Aborigènes Sabins, sur la rive gauche du Corèse, occupait l'emplacement de la ville actuelle de Correse. On prononçait *Cures* comme *Quires*.

25 *Monimentum*, p. *in memoriam*

26 *Curtium lacum*. « Le lac Curtius était un gouffre, à peu près au milieu du Forum, mais qui fut comblé depuis le dévouement de Curtius; le nom seul subsista. »

30.—1 *Pontem Mulvium*, « le Pont Milvius, » auj. Ponte Molle, sur le Tibre, à 2 kil. de Rome, sur la route d'Étrurie.

2 *Ne consuleret miles*, « de peur que le soldat ne fît un mauvais parti. »

colles vexilla, quanquam imbellis populus sequeretur, speciem hostilis exercitus fecerant. Tripartito agmine, pars ut adstiterat, Flaminia via[3]; pars juxta ripam Tiberis incessit; tertium agmen, per Salariam[4], Collinæ portæ propinquabat. Plebs[5] invectis equitibus fusa. Miles Vitellianus trinis et ipse præsidiis[6] occurrit. Prælia ante urbem multa et varia; sed Flavianis, consilio ducum præstantibus, sæpius prospera : ii tantum conflictati sunt, qui in partem[7] sinistram urbis, ad Sallustianos hortos[8], per angusta et lubrica viarum flexerant. Superstantes maceriis hortorum Vitelliani, ad serum usque diem, saxis pilisque subeuntes arcebant : donec ab equitibus, qui porta Collina irruperant, circumvenirentur. Concurrere et in campo Martio infestæ acies. Pro Flavianis fortuna, et parta totiens victoria : Vitelliani desperatione sola ruebant, et quanquam pulsi, rursus in urbe congregabantur.

Aderat pugnantibus spectator populus, utque in ludicro certamine, hos, rursus illos clamore et plausu fovebat : quotiens pars altera inclinasset, abditos in tabernis, aut, si quam in domum perfugerant, erui jugularique expostulantes, parte majore prædæ potiebantur : nam milite ad sanguinem et cædes obverso, spolia in vulgus cedebant[9]. Sæva ac deformis urbe tota facies : alibi prælia et vulnera; alibi balineæ popinæque : quantum in luxurioso otio libidinum; quidquid in acerbissima captivitate scelerum : prorsus ut eamdem civitatem et furere crederes et lascivire. Conflixerant ante armati exercitus in urbe, bis L. Sulla, semel Cinna victoribus; nec tunc minus crudelitatis : nunc[10] inhu-

3 *Flaminia via*, « la voie Flamienne » sortait de Rome du côté du Nord, et conduisait à Ariminum, en traversant une partie de l'Étrurie et toute l'Ombrie; elle avait 222 milles de long, équivalant à près de 329 kilomètres.

4 *Per Salariam*, « la voie Salaria » allait de la porte Colline dans la direction du pays des Sabins. Elle tirait probablement son nom des salines qui avaient été établies près d'Ostie. (Voy. Tite-Live, I, c. XXXIII.)

5 *Plebs invectis equitibus fusa*, « une charge de cavalerie mit cette populace en fuite. »

6 *Trinis præsidiis*, « en trois corps. »

7 *In partem sinistram urbis*. Ceux qui se dirigeaient vers la partie gauche de la ville sont les mêmes qui sont désignés plus haut comme s'approchant de la porte Colline.

8 *Sallustianos hortos*, « les jardins de Salluste, » sur le mont Quirinal, étaient vantés par les Anciens comme la plus délicieuse promenade de Rome. Ils comprenaient tout le grand espace qui se trouve enfermé entre les murs de Rome, la rue de la porte Colline (*via Salaria*), jusqu'à l'angle de Sainte-Suzanne (*via Nomentana*); et de là ils s'étendaient en deçà de la porte Pinciane, à l'angle de l'ancienne rue Collatine.

9 *In vulgus cedebant*, « tombaient aux mains de la populace. »

10 *Nunc*, comme *imo nunc*.

mana securitas[11], et ne minimo quidem temporis voluptates intermissæ : velut festis diebus[12] id quoque gaudium[13] accederet, exsultabant, fruebantur[14]; nulla partium cura, malis publicis læti.

Plurimum molis in oppugnatione castrorum[15] fuit, quæ acerrimus quisque, ut novissimam spem, retinebant. Eo intentius victores, præcipuo veterum cohortium studio[16], cuncta validissimarum urbium excidiis reperta simul admovent, testudinem[17], tormenta, aggeres facesque : « quidquid tot prœliis laboris ac periculi hausissent[18], opere illo consummari[19] clamitantes; urbem senatui ac populo romano, templa diis reddita; proprium esse militis decus in castris; illam patriam, illos penates : ni statim recipiantur, noctem in armis agendam. » Contra Vitelliani, quanquam numero fatoque dispares[20], inquietare victoriam[21], morari pacem, domos arasque cruore fœdare : suprema victis solatia[22] complectebantur. Multi semianimes, super turres et propugnacula mœnium exspiravere. Convulsis portis, reliquus globus obtulit se victoribus : et cecidere omnes contrariis vulneribus[23], versi in hostem : ea cura etiam morientibus decori exitus fuit. (Tac., *Hist.*, III, c. 82-84.)

11 *Securitas*, « insouciance. »

12 *Festis diebus*. Cette bataille avait lieu pendant les Saturnales.

13 *Id quoque gaudium*, « ce nouveau divertissement. »

14 *Fruebantur*, s.-ent. *eo gaudio*. Nous avons adopté la ponctuation de l'édition Lemaire.

15 *Castrorum*, sous-entendu *Prætorianorum*.

16 *Veterum cohortium studio*. Ces vieilles cohortes étaient composées des prétoriens licenciés par Vitellius et rappelés sous les drapeaux par les chefs Flaviens.

17 *Testudinem*, « la tortue. » Il s'agit ici non de la manœuvre que les soldats exécutaient en joignant leurs boucliers (συνασπισμός), mais d'une espèce de voûte portative. Il ne faut pas confondre cette double manœuvre avec celle qu'on employait dans les siéges. (Voir la narration de la *Prise du château de Mulucha*.)

18 *Hausissent*, « tolérassent. »

19 *Consummari*, « allait être couronné. »

20 *Numero fatoque dispares*, « quoique accablés par le nombre et par le destin; malgré l'inégalité des forces et des chances. »

21 *Inquietare victoriam*, « inquiéter la victoire, c.-à-d. troubler la joie des vainqueurs. »

22 *Suprema victis solatia*. Ces mots sont le résumé de ce qui précède : se venger en mourant est la dernière consolation des vaincus.

23 *Contrariis vulneribus*, « des coups réciproques, croisés et rencontrés, pour ainsi dire, par ceux que l'on porte soi-même. »

31.—COMBAT DES HORACES ET DES CURIACES.

Il s'agit ici du célèbre combat où trois guerriers Romains contre trois Albains devaient décider du sort de leur patrie respective. Ce fait se passa l'an 83 de Rome, 670 av. J.-C.

Fœdere icto, trigemini, sicut convenerat, arma capiunt. Quum sui utrosque adhortarentur : « Deos patrios, patriam ac parentes, quidquid civium domi, quidquid in exercitu sit, illorum tunc[1] arma, illorum intueri manus : » feroces et suopte ingenio[2], et pleni adhortantium vocibus, in medium inter duas acies procedunt. Consederant utrinque pro castris duo exercitus, periculi magis præsentis, quam curæ[3] expertes. Quippe imperium agebatur, in tam paucorum virtute atque fortuna positum. Itaque ergo[4], erecti suspensique[5], in minime gratum spectaculum animo intenduntur. Datur signum ; infestisque armis, velut acies, terni[6] juvenes, magnorum exercituum animos gerentes, concurrunt : nec his nec illis periculum suum ; publicum imperium, servitiumque obversatur animo, futuraque ea deinde patriæ fortuna, quam ipsi fecissent. Ut primo statim concursu increpuere arma, micantesque fulsere gladii, horror ingens spectantes perstringit : et neutro[7] inclinata spe, torpebat vox spiritusque. Consertis deinde manibus, quum jam non motus tantum corporum, agitatioque anceps[8] telorum armorumque[9], sed vulnera quoque et sanguis spectaculo essent, duo Romani, super alium alius, vulneratis tribus Albanis, exspirantes corruerunt.

Ad quorum casum quum conclamasset gaudio albanus exercitus, romanas legiones jam spes tota, nondum tamen cura deseruerat, exanimes vice unius[10], quem tres Curiatii

31.—1 *Tunc,* « a ce moment ; » au moment où ils vont engager le combat.

2 *Suopte ingenio,* pour *ingenita virtute.*

3 *Curæ,* « préoccupation. »

4 *Itaque ergo*, espèce de pléonasme fréquent chez Tite-Live ; c'est un provincialisme qui répond exactement à notre *ainsi donc.*

5 *Erecti suspensique*. C'est le *spemque metumque inter dubii* de Virgile.

6 *Terni,* « les deux groupes de trois. »

7 *Neutro* pour *in neutram partem*

8 *Anceps* a souvent dans Tite-Live le sens de *duplex ;* mais peut-être ici vaut-il mieux l'entendre dans le sens d'*équivoque ; agitatio anceps*, une agitation dont on ne peut rien encore conclure ; opposé à *vulnera* et *sanguis.*

9 *Telorum armorumque*. *Arma* signifie proprement tout ce qui sert à défendre le corps, casque, bouclier, cuirasse ; *tela*, les armes offensives, lance, épée. (V. TIT.-LIV. I, 43, 4.)

10 *Exanimes vice unius,* « pleins d'angoisse sur le sort du dernier survivant. » — *Vice* comme *secundum vicem.*

circumsteterant. Forte is integer fuit, ut universis solus nequaquam par, sic adversus singulos ferox[11]. Ergo, ut segregaret pugnam[12] eorum, capessit fugam, ita ratus secuturos, ut quemque vulnere affectum corpus sineret. Jam aliquantum spatii ex eo loco, ubi pugnatum est, aufugerat, quum respiciens videt magnis intervallis sequentes; unum haud procul ab sese abesse : in eum magno impetu redit; et, dum albanus exercitus inclamat Curiatiis, ut opem ferant fratri, jam Horatius, cæso hoste, victor secundam pugnam petebat[13]. Tum clamore, qualis ex insperato[14] faventium solet, Romani adjuvant militem suum[15] : et ille defungi prælio festinat. Prius itaque quam alter, qui nec procul aberat, consequi posset, et alterum Curiatium conficit. Jamque æquato Marte singuli supererant, sed nec spe, nec viribus pares. Alterum intactum ferro corpus et geminata victoria ferocem in certamen tertium dabant[16] : alter fessum vulnere, fessum cursu trahens corpus, victusque fratrum ante se strage, victori objicitur[17] hosti; nec illud prælium[18] fuit. Romanus exsultans : « Duos, inquit, fratrum Manibus dedi : tertium, causæ belli hujusce, ut Romanus Albano imperet, dabo[19]. » Male sustinenti arma, gladium superne jugulo defigit : jacentem spoliat. Romani ovantes ac gratulantes Horatium accipiunt; eo majore cum gaudio, quo prope[20] metum res fuerat. Ad sepulturam inde suorum nequaquam paribus animis[21] vertuntur, quippe imperio alteri aucti, alteri ditionis alienæ facti. Sepulcra exstant[22] quo quisque loco cecidit. Duo Romana uno loco propius Albam, tria albana Romam

11 *Ferox*. C'est notre vieux mot *gaillard*, jadis pris dans une acception sérieuse.

12 *Pugnam* pour *eos pugnantes*.

13 *Petebat* pour *affectabat*, *inibat*.

14 *Qualis ex insperato*, pour *qualis esse solet, cum præter spem is, cui favetur, vincit*.

15 *Militem suum*, « leur champion. »

16 *Ferocem in certamen dabant*. Construisez : *dabant ferocem in certamen*.

17 *Objicitur*, pour *obnoxius patet*. Remarquez la force de ce passif.

18 *Nec illud prælium*, sous-entendu *sed cædes*.

19 *Causæ... dabo*, pour *fini consilioque hujus belli destinabo, devovebo*, «c'est à l'objet de cette guerre que je l'immolerai».

20 *Quo prope*. Comme on trouve quelquefois *magis* explétif, à l'exemple du μᾶλλον des Grecs, de même on peut omettre le signe du comparatif.

21 *Nequaquam paribus animis*, « dans une disposition d'esprit bien différente. »

22 *Sepulcra exstant*, etc. Bauer ne sait comment expliquer la position respective des combattants, et, par suite, la place de leurs tombeaux. « En tous cas, dit Niebuhr, le combat a eu lieu près de la *fossa Cluilia*; c'est par conséquent sur la route de Frascati. Que quiconque fera désormais ce chemin se rappelle le combat des Horaces. »

versus; sed distantia locis, et ut pugnatum est[23]. (Tit. Liv., i, c. 25.)

32.—MEURTRE DE CAMILLE, SŒUR D'HORACE.

Horace, vainqueur des trois Albains (voy. n° 31) en rapportait les dépouilles à Rome. Sa sœur, qui était fiancée à l'un des Albains, vient au-devant de lui, et reconnaît le fatal trophée : ses cris excitent le courroux du vainqueur qui l'immole. Cité en justice, Horace est défendu par son père, et absous. (An 83 de Rome, 670 av. J.-C.)

Princeps[1] Horatius ibat, tergemina spolia præ se gerens : cui soror virgo, quæ desponsa uni ex Curiatiis fuerat, obvia ante portam Capenam[2] fuit : cognitoque[3] super humeros fratris paludamento[4] sponsi, quod ipsa confecerat, solvit crines, et flebiliter nomine sponsum mortuum appellat. Movet feroci juveni animum comploratio sororis, in victoria sua tantoque gaudio publico. Stricto itaque gladio, simul verbis increpans, transfigit puellam : « Abi hinc « cum immaturo[5] amore ad sponsum, inquit, oblita fra- « trum mortuorum, vivæque oblita patriæ. Sic eat quæ- « cumque Romana lugebit hostem ! » Atrox visum id facinus Patribus plebique : sed recens meritum facto[6] obstabat. Tamen raptus in jus ad regem. Rex, ne ipse tam tristis ingratique ad vulgus[7] judicii, aut, secundum judicium, supplicii auctor esset[8], concilio populi advocato : « Duumviros[9], inquit, qui Horatio perduellionem[10] judi- « cent secundum legem, facio. » Lex horrendi carminis[11] erat : « Duumviri perduellionem judicent. Si a Duumviris

[23] On lira avec fruit la belle appréciation que Rollin a faite de cette narration dans son *Traité des Etudes*, liv. iii, c. 3.

32.—[1] *Princeps*, pour *primus*.

[2] *Portam Capenam*. A la mort de Romulus, Rome n'avait pas plus de quatre portes; elle en avait trente-sept du temps de Pline, qui, comme on sait, vivait sous Trajan. De la porte Capène partait la route de Capoue, qui était la voie Appienne.

[3] *Cognito* dans le sens d'*agnito*.

[4] *Paludamento*, manteau militaire des officiers.

[5] *Immaturo*, « intempestivo. »

[6] *Facto*, pour *invidiæ facti*.

[7] *Ingrati ad vulgus*, « qui serait mal vu de la multitude. »

[8] *Ne... supplicii auctor esset*, « pour n'avoir pas à prendre l'initiative de son supplice. »

[9] *Duumviros*, « les duumvirs » étaient des magistrats inférieurs qu'on nommait *extraordinairement*.

[10] *Perduellionem*. Dans son sens premier, *perduellio* signifie « acte d'hostilité » (*duellum*, *bellum*); par extension : tout crime capital, trahison, attentat contre la nation, parricide, etc., et enfin : meurtre volontaire d'une personne libre. Les comices prononçaient dans les cas de perduellion.

[11] *Lex horrendi*, *carminis* « la loi (de perduellion) s'exprimait dans un langage terrible. »—*Carmen*, « texte, formule. »

« provocarit, provocatione certato [12] : si vincent [13], caput « obnubito [14]; infelici arbori [15] suspendito. Verberato vel « intra pomœrium, vel extra pomœrium [16]. » Hac lege Duumviri creati, qui se absolvere non rebantur ea lege [17] ne innoxium quidem [18] posse, quum condemnassent; tum alter ex his : « P. Horati, tibi perduellionem judico, inquit : I, « lictor, colliga manus. » Accesserat lictor, injiciebatque laqueum. Tum Horatius, auctore Tullo, clemente legis interprete [19] : « Provoco, inquit. » Ita de provocatione certatum ad populum est. Moti homines sunt in eo judicio, maxime P. Horatio patre proclamante, « se filiam jure « cæsam judicare; ni ita esset, patrio jure [20], in filium « animadversurum fuisse. » Orabat deinde, « ne se, quem paulo ante cum egregia stirpe conspexissent, orbum liberis facerent. » Inter hæc senex, juvenem amplexus, spolia Curiatiorum fixa eo loco, qui nunc Pila Horatia appellatur, ostentans : « Hunccine, aiebat, quem modo decoratum, « ovantemque victoria incedentem vidistis, Quirites, eum « sub furca vinctum inter verbera et cruciatus videre « potestis? quod vix Albanorum oculi tam deforme specta- « culum ferre possent. I, lictor, colliga manus quæ paulo « ante armatæ imperium populo romano pepererunt. I, « caput obnube liberatoris urbis hujus. Arbori infelici « suspende; verbera vel intra pomœrium, modo inter illa « pila, et spolia hostium : vel extra pomœrium, modo inter « sepulcra Curiatiorum. Quo enim ducere hunc juvenem « potestis, ubi non sua decora eum a tanta fœditate sup- « plicii vindicent? » Non tulit populus nec patris lacrymas,

12 *Provocatione certato*, « qu'il coure les chances de son appel, qu'il en subisse les conséquences.» Remarquez l'impératif en *to* usité dans les formules légales.

13 *Si vincent*, s.-ent. *duumviri*, « si le peuple donne raison aux duumvirs, s'il confirme leur jugement. »

14 *Caput obnubito*, sous-entendu *lictor*. On voilait la tête des criminels qu'on allait décapiter.

15 *Infelici arbori*, « l'arbre de malheur, » le gibet.

16 *Pomœrium*, terrain situé tant dans l'enceinte qu'au dehors des murailles; c'était un espace libre qu'on regardait comme sacré.

17 *Ea lege*, « aux termes de cette loi. »

18 *Ne innoxium quidem*, s.-ent. *aliquem*, « fût-on innocent, » eût-on agi involontairement, dans le cas de légitime défense. Il paraît d'après cela que la loi de *perduellion* portait peine de mort *quand même* : on comprend la nécessité de l'appel.

19 *Clemente legis interprete*, mot-à-mot: «se faisant l'interprète humain de la loi», c.-à-d. « interprétant la loi dans ce qu'elle avait d'humain. »

20 *Patrio jure*, « du droit de sa toute-puissance paternelle. » Le père avait droit de vie et de mort sur ses enfants, d'après une loi de Romulus.

nec ipsius[21] parem in omni periculo animum[22] : absolveruntque admiratione magis virtutis quam jure causæ. (Tit.-Liv. 1, c. 26.)

33.—RHADAMISTE ET ZÉNOBIE.

Rhadamiste, fils du roi d'Ibérie Pharasmane, épousa sa cousine Zénobie. Cette alliance ne l'empêcha point de détrôner son beau-père Mithridate. Après l'aventure tragique qui fait le sujet de ce récit, Rhadamiste se réfugia dans les Etats de son père ; mais celui-ci, sous prétexte de complot, le fit assassiner l'an 54 de J.-C.

Vologeses[1] casum invadendæ Armeniæ obvenisse ratus, quam a majoribus suis possessam, externus rex flagitio obtineret, contrahit copias, fratremque Tiridaten deducere in regnum[2] parat, ne qua pars domus[3] sine imperio ageret. Incessu Parthorum, sine acie pulsi Iberi[4]; urbesque Armeniorum Artaxata[5] et Tigranocerta[6] jugum accepere. Deinde atrox hiems, seu parum provisi commeatus, et orta ex utroque tabes, percellunt[7] Vologesen omittere præsentia; vacuamque rursus Armeniam Rhadamistus invasit, truculentior quam antea, tanquam adversus defectores, et in tempore[8] rebellaturos. Atque illi, quamvis servitio sueti, patientiam abrumpunt, armisque regiam circumveniunt.

Nec aliud Rhadamisto subsidium fuit, quam pernicitas equorum, quis[9] seque et conjugem abstulit. Sed conjux gravida, primam utcumque[10] fugam, ob metum hostilem, et mariti caritatem, toleravit : post festinatione continua[11], ubi quati uterus, et viscera vibrantur, orare ut morte honesta contumeliis captivitatis eximeretur. Ille primo amplecti,

21 *Ipsius*, s.-ent. *Horatii*.

22 *Parem in omni periculo animum,* » son âme toujours égale (toujours ferme) dans toute espèce de dangers, » ferme sur le champ de bataille, ferme devant le supplice.

33.—1 *Vologeses*, « Vologèse, » roi des Parthes, fils et successeur de Vonan II, donna la Médie à son frère Pacorus, et plaça un autre de ses frères. Tiridate, sur le trône d'Arménie.

2 *In regnum*, s.-ent. *Armeniæ*.

3 *Domus*, « de sa famille. »

4 *Iberi*, « les Ibères, » (qu'il ne faut pas confondre avec les Ibères de l'Hispanie) occupaient la région de l'Asie ancienne située au S. du Caucase, entre la Colchide à l'O., l'Albanie à l'E. et les Taoques au S.

5 *Artaxata*, « Artaxate, » auj. *Ardech*, capitale de toute l'Arménie, dans l'Otène.

6 *Tigranocerta*, « Tigranocerte, » ville d'Arménie (Gordyène), sur le *Nicéphorius*, affluent du Tigre.

7 *Percellunt*. Peut-être faut-il lire *perpellunt*.

8 *In tempore*, « au premier moment. »

9 *Quis*, pour *quibus*.

10 *Utcumque*, « tant bien que mal, le mieux qu'elle put. »

11 *Festinatione continua*, « par la continuité d'une course précipitée. »

allevare, adhortari, modo virtutem admirans, modo timore æger, ne quis relicta potiretur. Postremo, violentia amoris, et facinorum non rudis, destringit acinacem, vulneratamque ad ripam Araxis trahit, flumini tradit, ut corpus etiam auferretur [12]; ipse præceps Iberos ad patrium regnum pervadit. Interim Zenobiam (id mulieri nomen) placida illuvie [13], spirantem ac vitæ manifestam, advertere pastores, et dignitate formæ haud degenerem [14] reputantes, obligant vulnus, agrestia medicamina adhibent; cognitoque nomine et casu, in urbem Artaxata ferunt, unde publica cura deducta ad Tiridaten, comiterque excepta, cultu regio habita est [15]. (TAC., *Ann.*, XII, c. 50, 51.)

34.—RUINE D'ALBE.

Métius Suffétius, dictateur de la ville d'Albe, ayant trahi les Romains dans un combat où il croyait par sa défection assurer leur défaite, fut condamné par Tullus Hostilius à être tiré à quatre chevaux. Le châtiment s'étendit à la patrie de Suffétius; Tullus décida que la population d'Albe serait transférée à Rome et que la ville elle-même serait détruite. Cet evénement eut lieu l'an 87 de Rome, 666 av. J.-C.

Jam præmissi Albam erant equites, qui multitudinem traducerent Romam. Legiones deinde ductæ ad diruendam urbem : quæ ubi intravere portas, non quidem fuit tumultus [1] ille, nec pavor, qualis captarum esse urbium solet, quum effractis portis, stratisve ariete muris, aut arce vi capta, clamor hostilis et cursus per urbem armatorum omnia ferro flammaque miscet [2] : sed silentium triste ac tacita mœstitia ita defixit omnium animos, ut præ metu obliti quid relinquerent, quid secum ferrent, deficiente consilio, rogitantesque alii alios, nunc in liminibus starent, nunc errabundi domos suas, ultimum illud [3] visuri, perva-

12 *Auferretur*, s.-ent. *ab hostibus*.

13 *Placida illuvie*, « doucement portée par le courant » (vers la rive). —*Illuvie*, dans le sens d'*alluvie*.

14 *Haud degenerem*, p. *generosam*.

15 Cette aventure a fourni le sujet de la plus intéressante des tragédies de Crébillon, *Rhadamiste et Zénobie*.

34.—1 *Tumultus*, « confusion, » comme celle qui résulte d'une attaque soudaine.

2 *Clamor... miscet*. Des éditions portent une virgule après *hostilis*, comme si le sens était suspendu, c'est une faute : le désordre de cette phrase en fait la beauté. Cette clameur terrible, cette course en armes, « qui sème partout le fer et le feu, » c'est là une de ces hardiesses d'expression qui étonnent et qui ravissent chez les grands écrivains.

3 *Illud*. Nous rétablissons la leçon des mss. *Illud* ayant semblé obscur, on a cru devoir y substituer *illas*. *Ultimum illud* est une sorte de locution adverbiale comme le *hoc pri-*

garentur. Ut vero jam equitum clamor exire jubentium instabat, jam fragor tectorum quæ diruebantur ultimis[4] urbis partibus audiebatur; pulvisque ex distantibus locis ortus, velut nube inducta omnia impleverat; raptim quibus[5] quisque poterat elatis, quum larem et penates, tectaque in quibus natus quisque, educatusque esset, relinquentes exirent : jam continens[6] agmen migrantium impleverat vias : et conspectus aliorum mutua miseratione integrabat lacrymas, vocesque etiam miserabiles exaudiebantur, mulierum præcipue quum obsessa ab armatis templa augusta præterirent, ac velut captos relinquerent Deos. Egressis urbem[7] Albanis, Romanus passim publica privataque omnia tecta adæquat solo[8], unaque hora quadringentorum annorum opus, quibus Alba steterat, excidio ac ruinis dedit. Templis tamen Deum (ita enim edictum ab rege fuerat) temperatum est[9]. (Tit.-Liv., i, c. 29.)

35.—LA CHUTE D'UN AMPHITHÉATRE.

Originairement les jeux et les spectacles formaient une partie importante du culte des Romains. Romulus institua les premiers jeux publics en l'honneur des dieux. Les rois ses successeurs suivirent son exemple. Dans la suite, les consuls et les autres magistrats de la république se signalèrent à l'envi par des spectacles que la politique, plus encore que la religion, les engageait à donner au peuple; il y eut des courses de chars et de chevaux, des luttes de force et d'agilité, des *naumachies*, des *chasses*, des combats de gladiateurs. Ces spectacles avaient lieu dans des *amphithéâtres*, édifices ainsi appelés parce qu'ils avaient une forme circulaire, et qu'ils offraient la réunion de deux théâtres opposés. Ils furent d'abord construits en bois et seulement pour l'occasion; depuis ils furent bâtis en pierre. Celui dont il est question dans ce récit appartenait au premier système de construction. (An 779 de Rome, 26 de J.-C.)

M. Licinio, L. Calpurnio coss., ingentium bellorum cladem

mum de Virgile (*Énéide*, ii, 78), et répond à *ultima illa vice*, cette fois encore, cette dernière fois.

[4] *Ultimis*, « reculés. »

[5] *Quibus*, pour *quæ*, par attraction. Notez cet hellénisme.

[6] *Continens*, pour *continuum* (διηνεκές); « une longue file non interrompue. »

[7] *Egressis urbem*. Tite-Live a dit ailleurs (ii, 37, 5) *ut urbem excederent*.

[8] *Adæquat solo*. « Il est impossible « même aujourd'hui de méconnaître « le lieu où la ville d'Albe formait « une longue rue, entre la montagne « et le lac (d'Albano). Dans toute cette « étendue le rocher est brusquement « coupé du côté du lac. La surface « du lac est maintenant fort au-« dessous de l'ancienne ville. Du « temps de Diodore et de Denys, il « y eut une grande sécheresse qui « mit à découvert les debris de vas-« tes édifices que le peuple prenait « pour le palais d'un roi impie. » (Niebuhr, *hist. romaine*.)

[9] Il paraîtrait, suivant le grammairien Servius, que dans cette description si pathétique de la ruine d'Albe, Tite-Live a imité le deuxième livre des *Annales* d'Ennius.

æquavit malum improvisum : ejus initium simul et finis exstitit. Nam cœpto[1] apud Fidenam[2] amphitheatro, Atilius quidam, libertini generis, quo spectaculum gladiatorum celebraret, neque fundamenta per solidum subdidit, neque firmis nexibus ligneam compagem superstruxit : ut qui non abundantia pecuniæ, nec municipali[3] ambitione, sed in sordida mercede[4], id negotium quæsivisset. Adfluxere avidi talium, imperitante Tiberio procul voluptatibus habiti, virile ac muliebre secus[5], omnis ætas, ob propinquitatem loci effusius : unde gravior pestis fuit, conferta mole, dein convulsa[6], dum ruit intus, aut in exteriora effunditur; immensamque vim mortalium, spectaculo intentos, aut qui circum adstabant, præceps trahit, atque operit. Et illi quidem quos principium stragis in mortem adflixerat[7], ut tali sorte[8], cruciatum effugere. Miserandi magis, quos abrupta parte corporis, nondum vita deseruerat; qui per diem visu[9], per noctem ululatibus et gemitu, conjuges aut liberos noscebant. Jam ceteri fama exciti, hic fratrem, propinquum ille, alius parentes lamentari : etiam quorum diversa de causa amici aut necessarii aberant, pavere tamen neque dum[10] comperto[11], quos illa vis perculisset, latior ex incerto metus.

Ut cœpere dimoveri obruta, concursus ad exanimos complectentium, osculantium : et sæpe certamen, si confusior facies, et par forma aut ætas, errorem adgnoscentibus fecerat. Quinquaginta hominum millia eo casu debilitata[12] vel obtrita sunt. Cautumque in posterum senatusconsulto,

35. — 1 *Cœpto... amphitheatro*, « ayant entrepris de construire un amphithéâtre. »

2 *Fidenam*, « Fidènes, » ville du Latium, à cinq milles (7 kilom. 407) au N.-E. de Rome, un peu au-dessus du confluent du Tibre et de l'Anio.

3 *Nec ambitione municipali*, « ni dans le but de se populariser dans son municipe. » Par *ambitio municipalis*, il faut entendre l'ambition d'arriver aux honneurs municipaux, comme le *duumvirat*, qui était le consulat des municipes, ou le *décurionat* qui en était la sénatorerie.

4 *In sordida mercede*, « par un sordide intérêt. »

5 *Secus*, comme *sexus*. *Secus* est un nom neutre indéclinable qu'on rencontre quelquefois chez les auteurs. (Voy. Tite-Live, xxvi, 47; Salluste, *Histor. fragm.*, liv. 2.)

6 *Conferta mole dein convulsa*. m.-à-m. « l'immense édifice ayant été rempli, puis s'étant disloqué. »

7 *In mortem adflixerat*, « avait écrasé de manière à les faire mourir; » avait tué sur le coup.

8 *Ut tali sorte*, « dans un tel malheur, » se rapportant à *cruciatum effugere*. Ils évitèrent les tourments, du moins autant que le comportait une destinée si affreuse.

9 *Qui per diem visu*, etc. *Qui* se rapporte à une autre catégorie d'individus.

10 *Neque dum*, pour *nondum*.

11 *Comperto*. Cette forme d'ablatif absolu se rencontre souvent chez les auteurs. Tacite, en particulier, l'affectionne.

12 *Debilitata*, « estropiés. »

ne quis gladiatorium munus[13] ederet cui minor quadringentorum millium[14] res; neve amphitheatrum imponeretur, nisi solo firmitatis spectatæ. Atilius in exsilium actus est. Ceterum sub recentem cladem patuere procerum domus, fomenta, et medici passim præbiti; fuitque Urbs per illos dies, quanquam mœsta facie, veterum institutis similis, qui magna post prælia saucios largitione et cura sustentabant. (Tac., *Ann.*, IV, c. 62 et 63.)

36.—CONSPIRATION ET SUPPLICE DES FILS DE BRUTUS.

Les Tarquins, chassés de Rome, tentèrent d'y rentrer par la trahison avant de recourir à la force des armes. Ils envoyèrent dans la ville des députés, en apparence pour réclamer leurs biens, mais en effet pour se ménager des appuis dans la jeune noblesse. Les suggestions perfides de ces émissaires n'eurent que trop de succès. (An de Rome 244 ; av. J.-C. 509.)

Erant in romana juventute adolescentes aliquot, nec ii tenui loco orti, quorum in regno[1] libido solutior fuerat, æquales sodalesque adolescentium Tarquiniorum, assueti more regio vivere. Eam tum, æquato jure omnium, licentiam quærentes[2], libertatem aliorum in suam vertisse[3] servitutem inter se conquerebantur : « regem hominem esse, a quo impetres[4], ubi[5] jus, ubi injuria opus sit : esse gratiæ locum, esse beneficio; et irasci et ignoscere posse : inter amicum atque inimicum discrimen nosse. Leges, rem surdam, inexorabilem esse, salubriorem, melioremque inopi quam potenti : nihil laxamenti[6] nec veniæ habere, si modum excesseris; periculosum esse[7], in tot humanis erro-

[13] *Gladiatorium munus*, « un combat de gladiateurs.» Ces spectacles de combats de gladiateurs étaient appelés *munera* parce que c'étaient comme des présents qu'on faisait au peuple.

[14] *Quadringentorum millium*, « 400,000 sesterces. » Le petit sesterce (*sestercius*) est évalué à environ 20 cent. de notre monnaie. La somme fixée par le sénat n'était donc pas bien considérable (envir. 80,000 fr.).

36.—[1] *In regno*, pour *sub regibus*, « sous le régime monarchique. »

[2] *Licentiam quærentes*, « regrettant une époque de licence. » *Quærentes* comme *requirentes* · *desiderantes*.

[3] *Vertisse*, pour *versam esse*.

[4] *A quo impetres*, « dont on est sûr de tout obtenir. »

[5] *Ubi*, comme *sive* : *ubi jus* (sit), (*sive sit justum* ;) *ubi injuria opus sit*, (*sive contra jus fiat.*)

[6] *Nihil laxamenti habere*, » elles ne connaissent pas les doux tempéraments, » elles ne savent rien relâcher de leur inflexible rigueur.

[7] *Periculosum esse*, *in tot humanis*, etc. « il est dangereux au milieu de tant de faiblesses (de tant d'occasions de chute) qui sont le partage de l'humanité, de faire de l'innocence seule la règle de sa vie et de ses actions.» *Humani errores*, pour *errores quos humana parùm natura cavet; sola innocentia vivere* pour *ad innocentiam tantùm attemperare vitam*.

ribus, sola innocentia vivere. » Ita, jam sua sponte ægris[8] animis, legati ab regibus superveniunt, sine mentione reditus[9], bona tantum repetentes. Eorum verba postquam in senatu audita sunt, per aliquot dies ea consultatio tenuit[10]: ne non[11] reddita belli causa, reddita belli materia et adjumentum essent. Interim legati alii alia moliri, aperte bona repetentes, clam recuperandi regni consilia struere. Et, tanquam ad id quod agi videbatur, ambientes[12] nobilium adolescentium animos pertentant. A quibus placide[13] oratio accepta est; his litteras ab Tarquiniis reddunt: et de accipiendis clam nocte in urbem regibus colloquuntur.

Vitelliis, Aquiliisque fratribus primo commissa res est. Vitelliorum soror consuli nupta Bruto erat, jamque ex eo matrimonio adolescentes erant liberi, Titus Tiberiusque: eos quoque in societatem consilii avunculi assumunt. Interim quum in senatu vicisset sententia, quæ censebat reddenda bona, eamque ipsam causam moræ in urbe haberent legati, quod spatium ad vehicula comparanda a consulibus sumpsissent[14], quibus regum asportarent res, omne id tempus cum conjuratis consultando absumunt, evincuntque instando[15], ut litteræ sibi ad Tarquinios darentur: « nam aliter qui credituros eos, non vana ab legatis super rebus tantis afferri? » Datæ litteræ, ut pignus fidei essent, manifestum facinus fecerunt. Nam quum, pridie quam legati ad Tarquinios proficiscerentur, et cœnatum forte apud Vitellios esset, conjuratique ibi, remotis arbitris, multa inter se, de novo, ut fit, consilio egissent; sermonem eorum ex servis unus excepit, qui jam antea id senserat agi: sed eam occasionem, ut litteræ legatis darentur, quæ deprehensæ rem coarguere possent, exspectabat. Postquam datas sensit, rem ad consules detulit. Consules ad deprehendendos legatos conjuratosque profecti domo[16], sine tumultu rem omnem oppres-

8 *Jam sua sponte ægris*, « déjà naturellement aigris. »

9 *Sine mentione reditus*, « sans toucher à la question du retour, » de la restauration (des rois).

10 *Tenuit*, pour *distinuit*, *occupavit* (*senatores*).

11 *Ne non*, sous-entendu *verentes*, *timentes*.

12 *Tanquam ad id... ambientes*, m. à m. « les entourant, les circonvenant, comme s'il n'était question que de l'objet apparent de leur démarche. »—*Ad id*, dans le sens de *ob id*.

13 *Placide*, « avec faveur, avec complaisance. »

14 *Quod spatium sumpsissent.... a consulibus*, « attendu que les consuls avaient dû leur accorder un délai suffisant pour... »

15 *Evincunt instando*, « ils tirent des conjurés à force d'insistance... »

16 *Profecti domo*, a le même sens ici que s'il y avait *prodeuntes in publicum*.

sere : litterarum in primis habita cura, ne interciderent. Proditoribus extemplo in vincula conjectis, de legatis paululum addubitatum est : et quanquam visi sunt commisisse, ut hostium loco essent[17], jus tamen gentium valuit[18]. De bonis regiis, quæ reddi ante censuerant, res integra refertur ad Patres[19]. Illi victi ira vetuere reddi[20], vetuere in publicum[21] redigi. Diripienda plebi sunt data, ut, contacta[22] regia præda, spem in perpetuum cum his pacis amitteret. Ager Tarquiniorum, qui inter urbem ac Tiberim fuit, consecratus Marti, martius deinde campus fuit. Forte ibi tum seges farris dicitur fuisse matura messi : quem campi fructum, quia religiosum erat consumere[23], desectam cum stramento segetem, magna vis hominum simul immissa[24] corbibus fudere in Tiberim, tenui fluentem aqua, ut mediis caloribus solet. Ita in vadis hæsitantis[25] frumenti acervos sedisse illitos limo. Insulam deinde paulatim, et aliis quæ fert temere[26] flumen, eodem invectis, factam : postea credo additas moles[27], manuque adjutum ut[28] tam eminens[29] area, firmaque templis[30] quoque ac porticibus sustinendis esset. Direptis bonis regum, damnati proditores, sumptumque supplicium, conspectius eo, quod[31] pœnæ capiendæ ministerium patri de liberis consulatus imposuit : et qui spectator[32] erat amovendus, eum ipsum fortuna exactorem

17 *Commisisse ut hostium loco essent,* m. à m. « s'être conduits de manière à être tenus pour ennemis. »

18 *Valuit* pour *non violatum est.*

19 *Res integra refertur ad Patres,* « la question fut de nouveau soumise au sénat, comme si elle était toute neuve» : le sénat eut de nouveau à prononcer sur le fond de l'affaire. *Integra,* pour *nondum dijudicata et liberi arbitrii; de integro.*

20 *Reddi,* sous-entendu *bona regia.*

21 *In publicum,* pour *in ærarium.* Le sénat se refusa non-seulement à la restitution, mais même à la confiscation du domaine privé des rois.

22 *Contacta,* sous-entendu *plebs. Ut plebs contacta regia præda,* « afin que le peuple, associé à cette spoliation, compromis par la part qu'il y aurait prise. »

23 *Religiosum erat consumere,* un scrupule religieux défendait d'utiliser la récolte, qui était devenue sacrée comme le champ même.

24 *Simul immissa* peut se rapporter à la fois à *vis hominum* et à *segetem cum stramento.* En admettant ce dernier sens, il faudrait rattacher *immissa* à *corbibus.*

25 *Hæsitantis,* comme *hærentis.*

26 *Temere,* « accidentellement, fortuitement. »

27 *Moles,* des ouvrages de maçonnerie, des murs de soutènement élevés en partie sous le fleuve.

28 *Manu adjutum ut...* m. à m. : « on aida de main d'homme à ce que... »

29 *Tam eminens,* pour *admodum eminens.* Cette île du Tibre, située entre le Champ-de-Mars et le Janicule, reçut la forme d'un navire au moyen de quais.

30 *Templis.* Ces temples étaient sous l'invocation du Faune et d'Esculape, à qui l'île entière était consacrée.

31 *Conspectius eo, quod...* « qui fut d'autant plus éclatant, plus frappant que... »

32 *Spectator,* « même comme spectateur. »

supplicii dedit. Stabant deligati ad palum nobilissimi juvenes. Sed a ceteris, velut ab ignotis capitibus, consulis liberi omnium in se averterant oculos; miserebatque non pœnæ magis homines quam sceleris, quo pœnam meriti essent : « illos[33] eo potissimum anno, patriam liberatam, patrem liberatorem, consulatum ortum ex domo Junia, patres, plebem, quicquid deorum hominumque romanorum esset, induxisse in animum, ut superbo quondam regi, tum infesto exsuli proderent. » Consules in sedem processere suam, missique lictores ad sumendum supplicium, nudatos virgis cædunt, securique feriunt : quum inter omne tempus pater, vultusque et os ejus, spectaculo esset; eminente animo patrio[34] inter publicæ pœnæ ministerium. Secundum[35] pœnam nocentium, ut in utramque partem[36] arcendis sceleribus exemplum nobile esset, præmium indici[37], pecunia ex ærario, libertas et civitas data. (TIT. LIV., II, c. 3, 4 et 5.)

37.—EXÉCUTION DE TITIUS SABINUS.

La narration suivante est un exemple des délations qui désolèrent Rome pendant les dernières années de Tibère. En lisant ce récit, qui se rapporte à l'an 780 de Rome, 27 de J.-C., on ne sait ce qu'on doit détester le plus, ou de la bassesse des sénateurs qui s'étaient faits les serviles instruments de la tyrannie, ou de la cruauté du monstre qui faisait servir à sa haine ou à ses défiances l'accusation de lèse-majesté, « ce crime, dit Pline, de ceux à qui on ne pouvait point imputer de crime. »

Junio Silano et Silio Nerva coss. fœdum anni principium incessit, tracto in carcerem illustri equite romano, Titio Sabino, ob amicitiam Germanici : neque enim omiserat conjugem liberosque ejus percolere[1], sectator domi, comes

33 *Illos...*, etc. Phrase exclamative. Construisez : *Patriam liberatam... illos induxisse in animum ut...* « Quoi ! précisément cette année ! « Quoi ! leur patrie venait d'être dé- « livrée, leur père était le libéra- « teur,... et c'était tout cela qui leur « avait inspiré la pensée coupable... »

34 *Eminente animo patrio.* Ces mots démentent ce que Plutarque, Denis d'Halicarnasse et autres rapportent de l'impassibilité de Brutus. Le consul, dans l'exercice de son terrible ministère, laissa paraître des signes d'émotion paternelle ; c'est le sens le plus probable, le plus naturel d'*eminente animo patrio.* Tous les yeux sont attachés sur ce visage, sur ces traits où l'expression de la sensibilité paternelle perce sous la sévérité du magistrat.

35 *Secundum*, pour *post*.

36 *In utramque partem*, « sous un double point de vue. »

37 *Indici*, « à l'esclave dénonciateur. »

37.—1 *Percolere*, « honorer jusqu'au bout. »

in publico, post tot clientes unus; eoque apud bonos laudatus, et gravis iniquis. Hunc Latinius Latiaris, Porcius Cato, Petilius Rufus, M. Opsius, prætura functi, aggrediuntur, cupidine consulatus, ad quem non nisi per Sejanum aditus : neque Sejani voluntas[2] nisi scelere quærebatur. Compositum inter ipsos, ut Latiaris, qui modico usu Sabinum contingebat[3], strueret dolum, ceteri testes adessent; deinde accusationem inciperent. Igitur Latiaris jacere fortuitos primum sermones[4], mox laudare constantiam, quod non, ut ceteri, florentis domus amicus, afflictam deseruisset : simul honora de Germanico, Agrippinam miserans, disserebat. Et postquam Sabinus, ut sunt molles[5] in calamitate mortalium animi, effudit lacrymas, junxit questus[6]; audentius[7] jam onerat Sejanum, sævitiam, superbiam, spes ejus[8] : ne in Tiberium quidem convicio abstinet. Iique sermones, tanquam vetita miscuissent[9], speciem artæ amicitiæ facere. Ac jam ultro Sabinus quærere Latiarem, ventitare domum, dolores suos[10], quasi ad fidissimum, deferre.

Consultant quos memoravi, quonam modo ea plurium auditu acciperentur : nam loco, in quem coibatur, servanda solitudinis facies : et si pone fores adsisterent, metui visus[11], sonitus, aut forte ortæ suspiciones[12] erat. Tectum inter et laquearia[13], tres senatores, haud minus turpi latebra quam detestanda fraude, sese abstrudunt; foraminibus et rimis aurem admovent. Interea Latiaris repertum in publico Sabinum, velut recens cognita narraturus, domum et in cubiculum trahit; præteritaque et instantia[14], quorum

2 *Voluntas,* « la faveur, l'appui. »

3 *Modico usu Sabinum contingebat,* « avait quelques relations avec Sabinus. » — *Uti aliquo,* « être lié avec quelqu'un. »

4 *Jacere fortuitos sermones,* « jeter en avant des propos vagues, indifférents. »

5 *Molles,* « sensibles. »

6 *Junxit questus,* « il mêla des plaintes (à celles que proférait Latiaris) ; il se plaignit à son tour. »

7 *Audentius*... etc. « Latiaris s'enhardissant dès-lors... »

8 *Spes ejus,* « ses prétentions, ses vues ambitieuses. »

9 *Tanquam vetita miscuissent,* « comme s'ils eussent formé de concert des projets coupables, » selon Ernesti. Burnouf traduit : « comme des confidences séditieuses. « Cette traduction nous semble inexacte : il n'y avait entre Sabinus et Latiaris que des propos échangés; mais ces propos prenaient une apparence de complot. »

10 *Dolores suos,* « ses douleurs, » dans le sens de : « ses griefs, ses ressentiments. »

11 *Metui visus,*... Construisez *visus, sonitus... metui erant.*

12 *Forte ortæ suspiciones,* « des soupçons qu'un hasard pouvait faire naître » (dans l'esprit de Sabinus).

13 *Tectum inter et laquearia,* « l'espace entre le toit et le plafond de la salle, » espèce de grenier perdu, endroit où l'on n'habitait pas.

14 *Instantia* dans le sens de *præsentia.*

affatim copia[15], ac novos terrores[16] cumulat. Eadem ille[17], et diutius, quanto mœsta[18], ubi semel prorupere, difficilius reticentur. Properata[19] inde accusatio, missisque ad Cæsarem litteris, ordinem fraudis[20], suumque ipsi dedecus narravere. Non alias magis anxia et pavens civitas, egens adversum proximos[21] : congressus, colloquia, notæ ignotæque aures vitari ; etiam muta atque inanima, tectum et parietes circumspectabantur. Sed Cæsar solennia incipientis anni,[22] kalendis januariis, epistola precatus, vertit in Sabinum, corruptos quosdam libertorum, et petitum se arguens ; ultionemque haud obscure poscebat : nec mora quin decerneretur[23] ; et trahebatur damnatus, quantum, obducta veste et adstrictis faucibus, niti poterat, clamitans : « Sic inchoari annum, has Sejano victimas cadere. » Quo intendisset oculos, quo verba acciderent[24], fuga, vastitas : deseri itinera, fora : et quidam regrediebantur, ostentabantque se rursum, id ipsum paventes quod timuissent[25]. « Quem enim diem vacuum pœna, ubi inter sacra et vota, quo tempore verbis etiam profanis abstineri mos esset, vincla et laqueus inducantur ? Non imprudentem Tiberium tantam invidiam adiisse : quæsitum meditatumque, ne quid impedire credatur, quominus novi magistratus, quo modo delubra et altaria, sic carcerem[26] recludant. » Secutæ insuper litteræ, grates agentis : quod hominem infensum reipublicæ punivissent ; adjecto[27], « trepidam sibi vitam, suspectas inimicorum insidias ; » nullo nominatim compellato : neque

15 *Quorum affatim copia*, « qui lui fournissaient une abondante matière. »

16 *Novos terrores*, « de nouvelles éventualités terribles. »

17 *Ille*, Sabinus.

18 *Quanto mœsta*... etc., m. à m.: « d'autant que les sentiments douloureux, une fois qu'ils se sont fait jour, sont plus difficilement refoulés. »—*Quanto*, comme *adeo*.

19 *Properata*, « rédigée en hâte. »

20 *Ordinem fraudis*, « le détail de l'intrigue. »

21 *Egens adversus proximos*, « sans défense contre des proches. » Ce mot *egens* a embarrassé les commentateurs ; l'un sous-entend *fide*, l'autre *consilii* ; ne peut-on l'entendre dans un sens absolu, comme synonyme de *destituta, inops* ? vis-à-vis de ses proches, de ses intimes, on est sans défense : on n'est pas en garde contre ceux qui vous touchent de près.

22 *Solennia incipientis*, etc. « après les vœux ordinaires du nouvel an. »

23 *Decerneretur*, s.-entendu *ultio*.

24 *Quo verba acciderent*, « partout ou ses paroles portaient, parvenaient. »

25 *Id ipsum paventes quod timuissent*, « épouvantés de l'idée même qu'ils avaient eu peur. » (que leur crainte eût été remarquée).

26 *Carcerem*. Il s'agit du *Tullianum*, cachot souterrain qui s'ouvrait pour les malheureux qu'on allait étrangler.

27 *Adjecto*, forme d'ablatif absolu fréquente chez Tacite. (Voir la narration n. 33, note 11, et d'autres exemples dans ce volume, *passim*.)

tamen dubitabatur in Neronem et Agrippinam intendi. (TAC., *Ann.*, IV, c. 68-70.)

38.—HÉROISME D'HORATIUS COCLÈS.

Porsenna, roi de Clusium, ayant amené une armée contre Rome pour y rétablir Tarquin, qui en avait été chassé, allait y pénétrer par le pont Sublicius. Horatius défendit seul ce pont pendant qu'on le coupait. (An 246 de Rome, 507 av. J.C.)

Quum hostes[1] adessent, pro se quisque[2] in urbem ex agris demigrant : urbem ipsam sepiunt præsidiis : alia muris, alia Tiberi objecto videbantur tuta. Pons Sublicius iter pæne hostibus dedit, ni unus vir fuisset Horatius Cocles : id munimentum[3] illo die fortuna urbis romanæ habuit : qui positus forte in statione pontis, quum captum repentino impetu Janiculum[4], atque inde citatos decurrere hostes vidisset, trepidamque turbam suorum arma ordinesque relinquere, reprehensans[5] singulos, obsistens, obtestansque deum et hominum fidem, testabatur : « nequicquam deserto præsidio eos fugere[6]. Si transitum[7] pontem a tergo reliquissent, jam plus hostium in Palatio[8] Capitolioque[9], quam in Janiculo fore. Itaque monere, prædicere ut pontem ferro, igni, quacumque vi possent, interrumpant. Se impetum hostium, quantum corpore uno posset obsisti, excepturum. »

Vadit inde in primum aditum pontis, insignisque inter conspecta cedentium pugnæ terga,[10] obversis cominus[11] ad

38.—1 *Hostes*, pour *Galli*.

2 *Pro se quisque*, « individuellement. »

3 *Id munimentum*, pour *eum quasi munimentum, pro munimento*. On voit souvent dans les auteurs qu'un homme est le *bouclier*, la tour, le mur de sa patrie (πύργος, ἕρκος, κίων, ἔρεισμα).

4 *Janiculum*, « le Janicule, » une des collines de Rome, reçut son nom de Janus, qui fit construire, dit-on, les premières habitations sur son emplacement.

5 *Reprehensans*, pour *objurgans*, ou mieux *reprehensos retrahens*.

6 *Nequicquam deserto præsidio eos*, etc. Construisez : *nequicquam eos fugere deserto præsidio*, « s'ils abandonnaient ce poste, c'est en vain qu'ils fuiraient. »

7 *Transitum* est ici le participe de *transire*, si l'on n'aime mieux expliquer avec un commentateur : *si pontem reliquissent è tergo transitum hostibus* (*qui velut his transitus esset*).

8 *Palatio*, « le mont Palatin, » sur lequel Romulus seul fit bâtir des maisons; depuis, les empereurs y établirent leur résidence ; d'où *Palatium*, « le Palais. »

9 *Capitolio*. Le mont Capitolin fut nommé d'abord Saturnien

10 *Insignis inter conspecta terga*. Phrase expressive. L'attitude héroïque d'Horatius fait contraste avec tous ces *terga fugacia*. *Pugnæ cedentium*, c.-à-d. (*se subducentium*.)

11 *Obversis cominus armis*, « la

ineundum prælium armis, ipso miraculo audaciæ obstupefecit hostes: duos tamen cum eo pudor tenuit, Sp. Lartium ac T. Herminium, ambos claros genere factisque. Cum his primam periculi procellam, et quod tumultuosissimum pugnæ erat, parumper sustinuit; deinde eos quoque ipsos, exigua parte pontis relicta, revocantibus qui rescindebant, cedere in tutum coegit. Circumferens inde truces minaciter oculos, ad proceres Etruscorum, nunc singulos provocare, nunc increpare omnes: « servitia[12] regum superborum, suæ libertatis immemores, alienam oppugnatum venire. » Cunctati aliquandiu sunt, dum alius alium, ut prælium incipiant, circumspectant: pudor deinde commovit aciem[13], et, clamore sublato, undique in unum hostem tela conjiciunt. Quæ quum in objecto cuncta scuto hæsissent, neque ille minus obstinatus ingenti pontem obtineret[14] gradu[15], jam impetu conabantur detrudere virum; quum simul fragor rupti pontis, simul clamor Romanorum alacritate perfecti operis[16] sublatus, pavore subito impetum sustinuit[17]. Tum Cocles: « Tiberine pater, inquit, te sancte precor, hæc arma et hunc militem propitio flumine accipias. » Ita[18] sic armatus in Tiberim desiluit: multisque superincidentibus telis incolumis ad suos tranavit, rem ausus plus famæ habituram ad posteros, quam fidei[19]. Grata erga tantam virtutem civitas fuit: statua in comitio[20] posita[21]; agri, quantum uno die circumaravit[22], datum. Privata quoque,

pique en avant, » rapprochée du corps. Dans Valerius Flaccus, *Cominus arma habere*, même sens.

12 *Servitia*, pour *servos*. Tite-Live a dit (x, 38): *mancipia nobilium*.

13 *Commovit aciem*, « fit que les rangs s'ébranlèrent, » mit l'armée en mouvement.

14 *Pontem obtineret*, pour *obstinate retineret*, *fortiter defenderet*.

15 *Ingenti... gradu*. Expression empruntée à l'attitude des lutteurs, des gladiateurs, *qui stant diductis pedibus et firmiter positis*. C'est ainsi que Tyrtée a dit, dans le beau chant de guerre conservé par l'orateur Lycurgue :—*Ἀλλά τις εὖ διαβὰς, μενέτω ποσὶν ἀμφοτέροισι—Στηριχθεὶς ἐπὶ γῆς...*

16 *Alacritate perfecti operis*, « dans l'allégresse que leur inspire le succès de l'opération, » (*ponte rescisso.*)

17 *Sustinuit*, p. *retinuit*.

18 *Ita*, (*his dictis*), « là-dessus. »

19 *Quam fidei*, « que de créance. » L'action d'Horatius devait être plus glorieuse que croyable.

20 *In comitio*. Le Comitium était une partie du Forum où se tenait l'assemblée du peuple.

21 *Statua... posita*. A. Gelle rapporte qu'il arriva que cette statue fut frappée de la foudre. D'après le conseil perfide des Aruspices, on la relégua dans un lieu où jamais le soleil ne l'éclairait. Mais la fraude fut découverte; la statue reprit sa place sur le Vulcanal, au-dessus du Comitium, et les Aruspices furent mis à mort. Cela fit prospérer la république, et les jeunes gens chantaient dans les rues : — « Malum consilium consultori pessimum est. » (*Noct. Attic.* IV, 5.)

22 *Circumaravit*, pour *arando circumivit*. Il s'agit d'un seul sillon

inter publicos honores, studia eminebant; nam in magna inopia, pro domesticis copiis[23], unusquisque ei aliquid, fraudans se ipse victu suo, contulit. (Tit. Liv., II, c. 10.)

39.—DÉVOUEMENT D'UN TRIBUN MILITAIRE.

La première guerre punique, à laquelle appartient ce trait héroïque, dura 22 ans (de 264 à 242). La Sicile en fut le théâtre. Les historiens ne sont pas d'accord sur le nom du brave tribun dont il est question dans ce récit. La plupart l'appellent Calpurnius Flamma; Caton, Q. Cædicius; Claudius Quadrigarius le nomme Labérius ou Valérius. Cette diversité est regrettable; pour l'honneur de la vertu il serait à désirer que le nom de ce nouveau Léonidas se fût conservé sans altération dans la mémoire des siècles.

Imperator pœnus[1] in terra Sicilia bello carthaginiensi primo, obviam romano exercitui progreditur; collesque locosque idoneos[2] prior occupat. Milites romani, uti res nata est[3], in locum[4] insinuant[5] fraudi et perniciei obnoxium. Tribunus ad consulem venit; ostendit exitium de loci importunitate et hostium circumstantia: « Maturum censeo[6], inquit, si rem servare vis, faciendum, ut quadringentos[7] aliquos milites ad verrucam[8] illam ire jubeas; eamque uti occupent imperes horterisque: hostes profecto ubi id viderint, fortissimus quisque et promptissimus ad occursandum pugnandumque in eos prævertentur; unoque illo negotio sese alligabunt[9]: atque illi omnes quadringenti procul dubio obtruncabuntur. Tu interea, occupatis in ea cæde hostibus, tempus exercitus ex hoc loco educendi habebis. Alia, nisi hæc, salutis via nulla est. » Consul tri-

tracé circulairement; Pline le dit en terme exprès (XVIII, 3). Si l'on voulait entendre le *circumaravit* du procédé ordinaire de labour, qui consiste à tracer des sillons parallèles par des évolutions successives, on aurait une assez mince idée de la munificence romaine, car Horatius n'aurait reçu que ce qu'une paire de bœufs pouvait labourer en un jour, et qu'on nommait *Jugerum* (*Voy: Pline, Ibid*).

[23] *Pro domesticis copiis*, « selon ses moyens personnels. »

39.—[1] *Imperator pœnus*, c.-à-d. Hamilcar, père d'Hannibal.

[2] *Locos idoneos*, « une position avantageuse. »

[3] *Uti res nata est*, mot à mot: comme la chose se présente naturellement; « d'après la nature des choses. » On trouve dans Tite-Live: *sed ita natus locus est* (Voy. plus loin la narration des *Fourches caudines*, page 246, note 4.)

[4] *In locum*. Il s'agit des défilés de *Camarine*.

[5] *Insinuant*, sous-entendu *se*.

[6] *Maturum censeo*, « je crois qu'il est temps, qu'il est à propos. »

[7] *Quadringentos*. Tite-Live, Florus et Frontin réduisent ce nombre à 300, sans doute en souvenir des 300 Spartiates.

[8] *Verrucam*, une petite éminence, « un mamelon. »

[9] *Sese alligabunt*, « ils concentreront tous leurs efforts sur ce seul point. »

buno respondit, consilium quidem fidum atque providens sibi viderier : « sed istos, inquit, milites quadringentos ad eum locum in hostium cuneos [10], quisnam erit qui ducat? — Si alium, inquit tribunus, neminem reperis, me licet ad hoc periculum utare : ego hanc tibi et reipublicæ animam do. »

Consul tribuno gratias laudesque egit. Tribunus et quadringenti ad moriendum proficiscuntur. Hostes eorum audaciam demirantur : quorsum ire pergant, in exspectando sunt [11]. Sed ubi apparuit [12] ad eamdem verrucam occupandam iter intendere, mittit adversum illos imperator carthaginiensis peditatum equitatumque, quos in exercitu viros habuit strenuissimos [13]. Romani milites circumveniuntur; circumventi repugnant. Fit prælium diu anceps [14]. Tandem superat multitudo. Quadringenti omnes cum uno [15] perfossi gladiis, aut missilibus operti [16] cadunt. Consul interibi, dum ea pugna fit, se in locos tutos atque editos subducit. Sed quod illi tribuno duci militum quadringentorum divinitus in eo prælio usus venit, non jam nostris sed ipsius Catonis verbis subjecimus. Verba Catonis : « Dii immortales tribuno militum fortunam ex virtute ejus dedere. Nam ita evenit : quum saucius multifariam ibi factus esset, tum vulnus capiti nullum evenit : quumque inter mortuos defatigatum vulneribus ægreque spirantem, quod sanguen [17] defluxerat, cognovere, eum sustulere. Isque convaluit : sæpeque post illa operam reipublicæ fortem atque strenuam perhibuit. (Aul. Gel., iii, c. 7.)

10 *In hostium cuneos*, « contre les masses ennemies, » Le *cuneus* n'est pas seulement l'ordre de bataille que décrit Végèce, savoir le *coin*, le triangle, le *caput porcinum*; c'est encore une masse compacte, *collecta in unum militum multitudo*.

11 *In exspectando sunt*, comme s'il y avait *exspectatione suspensi attendunt*.

12 *Ubi apparuit*, « dès qu'il fut visible. »

13 *Strenuissimos*, archaïsme qu'on rencontre dans Salluste et dans Tacite.

14 *Anceps*. Voyez sur ce mot la narration du *Combat des Horaces*, page 53, n. 31, note 8.

15 *Cum uno*, pour *ad unum*, forme qui n'est pas à imiter.

16 *Operti*, pour *obruti*.

17 *Sanguen*, pour *sanguis*, vieux mot qui se trouve dans Ennius, dans Lucrèce, dans Varron et autres.

40.—AUDACE DE MUCIUS SCÆVOLA

Porsenna, roi de Clusium, assiégeait Rome pour rétablir Tarquin sur le trône. La ville était à toute extrémité lorsque Mucius prit la résolution de la délivrer en allant tuer Porsenna dans son camp. (An 240 de Rome, 515 av. J.-C.)

C. Mucius, adolescens nobilis, cui indignum videbatur, populum romanum servientem, quum sub regibus esset, nullo bello, nec ab hostibus ullis obsessum esse; liberum eumdem populum ab iisdem Etruscis obsideri, quorum sæpe exercitus fuderit : itaque magno audacique aliquo facinore eam indignitatem vindicandam ratus, primo sua sponte penetrare in hostium castra constituit : dein metuens, ne, si consulum injussu et ignaris omnibus iret, forte deprehensus a custodibus romanis retraheretur ut transfuga, fortuna tum urbis crimen affirmante[1], senatum adiit : « Transire Tiberim, inquit, patres, et intrare, si possim, castra hostium volo : non prædo, nec populationum invicem ultor[2]. Majus, si dii juvant, in animo est facinus. » Approbant patres : abdito intra vestem ferro, proficiscitur. Ubi eo venit, in confertissima turba prope regium tribunal constitit. Ibi quum stipendium forte militibus daretur, et scriba cum rege sedens pari fere ornatu multa ageret[3], eum milites vulgo adirent; timens sciscitari uter Porsenna esset, ne ignorando regem semetipse aperiret quis esset[4], quo temere traxit fortuna facinus[5], scribam pro rege obtruncat.

Vadentem inde qua per trepidam turbam cruento mucrone sibi ipse fecerat viam, quum concursu ad clamorem facto, comprehensum regii satellites retraxissent, ante tribunal regis destitutus[6], tum quoque inter tantas fortunæ minas, metuendus magis quam metuens : « Romanus sum, inquit, civis : C. Mucium vocant. Hostis hostem occidere volui. Nec ad mortem minus animi est, quam fuit ad cædem. Et facere et pati fortia, romanum est. Nec unus in

40.—[1] ***Fortunа tum urbis crimen affirmante***, « d'autant que l'état présent de la ville pouvait fortifier l'accusation, la rendre croyable. »

[2] ***Nec populationum invicem ultor***, « ni pour faire du dégât par représailles. »

[3] ***Multa ageret***, « se montrait fort occupé, fort affairé. »

[4] ***Semet ipse quis esset aperiret.*** Hellénisme.

[5] ***Quo temere traxit fortuna***, etc. m. à m. : là où la fortune égara, poussa sa main à la légère, à l'aventure; « laissant à la fortune le soin de diriger ses coups hasardeux. »

[6] ***Destitutus*** ne veut pas dire ici simplement ***solus, inops***, mais ***constitutus in inferiore loco, constitutus ita ut periculo expositus sit*** (de ***statuere***). Mucius est moins amené en présence de Porsenna comme un accusé ordinaire, qu'il n'est jeté à ses pieds comme un vil scélérat.

te ego hos animos gessi : longus post me ordo est[7] idem petentium decus. Proinde in hoc discrimen, si juvat, accingere[8], ut in singulas horas capite dimices tuo[9]; ferrum hostemque in vestibulo habeas regiæ. Hoc[10] tibi juventus romana[11] indicimus bellum. Nullam aciem, nullum prælium timueris. Uni tibi, et cum singulis, res erit. » Quum rex, simul ira incensus, periculoque conterritus, circumdari ignes minitabundus juberet, nisi expromeret propere quas insidiarum sibi minas per ambages[12] jaceret : « En tibi[13], inquit, ut sentias quam vile corpus sit iis qui magnam gloriam vident[14] : » dextramque accenso ad sacrificium foculo[15] injicit : quam quum velut alienato ab sensu torreret animo[16], prope attonitus miraculo rex, quum ab sede sua prosiluisset, amoverique ab altaribus juvenem jussisset : « Tu vero abi, inquit, in te magis quam in me hostilia ausus. Juberem macte virtute esse[17], si pro mea patria ista virtus staret. Nunc jure belli liberum[18] te, intactum inviolatumque hinc dimitto. » Tum Mucius, quasi remunerans meritum : « Quandoquidem, inquit, est apud te virtuti honos[19], ut beneficio tuleris a me[20], quod minis nequisti, trecenti conjuravimus principes juventutis romanæ, ut in te hac via grassaremur. Mea prima sors fuit : ceteri, ut cuique ciciderit[21] primo, quoad te oppor-

7 *Longus post me ordo est*, « il y a une longue liste d'individus inscrits après moi. »

8 *Accingere* est à l'impératif.

9 *Capite tuo*, pour *de capite tuo*. Il est dit plus bas : *uni tibi et cum singulis res erit*, dans le même sens. La tête de Porsenna est seule en jeu; c'est un *duel* entre lui et la jeunesse romaine, et chaque heure le renouvellera.

10 *Hoc... bellum. Hoc* répond à un geste expressif que fait Scævola « voilà la guerre, » c.-à-d. la guerre au couteau.

11 *Juventus romana*, c.-à-d. « *nos juvenes Romani.* »

12 *Per ambages*, « obscurément, par ces paroles entortillées. »

13 *En tibi*, « voilà qui est à ton intention, à ton adresse. »

14 *Vident*, « ont en vue, se proposent. »

15 *Foculo*, «un petit autel portatif,» comme en voit sur plusieurs monuments.

16 *Alienato velut ab sensu...animo*, m. à m. d'une âme comme séparée de la sensibilité ; « comme si son âme avait fait divorce avec ses sens. »

17 *Juberem macte virtute esse*, pour *juberem te macte* (*mactum, magis auctum*) *virtute esse*, « je voudrais que tu pusses croître encore en vertu. » On connaît les formes optatives *macti animo, macti virtute este*, qui répond à l'ὄναιο τῆς ἀρετῆς des Grecs.

18 *Jure belli liberum*, « libre, affranchi du droit de la guerre, » (de la peine que le droit de la guerre autorise à t'infliger).

19 *Honos*, pour *præmium*.

20 *Ut beneficio tuleris a me*. Ce membre de phrase retombe sur le suivant : *trecenti conjuravimus*. « Pour qu'il soit dit que tu as obtenu de moi par un bienfait ce que... nous sommes trois cents...» *Tuleris* comme *consequaris*.

21 *Ceciderit*, pour *obtigerit*, *exierit* (c'est-à-dire *sors e sitella*).

tunum fortuna dederit[22], suo quisque tempore aderunt. » Mucium dimissum, cui postea Scævolæ a clade[23] dextræ manus cognomen[24] inditum, legati a Porsenna Romam secuti sunt. Adeo moverat eum[25] et primi periculi casus, quo nihil se præter errorem insidiatoris texisset, et subeunda dimicatio toties quot conjurati superessent, ut pacis conditiones ultro ferret Romanis. (TIT. LIV., II, c. 12, 13.)

---

41. — ALEXANDRE CHEZ LES OXYDRAQUES.

Il s'agit d'Alexandre-le-Grand, roi de Macédoine.

Pervenit Alexander ad oppidum Oxydracarum[1], in quod plerique confugerant, haud majore fiducia mœnium quam armorum. Jam admovebat[2] rex, quum vates monere eum cœpit ne committeret, aut certe differret obsidionem; vitæ ejus periculum ostendi. Rex Demophoonta (is namque vates erat) intuens : « Si quis, inquit, te arti tuæ intentum, et exta spectantem sic interpellet[3], non dubitem quin incommodus ac molestus videri tibi possit : » et quum ille ita prorsus futurum respondisset, « Censesne, inquit, tantas res, non pecudum fibras, ante oculos habenti[4], ullum esse majus impedimentum quam vatem superstitione captum[5] ? » Nec diutius quam respondit moratus, admoveri jubet scalas, cunctantibusque ceteris, evadit in murum. Angusta muri corona[6] erat; non pinnæ sicut alibi fastigium ejus distinxerant, sed perpetua lorica[7] obducta[8] transitum sepserat.

[22] *Quoad te opportunum fortuna dederit*, « jusqu'à ce que la fortune t'ait livré avantageusement à nos coups. » (*Opportunum, idoneum factum ad rem exsequendam*, pour *opportunè*, par hypallage.)

[23] *Clade*, pour *jactura*.

[24] *Cognomen... Scævolæ*. Scævola vient de *scævus* (σκαιὸς), c'est-à-dire *lævus, sinister*, Mucius s'était brûlé la main droite.

[25] *Eum* pour *Porsennam*.

41.—1 *Oppidum Oxydracarum*, Le pays des Oxydraques, peuple de l'Inde en-deçà du Gange, était situé vers le confluent de l'Hydraote et de l'Acésine (*Setledge* et *Tchennab*). L'emplacement de leur capitale répondait à celui de la ville actuelle d'*Outche*, dans le royaume de Lahore.

[2] *Admovebat*, sous-entendu *exercitum*, il ordonnait les travaux pour avancer vers la place (ce qu'on appelle *approches*).

[3] *Te... interpellet*, «venait t'interrompre. »

[4] *Habenti*, s.-ent. *alicui* ou *mihi*.

[5] *Superstitione captum*, « aveuglé par la superstition, » comme on dit *oculis captus*, « aveugle. »

[6] *Muri corona*, « le couronnement du mur. »

[7] *Perpetua lorica*, « parapet à plein. » Ce mur n'avait point de créneaux (*pinnæ*), c.-à-d. des pièces de maçonnerie coupées en forme de dents et séparées à intervalles égaux. En guise de créneaux le faîte de ce mur était bordé par un parapet saillant par où s'épanchaient les eaux pluviales.

[8] *Obducta*, c'est-à-dire *ducta ob, propter, juxta murum*.

Itaque, rex hærebat[9] magis quam stabat in margine[10], clypeo undique incidentia tela propulsans; nam ubique eminus ex turribus petebatur. Nec subire[11] milites poterant, quia superne vi telorum obruebantur. Tandem magnitudinem periculi pudor vicit, quippe cernebant cunctatione sua dedi hostibus regem. Sed festinando morabantur auxilia: nam dum pro se quisque certat evadere, oneravere scalas, queis non sufficientibus[12], devoluti, unicam spem regis fefellerunt : stabat enim in conspectu tanti exercitus, velut in solitudine destitutus. Jamque lævam, qua clypeum ad ictus circumferebat, lassaverat, clamantibus amicis ut ad ipsos desiliret, stabantque excepturi; quum ille ausus est rem incredibilem atque inauditam, multoque magis ad famam temeritatis quam gloriæ insignem. Namque in urbem[13], hostium plenam præcipiti saltu semetipse immisit : quum vix sperare posset dimicantem certe et non inultum esse moriturum : quippe, antequam assurgeret, opprimi poterat et capi vivus. Sed forte ita libraverat corpus, ut se pedibus exciperet[14] : itaque, stans init pugnam, et ne circumiri posset fortuna providerat.

Vetusta arbor, haud procul muro, ramos multa fronde vestitos velut de industria regem protegentes objecerat; hujus spatioso stipiti corpus [ne circumiri[15] posset] applicuit, clypeo tela quæ ex adverso ingerebantur excipiens. Nam quum unum procul tot manus peterent, nemo tamen audebat propius accedere : missilia ramis plura quam clypeo incidebant. Pugnabat pro rege primum celebrati nominis fama, deinde desperatio, magnum ad honeste moriendum incitamentum. Sed quum subinde hostis afflueret[16], jam ingentem vim telorum exceperat clypeo, jam galeam saxa perfregerant, jam continuo labore gravia genua succiderant. Itaque contemptim et incaute qui proximi steterant incurrerunt : e quibus duos gladio ita excepit ut ante ipsum exanimes procumberent; nec cuiquam deinde propius incessendieum animus fuit : procul jacula sagittasque mitte-

9 *Hærebat*, « se cramponnait. »

10 *In margine*, « au bord de la muraille, » sur ce parapet.

11 *Subire*, « monter à l'assaut. »

12 *Queis non sufficientibus*, «celles-ci venant à céder sous le poids. »

13 *In urbem*, pour *in arcem*. La ville était déjà prise.

14 *Ita libraverat corpus, ut se pedibus*, etc., « il avait imprimé à son corps un balancement tel qu'il tomba sur ses pieds. »

15 *Ne circumiri posset*. Répétition oiseuse qui se sera introduite dans le texte.

16 *Quum subinde hostis affluerel*, « comme le nombre des ennemis grossissait d'instant en instant. »

bant. Ille, ad omnes ictus expositus, ægre jam exceptum poplitibus corpus tuebatur[17]; donec Indus duorum cubitorum sagittam ita excussit[18], ut per thoracem paulum super latus dextrum infigeretur : quo vulnere afflictus, magna vi sanguinis emicante, remisit arma[19] moribundo similis, adeoque resolutus[20], ut ne ad vellendum quidem telum sufficeret dextra. Itaque, ad exspoliandum corpus qui vulneraverat, alacer gaudio, accurrit : quem ut injicere corpori suo manus sensit, credo, ultimi dedecoris indignitate commotus, linquentem[21] revocavit animum, et nudum hostis latus subjecto mucrone hausit[22]. Jacebant circa regem tria corpora, procul stupentibus ceteris : ille, ut, antequam ultimus spiritus deficeret, dimicans jam[23] exstingueretur, clypeo se allevare conatus est ; et postquam ad connitendum[24] nihil supererat virium, dextra impendentes ramos complexus, tentabat assurgere : sed, ne sic quidem potens corporis, rursus in genua procumbit, manu provocans hostes, si quis congredi auderet.

Tandem Peucestas, per aliam oppidi partem deturbatis propugnatoribus muri vestigia persequens[25], regi supervenit; quo conspecto, Alexander, jam non vitæ suæ, sed mortis solatium[26] supervenisse ratus, clypeo fatigatum corpus excepit. Subit inde Timæus, et paulo post Leonnatus : huic Aristonus supervenit. Indi quoque, quum intra mœnia regem esse comperissent, omissis ceteris, illuc concurrerunt, urgebantque protegentes : ex quibus Timæus, multis adverso corpore vulneribus acceptis, egregiaque edita pugna, cecidit; Peucestas quoque, tribus jaculis confossus, non se tamen scuto, sed regem tuebatur; Leonnatus, dum avide ruentes barbaros submovet, cervice gra-

17 *Exceptum poplitibus corpus tuebatur,* « Alexandre ne se soutenait plus que sur les jarrets, » ses genoux se dérobant sous lui.

18 *Ita excussit,* « la décocha d'une telle force... »

19 *Remisit arma,* « il laissa aller ses armes. »

20 *Adeo resolutus,* « si épuisé, si languissant. »

21 *Linquentem,* sous-entendu *se.*

22 *Subjecto... hausit,* c'est-à-dire *sursum adacto transfixit.*

23 *Dimicans jam,* « en combattant encore. »

24 *Ad connitendum,* « pour se relever avec effort. »

25 *Muri vestigia persequens,* « en suivant la ligne des murailles, » ce qu'on appellerait aujourd'hui le *chemin de ronde.*

26 *Jam non vitæ suæ,* etc. Tour elliptique où il faut voir un de ces exemples d'entraînement de phrase si fréquents chez les anciens. Alexandre n'attendait plus de secours, mais seulement des consolations suprêmes; il faudrait régulièrement : *non vitæ suæ subsidium sed mortis solatium.* Mais Quinte-Curce a sacrifié l'arrangement symétrique à la brièveté que légitime ici la force du sens.

viter icta, semianimis procubuit ante regis pedes. Jam et Peucestas, vulneribus fatigatus, submiserat clypeum[27]: in Aristono spes ultima hærebat; hic quoque, graviter saucius, tantam vim hostium ultra[28] sustinere non poterat. Inter hæc ad Macedonas regem cecidisse fama perlata est. Terruisset alios quod illos incitavit : namque, periculi omnis immemores, dolabris[29] perfregere murum, et qua moliti erant aditum, irrupere in urbem, Indosque plures fugientes quam congredi ausos ceciderunt. Non senibus, non feminis, non infantibus parcitur; quisquis occurrerat, ab illo vulneratum regem esse credebant; tandemque internecione hostium justæ iræ parentatum est[30].

Ptolemæum[31], qui postea regnavit, huic pugnæ adfuisse auctor est Clitarchus et Timagenes. Sed ipse, scilicet gloriæ suæ non refragatus[32], abfuisse, missum in expeditionem, memoriæ tradidit. Tanta componentium vetusta rerum monumenta, vel securitas vel, par huic vitium, credulitas fuit!

Rege in tabernaculum relato, medici lignum hastæ corpori infixum ita[33], ne spiculum moveretur, abscidunt. Corpore deinde nudato, animadvertunt hamos[34] inesse telo, nec aliter id sine pernicie corporis extrahi posse, quam ut secando[35] vulnus augerent. Ceterum ne secantes profluvium sanguinis[36] occuparet[37], verebantur; quippe ingens telum adactum erat, et penetrasse in viscera videbatur. Critobulus[38], inter medicos artis eximiæ; sed in tanto periculo territus, manus admovere metuebat, ne in ipsius caput

27 *Submiserat clypeum*, « avait baissé son bouclier. »

28 *Ultra*, « plus longtemps. »

29 *Dolabris.* On s'étonne de voir attaquer un mur à coups de hache; mais le mur en question, au témoignage d'Arrien, était de terre. Ce n'était qu'une bâtisse en pisé que la hache pouvait entamer.

30 *Parentatum est. Parentare* signifie proprement faire des oblations funèbres aux mânes de ses parents. » (*parentibus justa facere*); ici il veut dire « donner satisfaction. »

31 *Ptolemæum.* Le nom de Σωτήρ lui aurait même été donné à cette occasion, parce qu'il aurait protégé le roi de son bouclier.

32 *Scilicet gloriæ*, etc., « qui n'a pas été, à coup sûr, l'ennemi de sa propre gloire; qui n'aurait pas répudié une action glorieuse. » *Scilicet* a souvent dans les auteurs la force affirmative de *utique*.

33 *Ita.* Joignez *ita* à *abscindunt* · *abscindunt ita ne spiculum moveretur*, « ils coupent le bois de manière à ne pas ébranler le fer. »

34 *Hamos.* Les flèches des Indiens étaient dentelées.

35 *Quam ut secando*, « qu'à la condition de tailler la plaie pour l'élargir. »

36 *Profluvium sanguinis*, « une hémorragie. »

37 *Secantes occuparet*, « ne survint au milieu de l'opération. »

38 *Critobulus*, nommé Critodème par Arrien (VI, 11). C'était un médecin de Cos, de la race des Asclépiades, famille qui prétendait descendre d'Esculape.

parum prosperæ curationis recideret eventus. Lacrimantem eum ac metuentem, et sollicitudine propemodum exsanguem rex conspexerat : « Quid, inquit, quodve tempus « exspectas, et non quamprimum hoc dolore me saltem « moriturum[39] liberas? An times ne reus sis, quum insa- « nabile vulnus acceperim? » At Critobulus tandem, vel finito, vel dissimulato metu, hortari eum cœpit « ut se « continendum præberet, dum spiculum evelleret; etiam « levem corporis motum noxium fore. » Rex quum affirmasset nihil opus esse iis qui semet continerent, sicut præceptum erat, sine motu præbuit corpus. Igitur patefacto latius vulnere, et spiculo evulso, ingens vis sanguinis manare cœpit, linquique animo rex, et caligine oculis offusa, veluti moribundus extendi. Quumque profluvium medicamentis frustra inhiberent, clamor simul atque ploratus amicorum oritur, regem exspirasse credentium. Tandem constitit sanguis; paullatimque animum recepit, et circumstantes cœpit agnoscere. Toto eo die ac nocte quæ secuta est, armatus exercitus regiam[40] obsedit, confessus, omnes unius spiritu vivere : nec prius recesserunt quam compertum est somno paulisper acquiescere : hinc certiorem spem salutis ejus in castra retulerunt. (Quint. Curt., ix, c. 4, 5.)

42.—COMBAT DE MANLIUS CONTRE UN GAULOIS.

Ce Manlius est le même dont il a été question précédemment (voy. nº 15). Le combat, sujet de cette narration, eut lieu pendant une invasion gauloise, l'an 394 de Rome, 358 av. J.-C.

Galli ad tertium lapidem Salaria via[1] trans pontem Anienis castra habuere. Dictator, quum tumultus Gallici[2] causa justitium[3] edixisset, omnes juniores sacramento adegit, ingentique exercitu ab urbe profectus, in citeriore ripa Anienis castra posuit. Pons in medio erat; neutris eum

39 *Me saltem moriturum*, « puisque, aussi bien, je dois mourir. »

40 *Regiam*, le lieu où le roi se trouvait, quel que soit d'ailleurs ce lieu, qui devient une *regia* par destination.

42.—1 *Salaria via*. Voy. page 51, la narration du *Combat des Flaviens et Vitelliens*, note 3.

2 *Tumultus Gallici*. On appelait *tumultus* (quasi *timor multus*) l'émoi causé par une invasion subite ou une guerre dangereuse, surtout de la part des Gaulois. On donnait, toutefois dans un sens plus large, le nom de *tumulte* à toute espèce de perturbation, de commotion politique ou sociale.

3 *Justitium*, l'interruption de la justice (*jus*, *stare*).

rumpentibus, ne timoris indicium esset. Prælia de occupando ponte crebra erant; nec qui potirentur, incertis viribus[4] satis discerni poterat. Tum eximia corporis magnitudine in vacuum[5] pontem Gallus processit, et, quantum maxima voce potuit : « Quem nunc, inquit, Roma fortissimum virum habet, procedat agedum ad pugnam, ut noster duorum eventus[6] ostendat, utra gens bello sit melior. » Diu inter primores juvenum romanorum silentium fuit, quum et abnuere certamen vererentur, et præcipuam sortem[7] periculi petere nollent. Tum Titus Manlius, L. filius, qui patrem a vexatione tribunitia[8] vindicaverat, ex statione ad dictatorem pergit : « Injussu tuo, inquit, imperator, extra ordinem nunquam pugnaverim, non si certam victoriam videam. Si tu permittis, volo ego illi belluæ ostendere, quando adeo ferox præsultat hostium signis[9], me ex ea familia ortum, quæ Gallorum agmen ex rupe Tarpeia dejecit. » Tum dictator, « Macte[10] virtute, inquit, ac pietate in patrem patriamque, T. Manli, esto. Perge; et nomen romanum invictum, juvantibus diis, præsta. »

Armant inde juvenem æquales : pedestre scutum[11] capit, hispano cingitur gladio[12], ad propiorem habili pugnam[13]. Armatum adornatumque adversus Gallum stolide lætum, et, quoniam id quoque memoria dignum antiquis visum est, linguam etiam ab irrisu exserentem[14], producunt. Recipiunt inde se ad stationem, et duo in medio armati, spectaculi magis more, quam lege belli[15], destituuntur, nequaquam visu ac specie æstimantibus pares. Corpus alteri magnitudine eximium, versicolori veste[16], pic-

[4] *Incertis viribus*, « vu l'insignifiance des engagements. »

[5] *Vacuum*, pour *liberum*, *neutris occupatum*.

[6] *Noster duorum eventus*, « l'issue de notre combat singulier. »

[7] *Præcipuam sortem*, « la principale chance. »

[8] *Vexatione tribunitia*. *Vide supra*, page 22, numéro 15.

[9] *Præsultat hostium*, etc., pour *exsultat præ signis hostium*.

[10] *Macte*. (Voir la narration de *Mucius Scævola*, page 72, note 17).

[11] *Pedestre scutum*, « un bouclier de fantassin. » Le *scutum* était de forme oblongue; il avait quatre pieds de long sur deux et demi de large; il différait du *clypeus*, qui était rond ou plus souvent ovale, et moins grand.

[12] *Hispano gladio*, épée courte que les Romains adoptèrent.

[13] *Propiorem...pugnam*, « un combat corps à corps. »

[14] *Irrisu exserentem*. C'est la contorsion dérisoire de la bouche et du visage, accompagnée d'un certain sifflement (*sanna*), dont parle Perse (I, 60).

[15] *Spectaculi*, etc. « On les installe au milieu du pont, plutôt selon la pratique des spectacles que selon les règles de la guerre. » Ce combat était plutôt théâtral que réellement guerrier. (Voy. sur le mot *destituo*, page 71, note 6.)

[16] *Versicolori veste*. L'habit de ce Gaulois devait ressembler à nos

tisque et auro cœlatis[17] refulgens armis : media in altero militaris statura[18], modicaque in armis habilibus magis quam decoris[19] species. Non cantus, non exsultatio, armorumque agitatio[20] vana, sed pectus animorum iræque tacitæ plenum, omnem ferociam in discrimen ipsum certaminis distulerat[21]. Ubi constitere inter duas acies, tot circa mortalium animis spe metuque pendentibus, Gallus, velut moles superne imminens, projecto læva scuto[22], in advenientis arma hostis vanum[23] cæsim, cum ingenti sonitu, ensem dejecit. Romanus, mucrone surrecto[24], quum scutum scuto imum[25] perculisset, totoque corpore interior periculo vulneris factus[26], insinuasset se inter corpus armaque, uno alteroque subinde ictu ventrem atque inguina hausit[27], et in spatium ingens ruentem porrexit hostem. Jacentis inde corpus, ab omni alia vexatione[28] intactum, uno torque spoliavit : quem respersum cruore collo circumdedit suo. Defixerat pavor cum admiratione Gallos. Romani alacres ab statione obviam militi suo progressi, gratulantes laudantesque ad dictatorem perducunt. Inter carminum prope modum incondita quædam militariter joculantes[29],

étoffes dites *écossaises*. (Voy. VIRG. *Enéide*, liv. VIII, v. 660 : *virgatis lucent sagulis.*)

17 *Auro cœlatis*, « ornées de figures d'or en relief » (*anaglypha, emblemata*).

18 *Media..... statura*, « taille moyenne. »

19 *Habilibus magis quam decoris*, « plus commodes que brillantes; plus pour l'usage que pour la montre. »

20 *Armorum agitatio*. Les Gaulois avaient coutume de brandir, d'entre-choquer leurs armes. (Voy. CÉSAR, *de Bell. Gall.*, l. VII, 21 : *suo more armis concrepat.*) Cet usage gaulois passa aux Romains du temps des empereurs, au témoignage d'Ammien.

21 *Sed pectus animorum*, etc., opposé à *non cantus*. « Point de « chants, etc., mais un cœur plein « des transports d'une colère con« centrée, un cœur dont toute l'in« trépide ardeur, contenue jusqu'à « l'instant décisif de la lutte elle« même, couvait et se réservait. » — *Discrimen*, le moment de la crise, de κρίνω.

22 *Projecto læva scuto*, « ayant poussé en avant son bouclier, du bras gauche. » *Projecto* plus fort que *protento*, *objecto*.

23 *Vanum* se rapporte à *ensem*.

24 *Mucrone surrecto*, « tenant son épée dressée, la pointe en l'air. »

25 *Scutum... imum*, s.-ent. *Galli*. Son bouclier n'atteignait que le bas du bouclier de son adversaire, vu la différence de taille entre les deux champions.

26 *Totoque corpore*, etc. Manlius serrant de près le Gaulois, s'attachant à lui, pour ainsi dire, échappait au danger d'être blessé dans quelque partie que ce fût de son corps, et cela parce qu'il s'était rendu *interior periculo vulneris*, il s'était *mis entre le corps et les armes* de son ennemi (*arma*, c.-à-d. *gladium et scutum*). Plus il était rapproché du Gaulois (*interior*, c.-à-d. *propinquior*), moins il était exposé à être blessé par la longue épée de son adversaire.

27 *Hausit*, pour *exhausit*, *trans fodit*.

28 *Vexatione*. Ce détail a trait à l'usage de mutiler (αἰκίζεσθαι) les cadavres des ennemis.

29 *Inter carminum prope*, etc. Construisez : *Torquati cognomen auditum inter joculantes militariter incondita quædam prope carminum modum*. — *Carminum prope modum* pour *prope versuum modulos*.

Torquati cognomen auditum[30]; celebratum deinde posteris etiam, familiæque honori fuit. Dictator coronam auream addidit donum, mirisque pro concione eam pugnam laudibus tulit. (Tit. Liv., vii, c. 9, 10.)

43.—COMBAT SINGULIER D'UN ATHLÈTE ATHÉNIEN ET D'UN SOLDAT D'ALEXANDRE.

Tout l'intérêt de cette petite narration est dans l'art avec lequel elle est faite. Du reste, qu'on ne s'étonne pas du sentiment d'honneur qui porta le pauvre Dioxippe à se donner la mort; les Athlètes étaient fort estimés en Grèce, et regardés comme des héros qui contribuaient à l'illustration de leur patrie, par les couronnes qu'ils remportaient dans les jeux publics.

Intererat epulis Alexandri Dioxippus[1], Atheniensis, pugil nobilis, et ob eximiam virtutem virium[2] regi pernotus et gratus. Invidi malignique increpabant per seria et ludum[3], saginati corporis[4] sequi inutilem belluam; quum ipsi prælium inirent, oleo madentem[5] præparare ventrem epulis. Eadem igitur in convivio, Horratas, Macedo, jam temulentus, exprobare ei cœpit et postulare ut, si vir esset[6], postero die secum ferro decerneret; regem tandem vel de sua temeritate vel de illius ignavia judicaturum : et a Dioxippo, contemptim militarem eludente ferociam[7], accepta conditio est. Ac postero die rex, quum etiam acrius certamen exposcerent, quia deterrere non poterat, destinata exsequi[8] passus est. Ingens hic militum, inter quos erant Græci, qui Dioxippo studebant[9], convenerat multitudo. Macedo justa arma sumpserat[10], æreum clypeum, hastam quam sarissam[11] vocant læva tenens, dextra lanceam[12],

30 *Auditum*, sous-entendu *est*.

43.—1 *Dioxippus*. C'est le Dioxippe, vainqueur aux jeux Olympiques, dont parle Pline (xxxv, c. 11).

2 *Ob virtutem virium*, « pour le mérite de sa force. »

3 *Per seria et ludum*, « moitié sérieusement, moitié par plaisanterie. »

4 *Saginati corporis*. Les athlètes se nourrissaient d'une manière fort substantielle, quoiqu'ils s'abstinssent de vin.

5 *Oleo madentem*. Les onctions d'huile dont les athlètes faisaient usage produisaient deux bons effets : l'un d'empêcher, en bouchant les pores, une trop grande dissipation d'esprits : l'autre, de donner aux muscles une plus grande flexibilité, en introduisant par les conduits de la peau des particules onctueuses. (*Mémoires de l'Acad. des Inscrip. et belles lettres*, t. iv.)

6 *Si vir esset*, « s'il était un homme et non un animal » (*bellua*).

7 *Eludente ferociam*, « tout en se raillant de cette fanfaronnade. »

8 *Destinata exsequi*, « de passer outre. »

9 *Studebant*, « s'intéressaient. »

10 *Justa arma sumpserat*, « s'était armé de toutes pièces. »

11 *Sarissam*, « sarisse, » sorte de pique analogue au *pilum* des soldats romains, dont on se servait dans les combats corps à corps.

12 *Lanceam*, « javeline » destinée à être lancee de loin.

gladioque cinctus, velut cum pluribus simul dimicaturus. Dioxippus, oleo nitens et coronatus[13], læva puniceum amiculum, dextra validum nodosumque stipitem præferebat. Ea ipsa res omnium animos exspectatione suspenderat : quippe armato congredi nudum[14] dementia, non temeritas videbatur.

Igitur Macedo, haud dubius eminus interfici posse, lanceam emisit; quam Dioxippus quum exigua corporis declinatione vitasset, antequam ille hastam transferret in dextram, assiluit, et stipite mediam eam fregit. Amisso utroque telo, Macedo gladium cœperat stringere : quem, occupatum complexu, pedibus repente subductis[15], Dioxippus arietavit[16] in terram; areptoque gladio, pedem super cervicem jacentis imposuit, stipitem intentans elisurusque eo victum, ni prohibitus esset a rege. Tristis spectaculi eventus non Macedonibus modo, sed etiam Alexandro fuit, maxime quia barbari adfuerant; quippe celebratam Macedonum fortitudinem ad ludibrium recidisse[17] verebatur. Hinc ad criminationem invidorum adapertæ sunt aures regis : et post paucos dies inter epulas aureum poculum ex composito subducitur; ministrique, quasi amisissent quod amoverant, regem adeunt. Sæpe minus est constantiæ[18] in rubore quam in culpa : conjectum oculorum, quibus ut fur destinabatur, Dioxippus ferre non potuit; et quum excessisset convivio, litteris conscriptis quæ regi redderentur, ferro se interemit. Graviter mortem ejus tulit rex, existimans indignationis esse, non pœnitentiæ testem[19], utique[20] postquam falso insimulatum eum nimium invidorum gaudium ostendit. (QUINT. CURT., IX, c. 7.

13 *Coronatus*. Dioxippe s'était probablement couronné, en souvenir de sa victoire olympique.

14 *Nudum*, nu, c.-à-d. « sans armes, » comparativement à *Horratas*.

15 *Pedibus subductis*, « lui ayant fait perdre l'équilibre; » il lui avait donné un *croc en jambe*.

16 *Arietavit*, « il le jeta rudement à terre. » Expression métaphorique empruntée au bélier, machine de siége. Dans Sénèque (*Epist.* 107) on trouve *arietare*, verbe neutre.

17 *Ad ludibrium recidisse*, « n'eût déchu jusqu'à n'être qu'un objet de risée. »

18 *Minus est constantiæ*, etc., « l'innocence qui rougit a moins d'aplomb que le crime. »

19 *Indignationis non pœnitentiæ testem esse*, « qu'elle était plutôt la preuve de l'honneur indigné que du remords. »

20 *Utique*, c.-à-d. *præsertim*.

44.—SUPPLICE DU JEUNE MANLIUS.

Cet événement se passa dans la guerre contre les Latins, l'an 413 de Rome, 340 av. J.-C. L'intéressant et malheureux jeune homme dont il est question dans ce récit était fils de T. Manlius Torquatus, le même dont a vu plus haut (page 77) le combat avec un Gaulois.

Consules, duobus scriptis exercitibus profecti, adjuncto Samnitium exercitu, ad Capuam, quo jam Latini sociique convenerant, castra locant. Ibi, agitatum in consilio[1] est, ut, si quando unquam severo ullum imperio bellum administratum esset, tunc uti[2] disciplina militaris ad priscos redigeretur mores. Curam acuebat quod adversus Latinos bellandum erat, lingua, moribus, armorum genere, institutis ante omnia militaribus congruentes : milites militibus, centurionibus centuriones, tribuni tribunis compares collegæque iisdem præsidiis, sæpe iisdem manipulis permixti fuerant. Per hæc ne quo errore milites caperentur, edicunt consules, ne quis extra ordinem in hostem pugnaret.

Forte inter ceteros turmarum[3] præfectos qui exploratum in omnes partes dimissi erant, T. Manlius, consulis filius, super castra hostium cum suis turmalibus evasit, ita ut vix teli jactu ab statione proxima abesset. Ibi Tusculani erant equites : præerat Geminus Mæcius, vir quum genere inter suos, tum factis clarus. Is ubi Romanos equites insignemque inter eos præcedentem consulis filium (nam omnes inter se, utique illustres viri, noti erant) cognovit : « Unane, ait, tur-« ma Romani cum Latinis sociisque bellum gesturi estis? « quid interea consules, quid duo exercitus consulares agent? » « — « Aderunt in tempore, Manlius inquit, et cum illis « aderit Juppiter ipse fœderum a vobis violatorum testis, qui « plus[4] potest polletque. Si ad Regillum lacum, ad satieta-« tem vestram[5] pugnavimus, hic quoque efficiemus profecto, « ne nimis acies vobis et collata signa nobiscum cordi sint[6]. » Ad ea Geminius paululum ab suis equo provectus : « Visne « igitur dum dies ista venit, qua magno conatu[7] exercitus

44.—1 *In consilio.* Le conseil de guerre était formé des lieutenants, des tribuns des soldats et des centurions de la première centurie du premier manipule (*primi pili*).

2 *Tunc uti*; peut-être *tunc utique.*

3 *Turmarum.* A chaque légion on joignait ordinairement un corps de trois cents cavaliers. Ce corps était divisé en dix escadrons (*turmæ*), et chaque escadron en trois décuries ou réunions de dix hommes.

4 *Plus*, pour *plus etiam quam ipsi.*

5 *Ad satietatem vestram*, « de manière à vous en dégoûter. »

6 *Vobis... cordi sint*, pour *vobis sint grata, jucunda.*

7 *Qua magno conatu*, etc. « où

« moveatis, interea tu ipse congredi mecum, ut nostro « duorum jam hinc eventu cernatur[8], quantum eques « latinus[9] romano præstet? »

Movet ferocem animum juvenis, seu ira, seu detrectandi certaminis pudor, seu inexsuperabilis vis fati; oblitus itaque imperii patrii[10] consulumque edicti, præceps ad id certamen agitur, quo vinceret an vinceretur, haud multum interesset. Equitibus ceteris velut ad spectaculum summotis, spatio, quod vacui interjacebat campi, adversos concitant equos, et, quum infestis cuspidibus concurrissent, Manlii cuspis super galeam hostis, Metii trans cervicem equi elapsa est[11]. Circumactis deinde equis, quum prior ad iterandum ictum Manlius consurrexisset, spiculum inter aures equi fixit; ad cujus vulneris sensum quum equus prioribus pedibus erectis magna vi caput quateret, excussit equitem : quem cuspide parmaque innixum, attollentem se ab gravi casu, Manlius ab jugulo, ita ut per costas ferrum emineret[12] terræ affixit; spoliisque lectis ad suos revectus, cum ovante gaudio turma in castra atque inde ad prætorium, ad patrem tendit, ignarus facti futurique[13], laus an pœna merita esset : « Ut me omnes, inquit, pater, tuo sanguine ortum vere ferrent, provocatus equestria hæc spolia capta ex hoste cæso porto. » Quod ubi audivit consul, extemplo filium aversatus, concionem classico advocari jussit; quæ ubi frequens convenit : « Quandoquidem, inquit, tu, T. Manli, neque imperium consulare, neque majestatem patriam veritus, adversus edictum nostrum extra ordinem[14] in hostem pugnasti; et, quantum in te fuit, disciplinam militarem, qua stetit ad hanc diem romana res, solvisti, meque in eam necessitatem adduxisti, ut aut reipublicæ mihi, aut mei meorumque obliviscendum sit; nos[15] potius nostro delicto[16] plectemur,

vous ferez le grand effort de mettre vos armées en mouvement. »

8 *Ut nostro duorum*, etc., « afin que de l'issue d'une rencontre actuelle entre nous deux on puisse décider... »

9 *Eques latinus*, « le cavalier, » pour « la cavalerie, » par synecdoche.

10 *Patrii*, comme *paterni*.

11 *Elapsa est*, sous-entendu *sine ictu, in vacuum*.

12 *Emineret*, « sortait. »

13 *Ignarus facti futurique*, « se faisant illusion sur la nature de son action et sur ce qui en résulterait pour lui. » Le jeune Manlius cherchait à s'abuser, 1° sur son acte en lui-même, 2° sur les conséquences de cet acte.

14 *Extra ordinem*, « en sortant des rangs. »

15 *Nos*, « nous, famille des Manlius. » Manlius, par une confusion éloquente, se charge du tort de son fils, et s'associe comme père au châtiment qu'il va prononcer comme juge.

16 *Nostro delicto*, pour *ob nostrum delictum*.

quam respublica tanto suo damno nostra peccata luat • triste exemplum, sed in posterum salubre juventuti erimus. Me quidem quum ingenita caritas liberum [17], tum specimen istud virtutis deceptum vana imagine decoris [18] in te movet. Sed quum aut morte tua sancienda sint consulum imperia, aut impunitate in perpetuum abroganda, ne te quidem, si quid in te nostri sanguinis est, recusare censeam, quin disciplinam militarem culpa tua prolapsam, pœna restituas. I lictor, deliga ad palum. »

Exanimati omnes tam atroci imperio, nec aliter quam in se quisque districtam cernentes securim, metu magis quam modestia [19] quievere. Itaque, velut emerso ab admiratione animo [20], quum silentio defixi stetissent, repente postquam cervice cæsa fusus est cruor, tum libero conquestu coortæ voces sunt, ut neque lamentis, neque exsecrationibus parceretur [21]; spoliisque contectum juvenis corpus, quantum militaribus studiis [22] funus ullum concelebrari potest, structo extra vallum rogo cremaretur; Manlianaque imperia [23] non in præsentia modo horrenda, sed exempli etiam tristis in posterum essent. (Tit. Liv., viii, c. 6 et 7.)

17 *Caritas liberum*, pour *caritas in liberos.*

18 *Specimen deceptum*, etc. Exemple remarquable d'hypallage. *Specimen virtutis deceptum* est pour *specimen virtutis deceptæ*, ou *in te decepto* : « Le brillant courage que tu as fait paraître, abusé que tu étais par un faux semblant de gloire. » On pourrait à la rigueur joindre *deceptum* à *in te* qui suit, mais il en résulterait une construction louche et embarrassée.

19 *Modestia*, « subordination. »

20 *Velut emerso*, etc., m. à m. : « leur âme s'étant comme dégagée du sein de l'étonnement. » Ils étaient plongés dans la stupeur; la sensibilité finit par *surnager*, par prendre le dessus.

21 *Quum silentio*, etc. On a noté ici avec raison du désordre et presque de la contradiction; il semble que ce membre de phrase serait mieux placé avant *velut emerso* : on se tait sous l'impression de l'étonnement, et non lorsque l'étonnement est dissipé; aussi a-t-on soupçonné quelque dérangement dans la phrase de Tite-Live, qui serait certainement plus claire avec cette construction : *Itaque quum silentio defixi stetissent, repente, postquam cervice cæsa fusus est cruor, velut emerso ab admiratione animo, tum...*

22 *Militaribus studiis*, « les sympathies militaires. »

23 *Manliana imperia*. Allusion au surnom d'*imperiosus* donné à Titus Manlius, le vainqueur des Herniques, père de L. Manlius Torquatus, qui justifia trop le sobriquet paternel.

45 —RIGUEUR DE PÉTRÉIUS.

Le fait rapporté ci-dessous est un épisode de la guerre civile entre César et Pompée; il se passa l'an 704 de Rome, 49 av. J.-C. Lucain s'est emparé de ce dramatique sujet, et l'a quelque peu gâté avec son emphase ordinaire. (Cf. *Pharsale*, chant IV.)

Petreius atque Afranius [1] in castra sese retulerant. Cæsar præsidiis in montibus dispositis, omni ad Iberum [2] intercluso itinere, quam proxime potest hostium castris castra communit. Postero die duces adversariorum perturbati quod omnem rei frumentariæ fluminisque Iberi spem dimiserant [3], de reliquis rebus consultabant. Erat unum iter Ilerdam [4] si reverti vellent; alterum si Tarraconem [5] peterent. Hæc consiliantibus eis, nuntiatur, aquatores ab exercitu premi nostro. Qua re cognita, crebras stationes disponunt equitum et cohortium alariarum [6] legionariasque interjiciunt cohortes vallumque ex castris ad aquam ducere incipiunt, ut intra munitionem et sine timore et sine stationibus aquare possint : ipsique perficiendi operis causa longius progrediuntur. Quorum discessu liberam nacti milites colloquiorum facultatem, vulgo procedunt : et quem quisque in castris notum aut municipem [7] habebat, conquirit atque evocat [8]. Primum agunt gratias omnes omnibus [9], quod sibi perterritis pridie [10] pepercissent : eorum se beneficio vivere. Deinde imperatoris fidem quærunt [11] : rectene se illi sint commissuri; et, quod [12] non ab initio fecerint,

45.—1 *Petreius atque Afranius.* Ils étaient lieutenants de Pompée en Espagne. Pétréius est le même qui avait défait Catilina à Pistoie.

2 *Iberum,* « l'Ebre, » en espagnol *Ebro*, prend sa source dans la Vieille Castille, et se jette dans la Méditerranée, non loin de Tortose.

3 *Dimiserant* comme *amiserant.*

4 *Ilerdam,* auj. Lérida. C'était la ville principale des Ilergètes.

5 *Tarraconem*, « Tarragone, » ville de la province actuelle de Catalogne, sur la Méditerranée.

6 *Cohortium alariarum.* Les cohortes *alariæ*, comme les *equites alarii*, étaient composées de troupes alliées. On les appelait ainsi parce que leur place de combat était aux *ailes*.

7 *Municipem*, « de son municipe, » de sa ville natale.

8 *Evocat.* Lucain, *Phars.* (I, 177) a conservé presque littéralement cette phrase :—Hospitis ille ciet nomen, vocat ille propinquum.

9 *Omnes omnibus. Omnes* s'applique aux soldats de Pétréius et d'Afranius

10 *Pridie.* César avait eu la veille l'occasion de tailler en pièces les troupes ennemies, et il les avait laissé échapper par clémence.

11 *Imperatoris fidem quærunt*, « ils demandent si l'on peut se fier au général » (à César); si l'on peut compter sur sa parole. *Quærere* se construit quelquefois avec l'accusatif; témoin ce vers d'Ovide :—.....Si quæritis hujus—Fortunam belli, non sum superatus ab illo.

12 *Et, quod... conquerantur.* Ceci se rapporte évidemment aux soldats de César, quoique le changement d'interlocuteurs ne soit peut-être pas assez marqué.

armaque cum hominibus necessariis[13] et consanguineis contulerint, conqueruntur. His provocati sermonibus, fidem ab imperatore de Petreii et Afranii vita petunt : ne quod in se scelus concepisse, neu suos prodidisse videantur. Quibus confirmatis rebus[14], se statim signa translaturos confirmant; legatosque de pace, primorum ordinum centuriones[15] ad Cæsarem mittunt. Interim alii suos in castra, invitandi causa[16], adducunt; alii ab suis adducuntur, adeo ut una castra jam facta ex binis viderentur : compluresque tribuni militum et centuriones ad Cæsarem veniunt, seque ei commendant. Hoc idem fit a principibus Hispaniæ, quos illi[17] evocaverant[18], et secum in castris habebant obsidum loco. Ii[19] suos notos hospitesque quærebant; per quem quisque eorum aditum commendationis haberet[20] ad Cæsarem. Afranii etiam filius adolescens, de sua et parentis sui salute cum Cæsare per Sulpicium legatum agebat. Erant plena lætitia et gratulatione omnia, eorum qui tanta pericula vitasse, et eorum qui sine vulnere tantas res confecisse videbantur; magnumque fructum suæ pristinæ[21] lenitatis, omnium judicio, Cæsar ferebat; consiliumque ejus a cunctis probabatur.

Quibus rebus nuntiatis Afranio, ab instituto opere discedit, seque in castra recipit, sic paratus, ut videbatur, ut, quicumque accidisset casus, hunc quieto et æquo animo ferret. Petreius vero non deserit sese[22] : armat familiam[23]; cum hac et prætoria cohorte cetratorum, barbarisque equitibus paucis beneficiariis suis[24], quos suæ custodiæ causa habere consueverat, improviso ad vallum advolat; colloquia militum interrumpit, nostros repellit ab castris; quos

13 *Necessariis,* « des alliés. »

14 *Quibus confirmatis rebus,* « ces points leur ayant été garantis. »

15 *Primorum ordinum centuriones,* « les centurions primipilaires, » c.-à-d. les centurions de la première centurie du premier manipule, soit des *Principes*, soit des *Hastati*, soit des *Triarii*. (Voir page 20, la narration n. 14, note I).

16 *Invitandi causa,* « pour les traiter amicalement, pour les fêter. »

17 *Illi.* Se rapporte à Pétréius et Afranius.

18 *Evocaverant*, « avaient mis en réquisition. »

19 *Ii*, c.-à-d. *principes hispani.*

20 *Aditum commendationis haberet,* « pût se ménager par leur entremise un accueil, une réception favorable. »

21 *Pristinæ*, pour *pridianæ.*

22 *Non deserit sese,* « il ne s'abandonne pas, » c'est-à-dire il ne perd pas la tête.

23 *Familiam.* Par *familia* il faut entendre la *maison* de Pétréius, la réunion générale de ses esclaves, affranchis, etc.

24 *Beneficiariis suis,* « dévoués à sa personne, » par suite des exemptions de service, des faveurs de toute sorte qu'il leur accordait. Voy. Végèce, *de re milit.* II, 7.

deprehendit, interficit. Reliqui coeunt inter se; et, repentino periculo exterriti, sinistras sagis[25] involvunt, gladiosque distringunt, atque ita se a cetratis equitibusque defendunt, castrorum propinquitate confisi; seque in castra recipiunt, et ab iis cohortibus, quæ erant in statione ad portas, defenduntur. Quibus rebus confectis, flens Petreius manipulos circuit, militesque appellat; neu se, neu Pompeium absentem imperatorem suum adversariis ad supplicium tradant, obsecrat. Fit celeriter concursus in prætorium. Postulat ut jurent omnes se exercitum ducesque non deserturos, neque prodituros, neque sibi separatim a reliquis consilium capturos. Princeps in hæc verba jurat ipse : ad idem jusjurandum adigit Afranium; subsequuntur tribuni militum, centurionesque : centuriatim producti milites idem jurant. Edicunt penes quem quisque sit miles Cæsaris[26], ut producatur; productos[27] palam in prætorio interficiunt : sed plerosque hi, qui receperant, celant, noctuque per vallum emittunt. Sic terrore oblato a ducibus[28], crudelitas in supplicio, nova religio jurisjurandi[29], spem præsentis deditionis sustulit, mentesque militum convertit, et rem ad pristinam belli rationem redegit. Cæsar qui milites adversariorum[30] in castra per tempus colloquii venerant, summa diligentia conquiri et remitti jubet : sed ex numero tribunorum militum, centurionumque, nonnulli sua voluntate[31] apud eum remanserunt : quos ille postea magno in honore habuit. Centuriones in ampliores ordines[32], equites romanos in tribunitium restituit honorem[33]. (CÆS., *de Bell. civ.*, I, c. 73-77.)

25 *Sagis*, « de leur manteau » (à défaut de boucliers). Le *sagum* se mettait par-dessus les autres vêtements, et s'attachait avec une agrafe.

26 *Penes quem quisque sit*, etc., « que quiconque aura par devers soi (dans sa tente) un soldat de César. »

27 *Productos*, « ceux qu'on amène devant le général. »

28 *Terrore oblato a ducibus*, « grâce au spectacle terrible que les généraux déployèrent aux yeux des soldats. » D'autres lisent *ablato*, qui ne ferait pas un bon sens.

29 *Nova religio jurisjurandi*, « le nouveau serment qui les lia. » A la suite d'une mutinerie, les chefs faisaient renouveler le serment militaire.

30 *Adversariorum*. Remarquez l'euphémisme d'*adversariorum* qui se trouve répété plusieurs fois dans le cours de cette narration, tandis que l'expression *hostium* ne s'y rencontre qu'une seule fois.

31 *Sua voluntate*, « de leur plein gré. »

32 *In ampliores ordines* « à un rang plus élevé » dans leur grade. (Voy. page 20, la narration nº 14, note 1).

33 *In tribunitium restituit honorem* « il les rétablit dans le grade de tribuns militaires. » Il paraît que les tribuns des soldats étaient choisis dès lors parmi les chevaliers. Sous les empereurs, ils furent pris à peu près exclusivement soit dans l'ordre équestre, soit dans le sénat, d'où les noms d'*angusticlavii*, de *laticlavii* qu'ils portèrent.

46.—REVOLTE DU PEUPLE CONTRE LES PATRICIENS.

Pendant les premiers siècles de Rome, le citoyen servait à ses frais dans les armées, et sans recevoir de paye. Il arrivait souvent que, forcé d'abandonner ou de négliger la culture de ses terres pour se rendre sous le drapeau, il était obligé d'emprunter pour subvenir à ses besoins et à ceux de sa famille. Un très-grand nombre de citoyens s'étaient endettés de la sorte, et quand ils ne pouvaient plus payer leurs créanciers, ils leur étaient adjugés comme esclaves, aux termes de la loi des XII Tables. Une situation aussi injuste révoltait les citoyens pauvres, et produisait des séditions. C'est d'un événement de ce genre qu'il s'agit dans la narration suivante. (An 250 de Rome, av. J.-C. 493.)

Bellum Volscum imminebat, et civitas secum ipsa discors intestino inter Patres plebemque flagrabat odio, maxime propter nexos [1] ob æs alienum. Fremebant, se foris pro libertate et imperio dimicantes, domi a civibus captos et oppressos esse : tutioremque in bello quam in pace inter hostes quam inter cives libertatem plebis esse. Invidiamque eam sua sponte gliscentem [2], insignis unius calamitas accendit. Magno natu quidam, cum omnium malorum suorum insignibus [3], se in forum projecit. Obsita erat squalore vestis, fœdior corporis habitus, pallore ac macie perempti. Ad hoc [4] promissa barba et capilli efferaverant speciem oris. Noscitabatur tamen in tanta deformitate, et ordines duxisse [5] aiebant, aliaque militiæ decora [6] vulgo, miserantes eum, jactabant. Ipse testes honestarum aliquot locis pugnarum, cicatrices adverso pectore ostentabat. Sciscitantibus unde ille habitus, unde deformitas, quum circumfusa turba esset, prope in concionis modum :

46.—[1] *Nexos.* « *Nexum*, selon Ælius Gallus, est toute affaire conclue conformément au droit et aux formes des Quirites; aussi est-ce par un rapprochement peu logique qu'on a joint l'idée de *fers*, de *chaînes* au mot *nexi*, et qu'on a vu dans les *nexi* des esclaves enchaînés. Les *nexi* étaient ceux qui, en vertu d'une vente formelle, s'étaient donnés eux-mêmes, avec tout ce qui leur appartenait, contre de l'argent payé à leur compte. Ils pouvaient se dégager par la restitution de la somme reçue; ils avaient les mêmes droits que tout citoyen libre. Mais quiconque était adjugé comme esclave (*addictus*) perdait la qualité de citoyen, et souffrait la *diminutio capitis*. » (Niebuhr.) Quoique les *nexi* ne fussent pas réellement esclaves, ils étaient quelquefois plus malheureux que les esclaves mêmes.

[2] *Sua sponte gliscentem*, « qui de soi-même gagnait du terrain, » cheminait sourdement.

[3] *Insignibus*, « les signes extérieurs. »

[4] *Ad hoc*, c'est-à-dire *insuper*.

[5] *Ordines duxisse*. Il avait été plusieurs fois *centurion*, l'*ordo* comptait soixante soldats, un centurion et un vexillaire.

[6] *Militiæ decora*. Ces décorations militaires étaient, outre les couronnes *civique*, *murale*, *obsidionale*, etc. des lances sans fer (*hastæ puræ*) des banderoles (*vexilla*), des caparaçons ou ornements de chevaux (*phaleræ*), des colliers d'or (*torques*), des bracelets (*armillæ*) des agrafes ou boucles (*fibulæ*, etc.)

« Sabino bello, ait, se militantem, quia propter popula-
« tiones agri non fructu[7] modo caruerit, sed villa incensa
« fuerit, direpta omnia, pectora abacta, tributum[8], ini-
« quo suo tempore[9], imperatum, æs alienum fecisse :
« id cumulatum usuris[10], primo se agro paterno avitoque
« exuisse, deinde fortunis aliis : postremo velut tabem per-
« venisse ad corpus. Ductum se ab creditore, non in ser-
« vitium, sed in ergastulum[11] et carnificinam esse.» Inde ostentare tergum fœdum recentibus vestigiis verberum. Ad hæc visa auditaque, clamor ingens oritur. Non jam foro se tumultus continet, sed passim totam urbem pervadit. Nexu vincti, solutique[12] se undique in publicum proripiunt, implorant Quiritium fidem. Nullo loco deest seditionis voluntarius comes. Multis passim agminibus per omnes vias cum clamore in forum curritur. Magno cum periculo suo, qui forte Patrum in foro erant, in eam turbam inciderunt. Nec temperatum manibus foret, ni propere consules, P. Servilius et Ap. Claudius, ad comprimendam seditionem intervenissent. (Tit. Liv., ii, c. 23.)

---

47. — SÉDITION APAISÉE PAR OTHON.

Othon fut le septième empereur romain. Il succéda à Galba, qu'il fit assassiner pour avoir l'empire. Arrivé par le moyen des soldats, il sut s'en faire aimer au point que leur zèle pour lui donna lieu à une sédition qui jeta la terreur dans Rome, et qu'il eut lui-même quelque peine à calmer. (An 820 de Rome, 69 de J.-C.)

Parvo initio, unde nihil timebatur, orta seditio, prope urbi excidio fuit. Septimam decimam cohortem, e colonia Ostiensi[1], in urbem acciri Otho jusserat : armandæ ejus cura Vario Crispino, tribuno e prætorianis, data. Is, quo magis vacuus[2], quietis castris, jussa exsequeretur, vehicula

7 *Fructu*, « récolte. »

8 *Tributum*, « tribut, » nom donné aux taxes imposées sur le peuple. On distinguait trois sortes de tributs : 1° par tête (*in capita*); 2° par évaluation de fortune (*ex censu*); 3° extraordinaire (*temerarium*), dans les cas de nécessité. Après l'expulsion des rois, les pauvres furent quelque temps délivrés de la charge des taxes jusqu'à l'année 349.

9 *Iniquo suo tempore*, « dans un moment fâcheux pour lui. »

10 *Cumulatum usuris*, « grossie par les intérêts usuraires. »

11 *Ergastulum*, lieu de correction dans les habitations romaines où l'on mettait les esclaves aux fers.

12 *Solutique*, répétez *nexu*, « les débiteurs libérés. »

47. — 1 *Colonia Ostiensi*, Ostie, ville et port du Latium, à l'embouchure du Tibre. D'après un décret de Claude, il y avait toujours une cohorte cantonnée à Ostie.

2 *Magis vacuus*, « avec plus de liberté, » c'est-à-dire avec moins d'embarras.

cohortis, incipiente nocte, onerari, aperto armamentario, jubet. Tempus in suspicionem[3], causa in crimen[4], adfectatio quietis in tumultum evaluit[5]; et visa inter temulentos arma, cupidinem sui movere[6]. Fremit miles, et tribunos centurionesque proditionis arguit, tanquam familiæ senatorum[7] ad perniciem Othonis armarentur; pars ignari[8] et vino graves; pessimus quisque in occasionem prædarum[9]: vulgus, ut mos est, cujuscumque motus novi cupidum: et obsequia[10] meliorum nox abstulerat[11]. Resistentem seditiosi tribunum, et severissimos centurionum obtruncant: rapta arma, nudati gladii, insidentes equis urbem ac palatium[12] petunt. Erat Othoni celebre convivium primoribus feminis virisque[13]; qui trepidi fortuitusne militum furor, an dolus imperatoris, manere ac deprehendi, an fugere et dispergi, periculosius foret; modo constantiam simulare, mode formidine detegi, simul Othonis vultum intueri: utque evenit inclinatis ad suspicionem mentibus, quum timeret Otho timebatur. Sed haud secus discrimine senatus, quam suo territus, et præfectos prætorii, ad mitigandas militum iras, statim miserat, et abire propere omnes e convivio jussit. Tum vero passim magistratus, projectis insignibus, vitata comitum et servorum frequentia, senes feminæque, per tenebras, diversa urbis itinera, rari domos, plurimi amicorum tecta, et, ut cuique humillimus cliens, incertas latebras petivere.

Militum impetus ne foribus quidem palatii coercitus, quominus convivium irrumperent, ostendi sibi Othonem exspostulantes: vulnerato Julio Martiale, tribuno, et Vitellio Saturnino, præfecto legionis[14], dum ruentibus

3 *Tempus in suspicionem*, « l'heure était suspecte. »

4 *Causa in crimen*, le motif « prêtait aux accusations, » plutôt que « était criminel. »

5 *Adfectatio quietis in tumultum evaluit*, m. à m. « la prétention de ménager le repos (du camp) poussa au tumulte. »

6 *Visa arma inter temulentos*, etc., « les armes qu'on voyait briller au milieu de la soldatesque avinée devinrent une sorte d'appât, » tentèrent les courages.

7 *Familiæ senatorum*, « les esclaves des sénateurs. »

8 *Pars ignari*, sous-entendu *erant*, « la plupart ne savaient ni ce qui se passait, ni ce qu'ils disaient. »

9 *In occasionem prædarum*, sous-entendu *agebat*, « ne cherchaient que l'occasion de piller. »

10 *Obsequia*, « l'esprit de discipline, de subordination. »

11 *Nox abstulerat*, « la nuit en rendait l'exemple inutile, » en paralysait l'effet.

12 *Palatium*, la maison des empereurs, sur le mont Palatin.

13 *Celebre primoribus*, etc. « où se pressaient des personnes du premier rang. »

14 *Præfecto legionis*. Le préfet de la légion était au-dessous du *legatus consularis*, selon Végèce. Il remplaçait le général et remplissait les

obsistunt. Undique arma et minæ, modo in centuriones tribunosque, modo in senatum universum : lymphatis cæco pavore animis, et quia neminem unum[15] destinare iræ poterant, licentiam in omnes poscentibus : donec Otho, contra decus imperii, toro[16] insistens, precibus et lacrymis ægre cohibuit, redieruntque in castra inviti, neque innocentes. Postera die, velut capta urbe, clausæ domus, rarus per vias populus, mœsta plebs, dejecti in terram militum vultus, ac plus tristitiæ quam pœnitentiæ. Manipulatim allocuti sunt Licinius Proculus, et Plotius Firmus, præfecti : ex suo quisque ingenio, mitius aut horridius. Finis sermonis in eo[17], ut quina millia nummum[18] singulis militibus numerarentur. Tum Otho ingredi castra ausus : atque illum tribuni centurionesque circumsistunt, abjectis militiæ insignibus[19], otium et salutem[20] flagitantes. Sensit invidiam miles[21], et, compositus in obsequium, auctores seditionis ad supplicium ultro postulabat. (Tac. *Hist.*, I, c. 80–82.)

48.—INVASION ET MORT DE CORIOLAN.

C. Marcius, surnommé *Coriolan* (de la ville de *Corioles*, qu'il avait prise en 493 av. J.-C.,), s'était rendu odieux au peuple par son caractère hautain. Irrité de s'être vu refuser le consulat, il s'opposa par représailles à ce que du blé fût distribué gratuitement aux plébéiens dans une année de disette. Les tribuns le firent condamner à un exil perpétuel. Coriolan se retira chez les Volsques et vint bientôt à leur tête envahir le territoire romain; mais à la veille de prendre Rome d'assaut, il céda aux prières de sa mère et consentit à lever le siége. Les historiens ne s'accordent pas sur le sort de Coriolan. (An 263 de Rome, 489 de J.-C.)

Imperatores ad id bellum[1] de omnium populorum sententia lecti Attius Tullus, et C. Marcius, exsul romanus in

fonctions de juge. C'est une expression qui ne se trouve que cette seule fois dans Tacite.

15 *Neminem unum,* « personne en particulier. »

16 *Toro,* « un lit de table. »

17 *Finis sermonis in eo,* « la conclusion du discours fut ceci, » savoir que...

18 *Quina millia nummum,* « cinq mille sesterces » (889 fr. 50 c.). Brotier évalue la somme qui fut alors distribuée à 8,754,856 fr.

19 *Abjecti ... insignibus.* Le *parazonium*, analogue à nos anciennes *dagues*, était l'insigne des tribuns; les centurions portaient un cep de vigne.

20 *Otium et salutem,* « le repos, (c.-à-d. la mise à la retraite) et la vie sauve. » Nous avons vu plus haut qu'au commencement de la sédition il y avait eu un tribun et des centurions égorgés.

21 *Sensit invidiam miles,* « le soldat sentit le reproche, » (l'*odieux* qui retombait sur lui).

48.—1 *Ad id bellum* la guerre

quo aliquantum plus spei[2] repositum. Quam spem nequaquam fefellit ut facile appareret, ducibus validiorem, quam exercitu rem romanam esse. Circeios[3] profectus, primum colonos inde romanos expulit, liberamque eam urbem Volscis tradidit. Inde in Latinam viam[4] transversis tramitibus transgressus, multa oppida cepit.

Postremum ad urbem a Pedo[5] ducit[6]; et ad Fossas Cluilias[7] quinque ab Urbe millia passuum castris positis, populatur inde agrum romanum; custodibus inter populatores missis, qui patriciorum agros intactos servarent; sive infensus plebi magis, sive ut discordia inde inter Patres plebemque oriretur quæ profecto orta esset; adeo tribuni jam ferocem per se plebem criminando in primores civitatis instigabant; sed externus timor, maximum concordiæ vinculum, quamvis suspectos infensosque, inter se jungebat animos. Id modo non conveniebat, quod senatus consulesque nusquam alibi spem, quam in armis, ponebant : plebes omnia quam bellum malebat. Sp. Nautius jam et Sex. Furius consules erant. Eos recensentes legiones, et præsidia per muros[8], aliaque in quibus stationes vigiliasque esse placuerat loca, distribuerent, multitudo ingens pacem poscentium primum seditioso clamore conterruit; deinde vocare senatum, referre de legatis ad C. Marcium mittendis coegit. Acceperunt relationem[9] patres, postquam apparuit labare[10] plebis animos; missique de pace ad Marcium oratores, atrox responsum retulerunt : « si Volscis ager

contre les Volsques. Les Volsques comprenaient plusieurs peuples, les Volsci *Antiates*, Volsci *Aurunci*, Volsci *Ecetrani*.

2 *Aliquantum plus spei*, « quelque peu plus d'espérance, » pour « bien plus d'espérance, » par litote. C'est ainsi que Racine a dit dans les *Plaideurs* (acte II, sc. 6) : ... Elle en a *quelque peu* davantage.

3 *Circeios*, « Circél, » ville située sur les confins des Volsques, près de la mer, sur le promontoire *Circæus* (auj. *Monte Circello*). Tarquin-le-Superbe y avait envoyé une colonie.

4 *In Latinam viam*, « la voie Latine, » qui conduisait de Rome dans le Latium.

5 *Pedo*, auj. *Gallicano*. Ce pays, où Tibulle eut depuis une maison de campagne, était entre Préneste et Tibur (Palestrine et Tivoli). Il existe une ancienne route qui conduit a *Gallicano*, et qui est appelée aujourd'hui *Via di Pedo* (WALCKENAER).

6 *Ducit*, sous-entendu *copias*.

7 *Ad Fossas Cluilias*. Cette localité était ainsi nommée du roi d'Albe Cluilius, qui y campa et y mourut. (Voy. Tite-Live, I, 23). A cet endroit la *Maramna* coupe la voie Latine; c'est sur ce lieu que les Horaces et les Curiaces s'étaient battus, et que passait la procession des *Ambarvales* (NIEBUHR).

8 *Per muros*, « sur toute la ligne des murailles. »

9 *Acceperunt relationem*, « adoptèrent la motion, » donnèrent les mains au rapport qui leur fut fait par les consuls.

10 *Labare*, proprement « chanceler, pencher, menacer ruine, » ici, tourner à la révolte. »

redderetur, posse agi de pace : si præda belli per otium frui velint, memorem se et civium injuriæ et hospitum beneficii, adnisurum ut appareat, exsilio sibi irritatos, non fractos, animos esse. » Iterum deinde iidem missi non recipiuntur in castra. Sacerdotes quoque suis insignibus velatos isse supplices ad castra hostium, traditum est, nihilo magis quam legatos flexisse animum [11].

Tum matronæ ad Veturiam matrem Coriolani, Volumniamque uxorem frequentes coeunt : id publicum consilium [12], an muliebris timor fuerit, parum invenio. Pervicere certe [13], ut et Veturia magno natu mulier, et Volumnia, duos parvos ex Marcio ferens filios, secum in castra hostium irent, et, quam armis viri defendere urbem non possent, mulieres precibus lacrymisque defenderent. Ubi ad castra ventum est, nuntiatumque Coriolano, adesse ingens mulierum agmen, is primo [14], ut qui nec publica majestate in legatis, nec in sacerdotibus tanta offusa oculis animoque religione [15] motus esset, multo obstinatior adversus lacrymas muliebres erat. Dein familiarium quidam, qui insignem mœstitia inter ceteras cognoverat Veturiam, inter nurum nepotesque stantem : « Nisi me frustrantur, inquit, oculi, mater tibi conjuxque et liberi adsunt. »

Coriolanus prope ut amens, consternatus, ab sede sua [16] quum ferret matri obviæ complexum, mulier in iram ex precibus versa : « Sine, priusquam complexum accipio, « sciam, inquit, ad hostem an ad filium venerim ; captiva « materne, in castris tuis sim ? In hoc me longa vita, « et infelix senecta traxit [17], ut exsulem te, deinde hostem « viderem ? Potuisti populari hanc terram, quæ te genuit « atque aluit ? Non tibi, quamvis infesto animo et minaci « perveneras, ingredienti fines, ira cecidit ? Non, quum in « conspectu Roma fuit, succurrit : intra illa mœnia domus « ac penates mei sunt, mater, conjux, liberique ? Ergo ego « nisi peperissem, Roma non oppugnaretur. Nisi filium

11 *Animum*, s.-ent. *Coriolani*.

12 *Id publicum consilium*, etc. « Cette démarche fut-elle une inspiration venue des magistrats, ou l'acte irraisonné de femmes qui ont peur ? » Denys d'Halicarnasse est pour la première supposition ; il rapporte (livre VIII) que le conseil vint de Valéria, sœur de Publicola.

13 *Pervicere certe*, « ce qu'il y a de sûr, c'est qu'elles firent tant que... »

14 *Primo*, pour *primum*.

15 *Religione offusa oculis*, « de l'appareil sacré qui avait frappé ses yeux. »

16 *Ab sede sua*, sous-entendu *prosiliens*, mais la suppression de ce mot fait beauté.

17 *In hoc me... traxit*, « m'a réservée à la douleur. »

« haberem, libera in libera patria mortua essem. Sed ego « nihil[18] jam pati, nec tibi turpius quam mihi miserius « possum : nec ut sim miserrima[19], diu futura sum. De « his videris[20] : quos, si pergis, aut immatura mors, aut « longa servitus manet. » Uxor deinde ac liberi amplexi[21], fletusque ab omni turba mulierum ortus et comploratio sui patriæque[22], fregere tandem virum. Complexus inde suos, dimittit : ipse retro ab urbe castra movit. Abductis deinde legionibus ex agro romano, invidia rei[23] oppressum perisse tradunt; alii alio letho[24]. (TIT. LIV., II, c. 39-40.)

49. — DERNIERS MOMENTS D'OTHON.

Othon est l'empereur dont nous avons parlé précédemment. Avant même la mort de Galba, les légions de Germanie avaient proclamé empereur Vitellius, leur général. Il marcha sur l'Italie, et défit l'armée de son compétiteur à la bataille de Bédriac. Othon ne voulut pas survivre à sa défaite, et se tua après un règne de trois mois. (An 823 de R., 69 de J.-C.)

Opperiebatur Otho nuntium pugnæ[1], nequaquam trepidus, et consilii certus : mœsta primum fama dein profugi e prælio perditas res patefaciunt. Non exspectavit militum ardor vocem imperatoris : bonum habere animum jubebant : superesse adhuc, novas vires, et ipsos extrema passuros ausurosque : » neque erat adulatio. Ire in aciem,

18 *Sed ego nihil.* Grammaticalement il faudrait : *sed ego nihil jam pati possum quod tibi non sit turpius quam mihi miserius;* mais la phrase de Tite-Live, dans son heureuse incorrection, est bien autrement pathétique qu'elle ne le serait avec cette froide régularité. Véturie parle en mots entrecoupés : « mais moi, moi, souffrir désormais, non, je ne le puis : c'est pour toi de la honte, plutôt que de la misère pour moi... non... »

19 *Ut sim miserrima,* « en admettant que je sois bien misérable. »

20 *De his videris,* « tu auras à aviser au sort de ceux-ci, » (sa femme et ses deux fils). *His* correspond à un geste.

21 *Amplexi,* pris passivement.

22 *Comploratio sui patriæque,* «les gémissements qu'elles poussaient toutes ensemble sur elles-mêmes et sur la patrie. »

23 *Invidia rei,* par suite du mécontentement que cela inspira aux Volsques.

24 *Alii alio letho.* Cicéron suppose seul qu'il se donna la mort. *Conatum iracundiæ sua morte sedavit.* (*Brutus*). « Ce ne fut que fort tard, « dit Niebuhr, qu'on a pu rêver que « Coriolan sacrifia les prétentions « des Volsques aux gémissements « des femmes ; alors on jugea impos- « sible qu'il eût conservé la vie au « milieu de ces ennemis irrités, et « l'on essaya toutes sortes d'inven- « tions sur sa mort. »

49.—1 *Pugnæ,* de la bataille de Bédriac, aujourd'hui *Cividale,* entre Mantoue et Crémone.

excitare partium fortunam [2], furore quodam et instinctu [3] flagrabant, qui procul adstiterant, tendere manus, et proximi prensare genua; promptissimo Plotio Firmo. Is prætorii præfectus, identidem orabat, « ne fidissimum exercitum, ne optime meritos milites desereret : majore animo tolerari adversa, quam relinqui [4] : fortes et strenuos etiam contra fortunam insistere spei [5]; timidos et ignavos ad desperationem formidine properare. » Quas inter voces, ut flexerat vultum, aut induraverat [6] Otho, clamor et gemitus. Nec prætoriani tantum, proprius Othonis miles [7], sed præmissi e Mœsia [8], eamdem obstinationem [9] adventantis exercitus, legiones [10] Aquileiam [11] ingressas nuntiabant : ut nemo dubitet potuisse renovari bellum atrox, lugubre, incertum victis, et victoribus.

Ipse, aversus a consiliis belli, « Hunc, inquit, animum, hanc virtutem vestram ultra periculis objicere, nimis grande vitæ meæ pretium puto. Quanto plus spei ostenditis, si vivere placeret, tanto pulchrior mors erit. Experti invicem sumus, ego ac fortuna [12] : nec tempus computaveritis : difficilius est temperare felicitati, qua te non putes diu usurum. Civile bellum a Vitellio cœpit; et ut de principatu certaremus armis, initium illic : ne plusquam semel certemus, penes me exemplum erit : hinc Othonem posteritas æstimet. Fruetur Vitellius fratre, conjuge, liberis : mihi non ultione, neque solatiis opus est [13]. Alii diutius

[2] *Excitare partium fortunam*, « relever la fortune du parti. »

[3] *Furore quodam et instinctu*, « d'une sorte de fureur et d'exaltation, » (comme celle des personnes inspirées).

[4] *Majore animo tolerari*, etc., « il y a plus de courage à supporter le malheur qu'à s'en délivrer. » Belle parole, éloquente condamnation du suicide, et du stoïcisme, qui autorisait cette aberration de l'esprit.

[5] *Insistere spei*, « s'attacher à l'espérance. » C'est dans le même sens que Florus a dit (IV, 8) : *magnæ indolis signum est sperare semper*.

[6] *Ut flexerat aut induraverat vultum*, « suivant que son front se déridait ou se rembrunissait. »

[7] *Proprius miles*, « qui étaient plus particulièrement ses soldats. » Allusion à la proclamation d'Othon par les prétoriens.

[8] *Mœsia*, « la Mésie, » partie de la Bosnie, de la Servie et de la Bulgarie.

[9] *Eamdem obstinationem*, « le même devouement inébranlable. »

[10] *Legiones*. Ces légions étaient la troisième, la septième et la huitième.

[11] *Aquileiam*, « Aquilée, » anc. capitale des *Carni*, peuple de la Vénétie. Cette ville n'est plus qu'un bourg de 1,600 habitants dans les Etats autrichiens (Illyrie).

[12] *Experti invicem*, etc. « Nous nous sommes mutuellement éprouvés moi et la fortune. » La fortune avait éprouvé Othon en l'élevant à une hauteur où la tête pouvait aisément lui tourner; Othon avait éprouvé la fortune en se fortifiant contre le prestige du rang suprême.

[13] *Mihi non ultione nec solatiis opus est*, « je n'ai pas besoin de demander des consolations à la vengeance, » c.-à-d. je ne veux pas me venger de Vitellius en immolant son

imperium tenuerint : nemo tam fortiter reliquerit. An ego tantum romanæ pubis, tot egregios exercitus, sterni rursus, et reipublicæ eripi patiar? Eat hic mecum animus, tanquam perituri pro me fueritis[14]; sed este superstites : nec diu moremur, ego incolumitatem vestram, vos constantiam meam. Plura de extremis loqui[15], pars ignaviæ est : præcipuum destinationis meæ[16] documentum habete, quod de nemine queror; nam incusare deos vel homines, ejus est, qui vivere velit. » Talia locutus, ut cuique ætas aut dignitas, comiter appellatos, irent propere, neu remanendo, iram victoris asperarent, juvenes auctoritate, senes precibus movebat : placidus ore, intrepidus verbis, intempestivas suorum lacrymas coercens. Dari naves ac vehicula abeuntibus jubet : libellos epistolasque, studio erga se, aut in Vitellium contumeliis insignes[17], abolet : pecunias distribuit, parce, nec ut periturus. Mox Salvium Cocceianum fratris filium[18] prima juventa, trepidum et mœrentem, ultro solatus est, laudando pietatem ejus, castigando formidinem : « an Vitellium tam immitis animi fore, ut pro incolumi tota domo[19], ne hanc quidem sibi[20] gratiam redderet? mereri se festinato exitu clementiam victoris. Non enim ultima desperatione, sed poscente prælium exercitu, remisisse reipublicæ[21] novissimum casum. Satis sibi nominis, satis posteris suis nobilitatis quæsitum : post Julios, Claudios, Servios[22], se primum in familiam novam[23] imperium intulisse. Proinde erecto animo capesseret vitam, neu patruum[24] sibi Othonen fuisse, aut oblivisceretur unquam, aut nimium meminisset.

frère, sa femme, ses enfants, et me consoler ainsi de mon malheur.

14 *Eat hic mecum animus*, etc. Brotier entend : *eat mecum hic vester animus, jam nobilitatus, tanquam...*; ce qui fait un mauvais sens. Burnouf est dans le vrai quand il traduit : « laissez-moi emporter la douce persuasion que vous seriez morts pour ma cause. »

15 *Plura de extremis loqui*, « parler trop longuement de sa fin, de ses derniers instants. » Cf. l'*Ajax* de Sophocle, 852.

16 *Destinationis meæ*, « de ma résolution. »

17 *Insignes*, « qui se faisaient remarquer. »

18 *Fratris filium*. Ce frère se nommait Titianus, et Suétone prétend qu'il était présent à cette scène, ce qui est peu probable.

19 *Tota domo*, sous-entendu *sua*, (vide suprà).

20 *Sibi*, sous-entendu *Othoni*.

21 *Remisisse reipublicæ*, « il avait épargné la république. » *Remittere aliquid*, « faire remise de quelque chose. »

22 *Post Julios, Claudios, Servios*, etc. Auguste, Tibère et Caligula appartenaient à la maison *Julia*; Claude et Néron à la maison *Claudia*; Galba à la maison *Servia*.

23 *In familiam novam*, la maison *Salvia*, à laquelle Othon appartenait.

24 *Neu patruum*, etc. Phrase d'un tour infiniment délicat par ce qu'elle

Post quæ, dimotis omnibus, paullum requievit : atque illum, supremas jam curas animo volutantem, repens[24] tumultus avertit[25], nuntiata consternatione[26] ac licentia militum : namque abeuntibus exitium minitabantur, atrocissima in Verginium vi, quem clausa domo obsidebant. Increpitis[27] seditionis auctoribus regressus, vacavit abeuntium alloquiis[28], donec omnes inviolati degrederentur. Vesperascente die, sitim haustu gelidæ aquæ sedavit : tum, allatis pugionibus duobus, quum utrumque pertentasset, alterum capiti subdidit : et explorato[29] jam profectos amicos, noctem quietam, utque affirmatur, non insomnem egit. Luce prima, in ferrum pectore incubuit : ad gemitum morientis ingressi liberti servique, et Plotius Firmus prætorii præfectus, unum[30] vulnus invenere. Funus maturatum : ambitiosis id precibus[31] petierat, ne amputaretur caput, ludibrio futurum. Tulere corpus prætoriæ cohortes, cum laudibus et lacrymis, vulnus manusque ejus exosculantes. Quidam militum juxta rogum interfecere se ; non noxa, neque ob metum, sed æmulatione decoris, et caritate principis : ac postea promiscue Bedriaci, Placentiæ, aliisque in castris, celebratum[32] id genus mortis. Othoni sepulcrum exstructum est modicum, et mansurum[33]. (Tac., *Hist.*, II, c. 46-49.)

exprime et par ce qu'elle laisse entendre. En faisant dire à Othon : « n'oublie jamais que je suis ton oncle, mais ne t'en souviens pas trop, » Tacite mêle à une exhortation touchante un conseil de prudence, sous le voile d'une allusion qui en double l'effet. Coccéianus fut tué par Domitien pour avoir célébré le jour natal de son oncle.

24 *Repens*, pour *repentinus*.

25 *Avertit*, « vint le distraire. »

26 *Consternatione*. Ce mot ne signifie pas proprement « consternation, » mais désordre, confusion générale. »

27 *Increpitis*, « ayant été gourmandés. »

28 *Vacavit alloquiis abeuntium*, « se prêta aux adieux de ses amis. »

29 *Explorato*, « s'étant assuré que... » forme d'ablatif absolu fréquente dans Tacite. (Voy. page 60, note 11).

30 *Unum vulnus invenere*, « le trouvèrent percé d'un seul coup. »

31 *Ambitiosis precibus*, « avec des prières intéressées ; » sens de Burnouf. Othon, près de mourir, se rappelle comment Galba avait été traité, et craint les représailles. *Ambitiosis* a rapport à *ne amputaretur caput*.

32 *Celebratum* (*est*) « se propagea. »

33 *Modicum et mansurum*, « modeste et destiné à durer, » c.-à-d. non susceptible de provoquer la haine et la colère. Ce monument, que Plutarque avait vu, portait la simple inscription *Marci Othonis*. Vitellius, qui n'aurait pas manqué de le détruire s'il eût été décoré avec pompe, se contenta de dire : « l'homme était digne du mausolée. » (Voy. Suét., *Vitell.*, 10.)

50.—GRANDEUR D'AME DE PORUS.

Porus, roi d'une partie des Indes, entre les fleuves Hydaspe et Acésine, vit son royaume envahi par Alexandre, roi de Macédoine. Il résista vaillamment, mais ayant été défait dans une grande bataille, il tomba au pouvoir de son ennemi, qu'il désarma par sa grandeur d'âme. (An 328 av. J.-C.)

Porus, destitutus a pluribus, tela multo ante præparata in circumfusos ex elephanto suo cœpit ingerere; multisque eminus vulneratis, expositus ipse ad ictus, undique petebatur. Novem jam vulnera, hinc tergo, illinc pectore, exceperat; multoque sanguine profuso, languidis manibus magis elapsa quam excussa tela mittebat. Nec segnius[1] bellua, instincta rabie, nondum saucia, invehebatur ordinibus; donec rector belluæ regem conspexit, fluentibus[2] membris omissisque armis, vix compotem mentis. Tum belluam in fugam concitat, sequente Alexandro : sed equus[3] ejus, multis vulneribus confossus deficiensque, procubuit, posito magis rege quam effuso; itaque, dum equum mutat, tardius insecutus est. Interim frater Taxilis, regis Indorum, præmissus ab Alexandro, monere cœpit Porum, ne ultima experiri perseveraret, dederetque se victori. At ille, quanquam exhaustæ erant vires deficiebatque sanguis, tamen ad notam vocem excitatus : « Agnosco, inquit, Taxilis fratrem, imperii regnique sui « proditorem[4]; » et telum, quod unum forte non effluxerat[5], contorsit in eum, quod per medium pectus penetravit ad tergum[6]. Hoc ultimo virtutis opere edito, fugere acrius cœpit : sed elephantus quoque, qui multa exceperat tela,

50.—1 *Nec segnius* est opposé à ce qui précède. Porus n'a plus la force de lancer des traits; quant à l'éléphant qui le portait, il n'était pas moins ardent pour cela : *non segnius*, etc.

2 *Fluentibus*, pour *collapsis*.

3 *Sed equus*. Ce coursier est le fameux Bucéphale, qui, selon Arrien, périt dans cette journée, non de quelque blessure, mais de chaleur et de vieillesse; il était alors âgé de 30 ans.

4 *Imperii regnique sui proditorem*. Tellier entend *imperium* de l'empire de l'Inde tout entière, et *regnum* des Etats particuliers de Taxile; mais nous n'approuvons pas cette distinction, attendu qu'il n'a jamais été question dans les auteurs d'un « empire de l'Inde » (*Indicum imperium*). D'ailleurs *imperium* a proprement le sens de « commandement, d'autorité suprême, » et *regnum* a aussi bien le sens de « domaine » que le sens de « domination. » Nous croyons donc que *imperii regnique proditoris* signifie « traître envers sa dignité de chef » (envers lui-même), « traître envers son royaume » (envers ses sujets).

5 *Non effluxerat*, « ne s'était pas échappé de ses mains. » Voy. plus haut *languidis manibus elapsa*.

6 *Quod per medium*, etc. Cet exploit suprême de Porus sent un peu le roman et les grands coups d'épée des héros de l'Arioste.

deficiebat; itaque sistit fugam, peditemque[7] sequenti hosti objecit. Jam Alexander consequutus erat, et, pertinacia Pori cognita vetabat resistentibus parci : ergo undique et in pedites et in ipsum Porum tela congesta sunt, quibus tandem gravatus labi ex bellua cœpit. Indus qui elephantum regebat, descendere eum ratus, more solito elephantum procumbere jussit in genua; qui, ut se submisit, cæteri quoque, ita enim instituti erant, demisere corpora in terram; ea res et Porum et cæteros victoribus tradidit.

Rex spoliari corpus Pori, interemptum esse credens, jussit, et qui detraherent loricam vestemque concurrere[8]; quum bellua dominum tueri, et spoliantes cœpit appetere, levatumque[9] corpus rursus dorso suo imponere[10] : ergo telis undique obruitur, confossoque co, in vehiculum Porus imponitur. Quem rex ut vidit allevantem oculos, non odio, sed miseratione commotus : « Quæ, malum[11]! inquit, « amentia te coegit, rerum mearum cognita fama, belli « fortunam experiri, quum Taxiles esset in deditos cle- « mentiæ meæ tam propinquum tibi exemplum ? » At ille : « Quoniam, inquit, percontaris, respondebo ea libertate « quam interrogando fecisti. Neminem me fortiorem esse « censebam; meas enim noveram vires, nondum expertus « tuas : fortiorem esse te belli docuit eventus; sed ne sic « quidem parum felix sum, secundus tibi[12]. » Rursus interrogatus quid ipse victorem statuere debere censeret[13] : « Quod hic, inquit, dies tibi suadet[14], quo expertus es « quam caduca felicitas esset. » Plus monendo profecit quam si precatus esset : quippe magnitudinem animi ejus interritam ac ne fortuna quidem infractam, non misericordia modo, sed etiam honore excipere dignatus est[15]; ægrum curavit haud secus quam si pro ipso pugnasset; confirmatum, contra spem omnium, in amicorum numerum

7 *Peditem*, « son infanterie. »

8 *Concurrere*, comme *concurrebant*.

9 *Levatum*, pour *sublevatum*.

10 *Dorso suo imponere*. Quinte-Curce, par amour de l'amplification, tombe souvent dans la puérilité. Témoin cet éléphant extraordinaire et froidement épisodique.

11 *Malum*, pour *malo, damno tuo*.

12 *Sed ne sic quidem*, etc., « mais en cela même, même dans ces conditions, je ne suis pas médiocrement heureux, puisque je suis le premier après toi, » comme s'il y avait *quippe qui sim secundus tibi*.

13 *Quid ipse... censeret*, « ce qu'il pensait dans son opinion personnelle. » *Ipse*, c.-à-d. *ex suo judicio*.

14 *Quod hic dies tibi suadet*. Pourquoi nous avoir gâté le βασιλικῶς de Plutarque et d'Arrien ?

15 *Dignatus est* sous-entendu *Alexander*.

recepit, mox donavit ampliore regno[16] quam tenuit. Nec sane quidquam ingenium ejus solidius aut constantius habuit, quam admirationem veræ laudis et gloriæ : simplicius[17] tamen famam æstimabat in hoste quam in cive; quippe a suis credebat magnitudinem suam destrui posse; eamdem clariorem fore, quo majores fuissent quos ipse vicisset. (Q. CURT., VIII, c. 14.)

---

51. — MARCIUS SAUVE L'ARMÉE ROMAINE.

Publius et Cnéius Scipion avaient été défaits en Espagne l'an 541 de Rome, 212 av. J.-C. L'armée romaine, privée de ses chefs, semblait perdue, lorsqu'un jeune homme, plus distingué par son mérite que par son grade, releva la fortune de Rome. On conserva jusqu'à l'incendie du Capitole un bouclier d'argent qui avait été pris par Marcius, et qui était appelé de son nom.

Quum, Cn. Scipione interfecto, deletus exercitus, amissæque Hispaniæ viderentur, vir unus res perditas restituit. Erat in exercitu L. Marcius, eques romanus, impiger juvenis, animique et ingenii aliquanto[1] quam pro fortuna in qua erat natus, majoris. Ad summam indolem[2] accesserat Cn. Scipionis disciplina : sub qua per tot annos omnes militiæ artes edoctus fuerat. Hic et ex fuga collectis militibus, et quibusdam de præsidiis deductis[3], haud contemnendum exercitum fecerat, junxeratque cum T. Fonteio, P. Scipionis legato. Sed tantum præstitit[4] eques romanus, auctoritate inter milites atque honore[5], ut castris citra Iberum communitis, quum ducem exercituum comitiis militaribus[6] creari placuisset, subeuntes[7] alii aliis in cus-

16 *Ampliore regno*. Le même fait est attesté par Arrien. Porus ou *Pourava* régnait dans une partie du *Pendjab* (partie du royaume actuel de *Lahore*); Alexandre ajouta à ses Etats plusieurs districts voisins, entre autres ceux d'un autre Porus, dont le royaume était encore plus à l'est.

17 *Simplicius* « plus sincèrement. »

51. — 1 *Aliquanto*. C'est le « quelque peu » augmentatif français. (Voy. la narration de *Coriolan*, page 92, note 2).

2 *Ad summam indolem*, « à ses hautes qualités naturelles; » ou encore, « pour rendre accomplis les dons qu'il tenait de la nature, » comme s'il y avait *ad summam indolis*, *ad absolvendam indolem*.

3 *Deductis*, construisez : *deductis de præsidiis*.

4 *Præstitit*, pour *prævaluit*.

5 *Honore*, « considération, » comme dans cette phrase de C. Gracchus : *Verum peto a vobis non pecuniam, sed bonam existimationem atque* HONOREM.

6 *Comitiis militaribus*, pour *militum suffragiis*.

7 *Subeuntes alii aliis in custodiam*, c'est-à-dire *custodiam vicissim agentes*.

todiam valli[8] stationesque[9], donec per omnes suffragium iret[10], ad L. Marcium cuncti summam imperii detulerint. Omne inde tempus (exiguum id fuit) muniendis castris convehendisque commeatibus consumptum; et omnia imperia milites quum impigre, tum haudquaquam abjecto animo exsequebantur. Ceterum postquam Asdrubalem Gisgonis venientem ad reliquias belli delendas transisse Iberum et appropinquare allatum est, signumque pugnæ propositum[11] ab novo duce milites viderunt; recordari quos paulo ante imperatores habuissent, quibusque et ducibus et copiis freti prodire ad pugnam soliti essent; flere omnes repente, et offensare capita; et alii manus ad cœlum tendere, deos incusantes; alii strati humi suum quisque nominatim ducem[12] implorare. Neque sedari lamentatio poterat, excitantibus centurionibus manipulares, et ipso mulcente[13] et increpante Marcio, quid in muliebres et inutiles se projecissent fletus, potius quam ad tutandos semetipsos et rempublicam secum acuerent animos, et ne inultos imperatores suos jacere sinerent; quum subito clamor tubarumque sonus (jam enim prope vallum hostes erant) exauditur. Inde verso repente in iram luctu, discurrere ad arma: ac velut accensi rabie discurrunt ad portas[14], et in hostem negligenter atque incomposite venientem incurrunt.

Extemplo improvisa res pavorem incutit Pœnis; mirabundique unde tot hostes tam subito exorti prope deleto exercitu forent, unde tanta audacia, tanta fiducia sui victis ac fugatis, quis imperator, duobus Scipionibus cæsis, exstitisset, quis castris præesset, quis signum dedisset pugnæ; ad hæc tot tam nec opinata, primo omnium incerti stupentesque referunt pedem, dein valida impressione pulsi, terga

8 *Valli*, « du retranchement, » formé de pieux aigus (*pali*, *valli*) que l'on élevait le long du fossé qui protégeait le camp.

9 *Stationes*, « les sentinelles placées devant les portes du camp; » *custodiæ*, « les gardes des retranchements. »

10 *Donec per omnes*, etc., « jusqu'à ce que tous eussent voté. » Le scrutin avait probablement lieu par sections, et l'on votait dans les postes.

11 *Signum pugnæ*. Le drapeau rouge que le général déployait au dessus de sa tente.

12 *Suum... ducem*, «le chef sous lequel ils avaient servi.»

13 *Mulcente*, « consolante. »

14 *Ad portas*, « les portes du camp. » Un camp romain, du moins dans l'origine, formait toujours un carré, dont les quatre côtés étaient marqués par quatre portes; la porte *prétorienne*, qui regardait l'ennemi; la *décumane*, opposée à la première; la *principale* de droite: la *principale* de gauche.

vertunt. Et aut fugientium cædes fœda fuisset, aut temerarius periculosusque sequentium[15] impetus, ni Marcius propere receptui dedisset signum, obsistensque ad prima signa[16], quosdam et ipse retinens, concitatam repressisset aciem. Inde in castra avidos adhuc cædisque et sanguinis eduxit. Carthaginienses trepide primo ab hostium vallo acti, postquam neminem insequi viderunt, metu substitisse rati, contemptim[17] rursus et sedato gradu in castra abeunt. Par negligentia in castris custodiendis fuit. Nam etsi propinquus hostis erat, tamen reliquias eum esse duorum exercituum ante paucos dies deletorum, succurrebat[18]. Ob hoc quum omnia neglecta apud hostes essent, exploratis iis, Marcius ad consilium prima specie temerarium magis quam audax, animum adjecit[19], ut ultro castra hostium oppugnaret, simul facilius esse ratus, unius Asdrubalis expugnari castra, quam si se rursus tres exercitus ac tres duces junxissent, sua defendi; simul aut si successisset[20] cœptis, recepturum se afflictas res[21], aut si pulsus esset, tamen ultro inferendo arma, contemptum sui dempturum. Ne tamen subita res, et nocturnus terror etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret[22], allocutus est adhortatusque milites. Læti et audiere ab novo duce novum consilium, et quo audacius erat, magis placebat. Reliquum diei expediendis armis, et curatione corporum consumptum : et major pars noctis quieti data est. Quarta vigilia[23] movere[24].

Erant ultra proxima castra sex millium intervallo distantes aliæ copiæ Pœnorum : vallis cava intererat, condensa arboribus. In hujus silvæ medio ferme spatio cohors romana arte punica abditur, et equites. Ita medio itinere intercepto[25], ceteræ copiæ silenti agmine ad proximos hostes ductæ ; et

15 *Sequentium*, pour *persequentium*.

16 *Obsistens ad prima signa*, « se plaçant devant les enseignes » pour arrêter l'ardeur de ses soldats.

17 *Contemptim*, « d'un air de bravade nonchalante. »

18 *Succurrebat*, « ils se flattaient de l'idée que... »

19 *Ad consilium...animum adjecit*, m. à m. attacha son esprit à une résolution, c.-à-d. « se décida à prendre un parti. »

20 *Si successisset*, sous-entendu *res*, *fortuna*.

21 *Recepturum se afflictas res*, « il aurait regagné la partie perdue. »

22 *Etiam non suæ fortunæ consilium perturbaret*, « ne vînt à déranger un plan d'une réussite bien douteuse, bien éventuelle. » *Fortunæ non suæ*, dans le sens de *dubiæ*, *ancipitis*.

23 *Quarta vigilia*. La nuit était partagée en quatre *veilles*, chacune de trois heures, dont la durée était plus ou moins longue selon les différentes saisons de l'année.

24 *Movere*, sous-entendu *castra*.

25 *Intercepto*, c'est-à-dire *hostibus prærepto et intercluso*.

quum statio[26] nulla pro portis, neque in vallo custodiæ essent, velut in sua castra, nullo usquam obsistente, penetravere. Inde signa canunt, et tollitur clamor. Pars semisomnos hostes cædunt : pars ignes casis[27] stramento arido tectis injiciunt; pars portas occupant, ut fugam intercludant. Hostes simul ignis, clamor, cædes, velut alienatos sensibus, nec audire, nec providere quidquam sinunt : incidunt inermes inter catervas armatorum; alii ruunt ad portas, alii obseptis itineribus[28] super vallum saliunt; et, ut quisque evaserat, protinus ad castra altera fugiunt : ubi ab cohorte[29] et equitibus ex occulto procurrentibus circumventi cæsique ad unum omnes sunt : quanquam etiam, si quis ex ea cæde effugisset, adeo raptim captis propioribus castris in altera transcursum castra ab Romanis est, ut prævenire nuntius cladis non posset. Ibi[30] vero quo longius ab hoste aberant, et quia sub lucem pabulatum, lignatum et prædatum quidam dilapsi fuerant, neglecta magis omnia ac soluta invenere; arma tantum in stationibus posita[31], milites inermes, aut humi sedentes accubantesque, aut obambulantes ante vallum portasque. Cum his tam securis solutisque Romani calentes adhuc ab recenti pugna ferocesque victoria prælium ineunt. Itaque nequaquam resisti in portis potuit. Intra portas[32] concursu ex totis castris ad primum clamorem et tumultum facto, atrox prælium oritur : diuque tenuisset[33], ni cruenta scuta Romanorum visa, indicium alterius cladis Pœnis atque inde pavorem injecissent. Hic terror in fugam avertit omnes : effusique, qua iter est, nisi quos cædes oppressit, exuuntur castris. Ita nocte ac die[34] bina castra hostium expugnata ductu L. Marcii. (Tit. Liv., xxv, c. 37-39.)

26 *Statio*. Voir plus haut, page 101, note 9.

27 *Casis*, (*mapalibus*). Ces huttes, qui servaient de tentes aux Carthaginois étaient faites de roseaux et de joncs entrelacés (Voy. Silius Ital., xvii, 89, 90); elles étaient oblongues, en toit arrondi et recourbé par les côtés comme la carcasse d'un vaisseau renversé. (Voy. Sall., *Jugurtha*.)

28 *Obseptis itineribus*, « trouvant les rues du camp occupées. » Dans les camps romains les différentes divisions des troupes étaient séparées par des intervalles ou des rues, cinq dans la longueur et trois en travers.

29 *Ab cohorte*, la cohorte qui s'était embusquée dans le bois (Voy. plus haut).

30 *Ibi*, « là, » dans l'autre camp.

31 *Arma tantum in stationibus*, etc. « point de soldats dans les corps de garde; seulement des armes. »

32 *Intra portas*, « dans l'enceinte du camp. »

33 *Tenuisset*, dans le sens de *durasset*. *Teneo*, pris absolument, se rencontre souvent dans Tite-Live. (Voy. liv. iii, 19, 47; xxiii, 44; xxiv, 47, etc.)

34 *Nocte ac die*, « en une nuit et un jour. »

52.—DÉSESPOIR DES HABITANTS D'ASTAPA.

Astapa était une ville d'Espagne alliée des Carthaginois, et qui leur demeura constamment fidèle. Attaquée par les Romains pendant la deuxième guerre punique, ses habitants résolurent de périr tous, eux, leurs femmes et leurs enfants, s'ils n'étaient pas vainqueurs, et ils accomplirent cette résolution avec un héroïsme féroce. (An 546 de Rome, 206 de J.-C.)

Astapa[1] urbs erat Carthaginiensium semper partis: neque id tam dignum ira erat, quam quod, extra necessitates belli[2], præcipuum in Romanos gerebant odium. Nec urbem, aut situ[3], aut munimento tutam habebant, quæ ferociores iis animos faceret: sed ingenia incolarum latrocinio læta, ut excursiones in finitimum agrum sociorum populi romani facerent, impulerant, et vagos milites[4] romanos, lixasque et mercatores exciperent. Magnum etiam comitatum[5], quia paucis parum tutum fuerat, transgredientem fines, positis insidiis circumventum iniquo loco[6] interfecerunt. Ad hanc urbem oppugnandam quum admotus exercitus esset, oppidani conscientia scelerum, quia nec deditio tuta ad tam infestos[7] videbatur, nec spes mœnibus aut armis tuendæ salutis erat, facinus in se ac suos fœdum ac ferum consciscunt. Locum in foro destinant[8], quo pretiosissima rerum suarum congererent. Super eum cumulum conjuges ac liberos considere quum jussissent, ligna circa exstruunt, fascesque virgultorum conjiciunt. Quinquaginta deinde armatis juvenibus præcipiunt, ut, donec incertus eventus pugnæ esset, præsidium[9] eo loco fortunarum suarum, corporumque, quæ cariora fortunis essent, servarent. Si rem inclinatam viderent, atque in eo jam esse ut urbs caperetur, scirent omnes, quos euntes in prælium cernerent, mortem in ipsa pugna obituros. Illos se per deos superos inferosque orare[10], ut memores libertatis, quæ illo

52.—1 *Astapa*, auj. *Estepa la Vieja*, ville d'Espagne, sur les confins de la Bétique.

2 *Extra necessitates belli*, « en dehors des nécessités de la guerre, » c.-à-d. sans y être forcés ou poussés par les circonstances.

3 *Situ*, « l'assiette, la disposition du terrain. »

4 *Vagos milites*, « des soldats isolés. »

5 *Magnum comitatum*, « une troupe nombreuse (sans doute de marchands) voyageant sous escorte, une sorte de caravane. »

6 *Iniquo loco*, « dans un mauvais pas. »

7 *Deditio... ad tam infestos*, « la soumission à des ennemis si indisposés, si aigris. » Remarquez *deditio* avec *ad*. Tite-Live dit quelquefois *dedere ad, restituere ad*.

8 *Destinant*, « ils désignent, ils fixent. »

9 *Præsidium*, pour *custodiam*.

10 *Illos*, (*juvenes*.) Construisez : *se orare illos per*, etc.

die aut morte honesta, aut servitute infami finienda esset, nihil relinquerent, in quod sævire iratus hostis posset; ferrum ignemque in manibus esse: amicæ ac fideles potius ea, quæ peritura essent [11], absumerent manus, quam insultarent [12] superbo ludibrio hostes.

His adhortationibus exsecratio dira adjecta, si quem a proposito spes mollitiave animi flexisset. Inde concitato agmine patentibus portis, ingenti cum tumultu erumpunt. Neque erat ulla satis firma statio [13] opposita, quia nil minus quam ut egredi mœnibus auderent, timeri poterat. Perpaucæ equitum turmæ, levisque armatura repente e castris ad idipsum [14] emissa occurrit. Acrior impetu atque animis, quam compositior ordine ullo pugna fuit. Itaque pulsus eques, qui primus hosti se obtulerat, terrorem intulit levi armaturæ: pugnatumque sub ipso vallo [15] foret, ni robur legionum [16], perexiguo ad instruendum [17] dato tempore, aciem direxisset [18]. Ibi quoque trepidatum [19] parumper circa signa est, quum cæci furore in vulnera ac ferrum vecordi audacia ruerent. Dein vetus miles adversus temerarios impetus [20] pertinax, cæde primorum [21] insequentes suppressit [22]. Conatus [23] paulo post ultro inferre pedem [24], ut neminem cedere atque obstinatos mori in vestigio quemque suo vidit [25]; patefacta acie [26] (quod ut facere posset, multitudo armatorum facile suppeditabat) cornua hostium amplexus in orbem pugnantes [27] ad unum omnes occidit.

11 *Ea quæ peritura essent*, « des objets qui, aussi bien, étaient destinés à périr, ne pouvaient manquer de périr. »

12 *Insultarent*, sous-entendu *iis*.

13 *Statio*, « poste avancé. »

14 *Ad id ipsum*, « pour parer à cela, » pour repousser cette sortie.

15 *Sub ipso vallo*, « sous la palissade même du camp. »

16 *Robur legionum*, « l'élite des légions. »

17 *Ad instruendum*, sous-ent. *se*.

18 *Aciem direxisset*, « ne se fût mise en ligne. »

19 *Trepidatum... est*, « il y eut un moment de *confusion*, » ou, comme on dit par un euphémisme militaire, « d'indécision. »

20 *Temerarios impetus*, « des charges confuses, désordonnées.

21 *Primorum*, « ceux qui chargeaient les premiers. »

22 *Insequentes suppressit*, « arrêta ceux qui venaient derrière, » à la suite des premiers.

23 *Conatus* se rapporte à *vetus miles*, plus haut.

24 *Ultro inferre pedem*, « de marcher en avant, de pousser vivement leur pointe. » D'autres éditions portent *ultra*.

25 *Ut... vidit*, « du moment qu'ils virent. »

26 *Patefacta acie*, « en étendant les rangs, en se développant sur une ligne plus étendue. » *Patefacere*, comme *laxare*, *dilatare*.

27 *In orbem pugnantes*, « se battant en formant le cercle. » *In orbem pugnare*, comme *orbem colligere*, se dit des soldats qui, enveloppés de tous côtés par l'ennemi, se réunissent en peloton et font tête de toutes parts. Dans la tactique moderne on fait le *bataillon carre*.

Atque hæc tamen hostium iratorum, ac tum maxime dimicantium jure belli in armatos repugnantesque edebantur. Fœdior alia in urbe trucidatio erat; quum turbam feminarum puerorumque imbellem inermemque cives sui cæderent, et in succensum rogum semianima pleraque injicerent corpora, rivique sanguinis flammam orientem restinguerent: postremo ipsi cæde miseranda suorum, fatigati, cum armis medio se incendio injecerunt. Jam cædi perpetratæ victores Romani supervenerunt; ac primo conspectu tam fœdæ rei mirabundi parumper obstupuerunt. Dein quum aurum argentumque cumulo rerum aliarum interfulgens, aviditate ingenii humani, rapere ex igne vellent, correpti alii flamma sunt, alii ambusti afflatu vaporis[28]: quum receptus[29] primis, urgente ingenti turba, non esset. Ita Astapa, sine præda militum, ferro ignique absumpta est. (Tit. Liv.. xxviii, c. 22 et 23.)

53.—TRAHISON ET PUNITION DES HABITANTS DE VACCA.

La ville de Vacca, dans l'Afrique propre, aux confins de la Numidie et de la Zeugitane, s'était soumise aux Romains et avait reçu garnison, à la suite d'un traité conclu avec Jugurtha. Mais le prince numide n'avait pas tardé à recommencer la guerre. Les habitants de Vacca, que ses suggestions avaient poussés à se révolter et à massacrer la garnison romaine, payèrent chèrement leur défection. Cette malheureuse ville, saccagée alors par Métellus, éprouva dans la suite le même sort pour s'être révoltée contre César. (An 646 de Rome, 107 av. J.-C.)

Jugurtha, postquam, omissa deditione[1], bellum incepit[2], cum magna cura parare omnia, festinare, cogere exercitum, civitatîs, quæ ab se defecerant, formidine aut ostentando præmia affectare[3]; communire suos locos[4]; arma, tela alia quæ spe pacis amiserat, reficere, aut commercari; servitia Romanorum allicere, et eos ipsos qui in præsidiis erant, pecunia tentare, prorsus nihil intactum neque quietum pati, cuncta agitare.

Igitur Vaccenses, quo[5] Metellus initio, Jugurtha parci-

[28] *Ambusti afflatu vaporis*, « d'autres furent suffoqués par la vapeur brûlante, » furent *asphyxiés*.

[29] *Receptus* est substantif.

53.—[1] *Omissa deditione*, « ne voulant plus entendre parler de soumission. »

[2] *Incepit*, pour *renovavit*.

[3] *Civitates affectare*, « tente de ramener les villes. »

[4] *Suos locos*, « ses postes. »

[5] *Quo*, pour *in quorum oppidum*.

ficante[6], præsidium imposuerat, fatigati regis suppliciis[7] neque antea voluntate alienati, principes civitatis inter se conjurant : nam volgus[8], uti plerumque solet, et maxume Numidarum, ingenio mobili, seditiosum atque discordiosum[9] erat, cupidum novarum rerum, quieti et otio advorsum. Dein compositis inter se rebus, diem tertium constituunt[10], quod is festus celebratusque per omnem Africam ludum et lasciviam magis quam formidinem ostentabat[11].

Sed ubi tempus fuit, centuriones tribunosque militarîs, et ipsum præfectum oppidi T. Turpilium Silanum[12], alius alium domos suas invitant[13] : eos omnîs, præter Turpilium, inter epulas obtruncant : postea milites palantîs, inermîs, quippe in tali die ac sine imperio, aggrediuntur. Idem plebes facit, pars edocti ab nobilitate, alii studio talium rerum[14] incitati, quîs acta consiliumque[15] ignorantibus tumultus ipse et res novæ satis placebant.

Romani milites, improviso metu incerti ignarique quid potissumum facerent, trepidare : ad arcem oppidi, ubi signa et scuta erant, præsidium hostium; portæ ante clausæ fugam prohibebant : ad hoc mulieres puerique pro tectis ædificiorum saxa, et alia quæ locus præbebat, certatim mittere. Ita neque caveri anceps malum[16], neque a fortissumis infirmissumo generi resisti posse : juxta[17] boni malique, strenui et imbelles inulti obtruncari. In ea tanta asperitate[18], sævissumis[19] Numidis et oppido undique clauso, Turpilius præfectus unus ex omnibus Italicis intactus profugit : id misericordiane hospitis, an pactione[20], aut casu ita evenerit, parum comperimus ;

6 *Jugurtha pacificante*, « lors du dernier traité avec Jugurtha. »

7 *Fatigati regis suppliciis*, « obsédés par les instances du roi numide. » *Suppliciis* dans le sens de *precibus*.

8 *Nam volgus*, c.-à-d. *quod ad vulgus attinet*, « quant au peuple... » *Nam* suppose une ellipse. Les principaux de la ville cèdent aux sollicitations de Jugurtha; mais le peuple n'avait pas besoin d'être sollicité à la révolte, car...

9 *Discordiosum*. Mot rare, pour « discors, séditieux. »

10 *Constituunt*, sous-entendu *ad rem patrandam*.

11 *Ludum magis quam formidinem ostentabat*, m. à m. « présageait plutôt des divertissements licencieux que des complots redoutables. »

12 *Turpilium Silanum*. Métellus l'avait fait inspecteur général des travaux, et commandant de la place de Vacca.

13 *Invitant domos*, sous-entendu *in*.

14 *Studio talium rerum*, « par esprit de désordre. »

15 *Consilium*, s.-ent. *principum*.

16 *Anceps malum*, « un danger qui les presse de toutes parts. » *Anceps* (*am caput, circa caput*).

17 *Juxta*, « indistinctement. »

18 *In ea tanta asperitate*, « au milieu de cette boucherie. »

19 *Sævissumis*, comme *atrociter sævientibus*.

20 *Pactione*, « par suite d'un pacte. »

nisi[21], quia illi in tanto malo turpis vita fama integra potior, improbus intestabilisque[22] videtur.

Metellus, postquam de rebus Vaccæ actis comperit, paullisper mœstus e conspectu[23] abit : deinde, ubi ira et ægritudo permixta sunt, cum maxuma cura ultum ire injurias festinat. Legionem, cum qua hiemabat, et, quam plurimos potest, Numidas equites[24] pariter cum occasu solis expeditos educit : et postera die circiter horam tertiam[25] pervenit in quandam planitiem, locis paullo superioribus circumventam. Ibi milites fessos itineris magnitudine, et jam abnuentîs omnia[26], docet oppidum Vaccam non amplius mille passuum[27] abesse : decere illos reliquum laborem æquo animo pati, dum pro civibus suis, viris fortissumis atque miserrumis, pœnas caperent : præterea prædam benigne[28] ostentat. Sic animis eorum arrectis, equites in primo late[29], pedites quam arctissume[30] ire, signa occultare jubet.

Vaccenses ubi animum advortere ad se vorsum exercitum pergere, primo, uti erat res, Metellum esse rati, portas clausere ; deinde, ubi neque agros vastari et eos, qui primi aderant, Numidas equites vident, rursum Jugurtham arbitrati, cum magno gaudio obvii procedunt. Equites peditesque, repente signo dato, alii volgum effusum oppido cædere ; alii ad portas festinare ; pars turrîs capere ; ira atque prædæ spes amplius quam lassitudo posse.

Ita Vaccenses biduum modo ex perfidia lætati : civitas magna et opulens cuncta pœnæ aut prædæ fuit. Turpilius, quem præfectum oppidi unum ex omnibus profugisse supra ostendimus, jussus a Metello causam dicere, postquam sese parum expurgat, condemnatus verberatusque

21 *Nisi... videtur*, c.-à-d. *id tantum scimus illum videri...*

22 *Intestabilis*, « un homme taré. » *Intestabilis*, proprement, « qui n'est pas admis à porter témoignage, à faire son testament, à recueillir quelque chose par testament. »

23 *E conspectu*, sous-entendu *militum*.

24 *Numidas equites*, des cavaliers tirés du corps des Numides auxiliaires.

25 *Horam tertiam*, « à la troisième heure du jour, » c.-à-d. à neuf heures du matin.

26 *Abnuentes omnia*, « se refusant à tout, » ne voulant plus marcher.

27 *Mille passuum. Passus*, un pas de cinq pieds, ou l'espace entre le point où le pied se lève et celui où il se pose. Les mille pas romains valaient 1 kilomètre 481 mètres.

28 *Benigne*, « avec complaisance. »

29 *In primo*, sous-entendu *agmine*, « en première ligne ; » — *late* « sur un front étendu. »

30 *Quam arctissume*, « en rangs bien serrés, de manière à se dissimuler derrière les cavaliers. *Arctissime* comme *densissimo ordine*.

capite pœnas solvit[31]; nam is civis ex Latio erat. (SALL. JUG., c. 66-69.)

54.—MARCHE POMPEUSE DE L'ARMÉE DE DARIUS.

Alexandre avait envahi l'empire et vaincu une partie des généraux de Darius, roi de Perse. A la nouvelle de ces échecs, Darius résolut de conduire la guerre en personne, et se mit en marche avec son armée.

Patrio more Persarum traditum est, orto sole demum procedere[1]: die jam illustri[2], signum e tabernaculo regis buccina dabatur; super tabernaculum, unde ab omnibus conspici posset, imago solis crystallo inclusa fulgebat. Ordo autem agminis erat talis: ignis, quem ipsi *sacrum* et *æternum*, vocabant, argenteis altaribus præferebatur: magi proximi[3] patrium carmen canebant: magos trecenti et sexaginta quinque juvenes sequebantur, puniceis amiculis velati, diebus totius anni[4] pares numero; quippe Persis quoque in totidem dies descriptus est annus. Currum deinde Jovi sacratum albentes vehebant equi: hos eximiæ magnitudinis equus quem Solis appellabant sequebatur: aureæ virgæ, et albæ vestes, regentes equos[5] adornabant. Haud procul erant vehicula decem, multo auro argentoque cælata. Sequebatur hæc equitatus duodecim gentium[6], variis armis et moribus: proximi ibant, quos Persæ *Immortales*[7] vocant, ad decem millia; cultus opulentiæ barbaræ non alios magis honestabat: illi aureos torques, illi vestem auro distinctam habebant, manicatasque tunicas, gemmis etiam adornatas. Exiguo intervallo, quos *Cognatos*[8] *regis* appel-

31 *Capite pœnas solvit*. Les lois *Porcia* et *Sempronia* défendaient de mettre à mort un citoyen romain.

54.-1 *Procedere*, s.-ent. *exercitum*.

2 *Die jam illustri*, « quand le jour brillait déjà de tout son éclat. »

3 *Proximi*, « marchant immédiatement après. »

4 *Totius anni*. L'année, chez les Perses comme chez les Grecs, était lunaire, c.-à-d. composée de 354 jours, auxquels on ajoutait onze jours intercalaires.

5 *Regentes equos*, pour *equorum rectores*.

6 *Duodecim gentium*. On ne sait quelles sont ces douze *gentes*: s'agit-il des douze tribus qui, selon Xénophon (*Cyrop.* I), furent établies par Cyrus? s'agit-il des douze peuples que Pline (IV, 10) cite comme ayant été soumis par Alexandre? Cette seconde opinion est plus probable, quoique l'énumération de Pline soit incomplète; en effet la Perse sous Darius I comprenait vingt satrapies du premier ordre.

7 *Immortales*, « les immortels. » Ils étaient ainsi nommés parce que toutes les fois qu'il se faisait un vide dans leurs rangs, soit par mort, soit par maladie, soit par une autre cause, ce vide était immédiatement rempli. (Voy. Hérodote et Diodore.)

8 *Cognatos regis*, « les cousins du roi. » Cf. Esdras III, 4; Josèphe Antiq. IX, 4; Arrien, IV; Xénophon, Cyrop. VIII, 3.

lant, decem et quinque millia hominum; hæc vero turba muliebriter propemodum culta, luxu magis quam decoris armis conspicua erat. *Doryphori*[9] vocabantur proximum his agmen, soliti vestem excipere[10] regalem; hi currum regis anteibant, quo ipse eminens vehebatur. Utrumque currus latus deorum simulacra ex auro argentoque expressa decorabant : distinguebant internitentes gemmæ jugum[11], ex quo eminebant[12] duo aurea simulacra cubitalia, quorum alterum Nini[13], alterum Beli[14] gerebat effigiem; inter hæc auream aquilam pennas extendenti similem sacraverant.

Cultus[15] regis inter omnia luxuria notabatur : purpureæ tunicæ medium albo intextum[16] erat; pallam[17] auro distinctam aurei accipitres[18], velut rostris inter se corruerent, adornabant; et zona aurea muliebriter cinctus acinacem suspenderat, cui ex gemma[19] erat vagina. *Cidarin*[20] Persæ regium capitis vocabant insigne; hoc cærulea fascia albo distincta circumibat. Currum decem millia hastatorum[21] sequebantur; hastas argento exornatas, spicula auro præfixa[22] gestabant. Dextra lævaque regem ducenti ferme nobilissimi propinquorum comitabantur. Horum agmen claudebatur triginta millibus peditum, quos equi regis quadringenti sequebantur. Intervallo deinde unius stadii[23], matrem Darii Sysigambin currus vehebat, et in alio erat conjux : turba feminarum reginas[24] comitantium equis

9 *Doryphori*, « les Doryphores, » (de δόρυ, lance).

10 *Excipere*, dans le sens de *gestare*. Ils portaient la *stole médique*, que l'on appelait de leur nom δορυφορική, au témoignage d'Elien. (Voy. *Hist.*, I, 22).

11 *Jugum*, « le joug du char. » Dans les chars antiques, qui avaient un timon simple, on attelait les chevaux au moyen d'un joug qui les maintenait tous.

12 *Ex quo eminebant*, « des deux côtés duquel sortaient... »

13 *Nini*, « Ninus, » roi d'Assyrie, qui agrandit Ninive.

14 *Beli*, « Bélus, » père du précédent. Il réunit le royaume de Babylone à celui de Ninive.

15 *Cultus*, « le costume. »

16 *Medium albo intextum*, « le milieu était relevé par une broderie blanche. » Cette tunique de pourpre se nommait *sarapis*.

17 *Pallam*, « le manteau royal. »

18 *Accipitres*. Cet ornement emblématique rappelait sans doute les éperviers qui avaient présagé l'empire à Darius I. Cf. Hérodote, III, 76.

19 *Ex gemma*. Ce fourreau était probablement semé de diamants si habilement enchâssés qu'ils paraissaient n'en former qu'un seul.

20 *Cidarin*, « le Cidaris, » tiare des rois de Perse; elle était droite, de forme conique.

21 *Hastatorum*. Ces *hastati* sont les mêmes que les *mélophores*.

22 *Spicula auro præfixa*. La pointe en était d'or, ou plus vraisemblablement dorée; car des lances à pointes d'or auraient été de bien mauvaises armes.

23 *Stadii*, « un stade » olympique, qui valait 185 mètres.

24 *Reginas*, « les reines, » c'est-à-dire Sysigambis et Statira, épouse de Darius.

vectabatur. Quindecim inde, quas *armamaxas*[25] appellant, sequebantur. In his erant liberi regis, et qui educabant eos, spadonumque grex, haud sane illis gentibus vilis. Tum regiæ pellices trecentæ sexaginta vehebantur, et ipsæ regali cultu[26] ornatuque. Post quas pecuniam regis sexcenti muli et trecenti cameli vehebant, præsidio sagittariorum prosequente. Propinquorum amicorumque conjuges huic agmini proximæ, lixarumque et calonum greges vehebantur. Ultimi erant cum suis quisque ducibus, qui cogerent agmen[27], leviter armati. Contra si quis aciem Macedonum intueretur, dispar facies erat; equis virisque, non auro, non discolori veste, sed ferro atque ære fulgentibus. Agmen et stare paratum et sequi[28] : nec turba nec sarcinis prægrave; intentum ad ducis non signum modo, sed etiam nutum : et castris locus, et exercitui commeatus suppetebant[29]. Ergo Alexandro in acie miles non defuit[30] : Darius tantæ multitudinis rex, loci in quo pugnavit angustiis redactus est ad paucitatem, quam in hoste contempserat. (Q. CURT. III, c. 3.)

55.—DÉPART DE LA FLOTTE ROMAINE POUR L'AFRIQUE, A L'ÉPOQUE DE LA 2me GUERRE PUNIQUE.

Rappelé en Italie pour combattre Annibal, Scipion (surnommé depuis l'Africain) fit adopter au sénat le plan qu'il avait conçu de transporter le théâtre de la guerre en Afrique. Nommé consul pour exécuter ce projet, il organisa en Sicile une formidable armée d'invasion, et s'embarqua au milieu d'un grand concours de Siciliens, qui saluaient la fortune du jeune chef et la ruine prochaine de Carthage. (An 549 de Rome, 205 av. J.-C.)

Multæ classes romanæ e Sicilia, portuque Lilybæo[1] profectæ erant. Ceterum non eo bello solum (nec id mirum; prædatum[2] enim tantummodo pleræque classes ierant),

25 *Armamaxas*, espèces de litières comme les *palanquins* de l'Inde. Le corps d'Alexandre fut porté en Egypte dans une *armamaxe*.

26 *Regali cultu*, « dans une parure royale. » Le diadème seul les distinguait des reines.

27 *Qui cogerent agmen*, « pour fermer la marche. »

28 *Stare et sequi*, « s'arrêter et se remettre en route. »

29 *Castris locus... suppetebant*, « ils trouvaient partout un emplacement disposé pour y camper. »

30 *In acie miles*, etc. « Alexandre ne manqua pas de soldats sur le champ de bataille, » c.-à-d. chacun de ses hommes se conduisit en soldat, au rebours de Darius, qui avait beaucoup d'hommes et peu de soldats.

55.—1 *Lilybæo*, « Lilybée, » auj. *Marsalla*, à la pointe N.-O. de la Sicile, près des îles Egates.

2 *Prædatum*, « pour faire la course, la guerre de corsaires. »

sed ne priore quidem, ulla profectio tanti spectaculi fuit : quanquam si magnitudine classis æstimaretur, et bini consules cum binis exercitibus[3] ante trajecerant : et prope totidem rostratæ[4] in illis classibus fuerant, quot onerariis Scipio tum trajiciebat; nam præter quinquaginta longas naves, quadringentis ferme onerariis exercitum transvexit. Sed et bellum bello, secundum priore ut atrocius Romanis videretur, quum quod in Italia bellabatur, tum ingentes strages tot exercituum simul cæsis ducibus effecerant; et Scipio dux partim factis fortibus, partim suapte fortuna[5] quadam ingentis ad incrementa gloriæ celebratus[6] converterat animos; simul et mens ipsa trajiciendi[7], nulli ante eo bello duci tentata, quod ad Annibalem detrahendum ex Italia, transferendumque et finiendum in Africa bellum, se transire vulgaverat[8].

Concurrerat ad spectaculum in portum omnis turba; non habitantium modo Lilybæi, sed legationum omnium ex Sicilia[9] : quæ et ad prosequendum Scipionem officii causa convenerant, et prætorem provinciæ M. Pomponium secutæ fuerant; ad hoc legiones, quæ in Sicilia relinquebantur, ad prosequendos commilitones processerant : ne[10]

[3] *Bini consules cum binis exercitibus*, « deux consuls avec deux armées, » à deux reprises différentes. La première expédition avait été conduite par L. Manlius Vulso et M. Atilius Regulus, en 466; la seconde, par M. Æmilius et Serv. Fulvius, en 497.

[4] *Rostratæ*, ou *longæ*, les vaisseaux de guerre.

[5] *Suapte fortuna*, m. à m. « par une chance à lui, » sa bonne étoile.

[6] *Ingentis ad incrementa gloriæ celebratu*. Cette phrase, en admettant ce texte contesté, est susceptible de plusieurs sens. Elle peut signifier : « rendu populaire par sa bonne étoile jusqu'à voir grandir encore sa gloire qui était déjà immense; » ou : « redevable à sa bonne fortune d'avoir vu, dès ses premiers pas dans sa brillante carrière, son nom partout célébré. » (*ad incrementa gloriæ*, dans le sens de *sub initia increscentis gloriæ*); ou enfin : « porté par son bonheur signalé à une gloire toujours croissante, et qui devait passer toute mesure, » (*ingentis* comme s'il y avait *ingentis futuræ*). Ce dernier sens nous semble le meilleur.

[7] *Mens... trajiciendi*, « l'idée de ce passage. »

[8] *Se transire vulgaverat*. Il est presque impossible de rendre compte de ce texte évidemment corrompu, mais que nous n'avons pas osé changer. Selon nous, au lieu de : *se transire*, il faudrait lire *ipse transiret*, en rattachant ces mots à la phrase précédente, et en les séparant par une virgule de *vulgaverat*. *Quod ad Annibalem* jusqu'à *bellum* formerait une sorte de parenthèse. Le texte, ainsi constitué, serait : *Quod ad Annibalem detrahendum ex Italia, transferendumque et finiendum in Africa bellum ipse transiret, vulgaverat.* « L'idée même de ce passage, etc. (attendu que c'était pour retirer Annibal de l'Italie, etc. que le général l'effectuait en personne) le prestige de cette opération hardie avait rendu Scipion très-populaire » (*vulgaverat eum*).

[9] *Legationum ex Sicilia*, « les légations de Sicile. » On adjoignait un certain nombre de *legati* à chaque proconsul ou préteur. Ainsi, César dans la Gaule avait dix *legati*; Pompée en Asie quinze. Les subdivisions de provinces assignées à ces *legati* se nommaient *legationes*.

[10] *Ne* comme *non*.

classis modo prospectantibus e terra, sed terra etiam omnis circa referta turba spectaculo navigantibus erat. Ubi illuxit, Scipio e prætoria nave, silentio per præconem facto, « Divi divæque, inquit, maria terrasque qui colitis, vos precor quæsoque, uti quæ in meo imperio[11] gesta sunt, geruntur, postque gerentur, ea mihi, populo plebique romanæ, sociis, nominique latino, qui populi romani, quique meam sectam[12], imperium auspiciumque[13] terra, mari, amnibusque sequuntur, bene verruncent[14]; eaque vos omnia bene juvetis; bonis auctibus auxitis[15]; salvos incolumesque victis perduellibus victores, spoliis decoratos, præda onustos triumphantesque, mecum domos reduces sistatis; inimicorum[16] hostiumque ulciscendorum copiam faxitis; quæque populus carthaginiensis in civitatem nostram facere molitus est, ea ut mihi populoque romano in civitatem Carthaginiensium exempla edendi facultatem detis[17]. » Secundum[18] eas preces, cruda exta[19], cæsa victima, uti mos, in mare porricit[20], tubaque signum dedit proficiscendi. Vento secundo vehementi satis profecti, celeriter e conspectu terræ ablati sunt. (Tit. Liv., xxix, c. 26 et 27.)

56.—UNE MARÉE D'ÉQUINOXE.

Après avoir poussé contre les Chérusques et dévasté tout le pays qui s'étend entre l'Ems et la Lippe, Germanicus, qui venait de rendre les derniers devoirs aux restes des légions de Varus, voulut ramener son armée de l'Ems à l'embouchure du Rhin, en traversant de nouveau le lac qui est devenu depuis le Zuiderzée. C'est dans ce trajet que deux légions qu'il avait débarquées, et qui devaient faire le reste de la route par terre sous

11 *In meo imperio*, « dans l'étendue de mon commandement militaire. »

12 *Sectam meam*, « mon parti politique. »

13 *Auspicium*, « mon droit de prendre les auspices. » Ce droit appratenait au général commandant en chef.

14 *Verruncent*. *Verrunco*, vieux mot latin qui vient de ἐρύκω, *contineo*, *cohibeo*, *averto*. *Bene verruncent*, c.-à-d. *in bonum vertant*.

15 *Auxitis*, pour *augeatis*, comme plus bas *faxitis* pour *faciatis*. Scipion, dans tout ce discours, emploie les vieilles formules sacramentelles.

16 *Inimicorum hostiumque*. Notez la différence.

17 *Exempla edendi*, etc., « d'en tirer de Carthage un châtiment exemplaire. »

18 *Secundum*, pour *post*.

19 *Cruda exta*, « les entrailles non cuites. » Dans d'autres sacrifices on les cuisait. Plaute appelle *aula extaris* la marmite qui servait à cet usage (*aula* pour *olla*).

20 *Porricit*, c'est-à-dire *porro jacit*. Mot de la langue sacerdotale qui exprime l'action de jeter au loin, de répandre quelque chose en manière de libations.

la conduite de Vitellius, faillirent être englouties. (An 768 de Rome, 15 de Jésus-Christ.)

Germanicus legionum, quas navibus vexerat, secundam et quartam decimam itinere terrestri P. Vitellio ducendas tradit, quo levior classis vadoso mari[1] innaret, vel reciproco[2] sideret[3]. Vitellius primum iter sicca humo, aut modice adlabente æstu, quietum habuit : mox impulsu aquilonis, simul sidere æquinoctii[4], quo maxime tumescit Oceanus, rapi agique[5] agmen : et opplebantur terræ : eadem freto, littori, campis facies; neque discerni poterant incerta[6] ab solidis, brevia[7] a profundis. Sternuntur fluctibus, hauriuntur gurgitibus; jumenta, sarcinæ, corpora exanima[8], interfluunt, occursant : permiscentur inter se manipuli, modo pectore, modo ore tenus exstantes[9], aliquando, subtracto solo[10], disjecti aut obruti. Non vox et mutui hortatus juvabant, adversante unda : nihil strenuus ab ignavo, sapiens ab imprudenti[11], consilia[12] a casu differre : cuncta pari violentia involvebantur. Tandem Vitellius in editiora[13] enisus, eodem agmen subduxit. Pernoctavere sine utensilibus[14], sine igne, magna pars nudo[15] aut mulcato corpore, haud minus miserabiles quam quos hostis circumsidet; quippe illis etiam honestatæ mortis usus[16], his inglorium exitium. Lux reddidit terram[17]; penetratumque ad amnem Unsingim[18], quo Cæsar classe contenderat.

56.—1 *Vadoso mari*, « une mer pleine de bas-fonds. » Les marées sont fort basses dans les parages de la province de Groningue, où se passe cette scène. *Ipsi navigavimus atque experti sumus*, dit Juste-Lipse.

2 *Reciproco*, sous-entendu *mari*, « à l'heure du reflux. »

3 *Sideret*, « pût s'échouer. »

4 *Sidere æquinoctii*, « l'équinoxe d'automne. » César a noté le même fait dans sa navigation en Bretagne. (Cf. la *narration de la descente en Bretagne*, et *le Voyage d'Alexandre à l'Océan*).

5 *Rapi agique*, « fut assaillie. »

6 *Incerta*, « les sables mouvants. »

7 *Brevia*, « les endroits guéables. »

8 *Corpora exanima*, « les cadavres. »

9 *Exstantes*, « sortant de l'eau. » Catulle a dit (*Epith. de Thétis et de Pélée*, v. 18) :—Nutricum tenus exstantes è gurgite cano.

10 *Subtracto solo*, « le sol manquant sous leurs pieds. »

11 *Sapiens ab imprudenti*, « la circonspection de l'imprudence. »

12 *Consilia*, « les mesures sages. » *Consilia* répond à *sapiens*, comme *casu* à *imprudenti*, par réduplication d'idée, avec une légère gradation.

13 *In editiora*, « sur une partie plus élevée de la côte. »

14 *Sine utensilibus*, « sans provisions. » Par *utensilia* Tacite entend plutôt les vivres eux-mêmes que les ustensiles.

15 *Nudo*. Heinsius lisait *udo*; mais si *udo* était la vraie leçon, il n'y aurait pas *magna pars* : tous devaient être mouillés.

16 *Usus*, « la ressource. »

17 *Lux reddidit terram*, « le jour rendit la vue de la terre ferme; » la terre reparut avec le jour.

18 *Unsingim*, « l'Hunse ou l'Hunsing, » rivière qui prend sa source dans la province de Drenthe, passe

Impositæ deinde legiones, vagante fama submersas[19] : nec fides salutis[20], antequam Cæsarem exercitumque reducem videre. (TAC., *Ann.*, I, c. 70.)

57.—MARCHE D'ALEXANDRE DANS LES DÉSERTS DE LA SOGDIANE.

Alexandre, pendant sa conquête des Indes, avait lancé son armée à la poursuite du traître Bessus. Ce fut pendant cette marche stérile (car sur ces entrefaites Bessus était arrêté par Spitaménès) que les Macédoniens souffrirent la cruelle disette d'eau qui est le sujet de ce récit. On pourra comparer les relations analogues de Plutarque, *Cat.*, c. 12; de Lucain, *Phars.*, IX, 497; de Silius, I, 261.

Bactrianorum regione[1] Artabazo[2] tradita, sarcinas et impedimenta ibi cum præsidio reliquit. Ipse cum expedito agmine loca deserta Sogdianorum[3] intrat, nocturno itinere exercitum ducens. Aquarum penuria, prius desperatione quam desiderio bibendi, sitim accendit. Per CCCC stadia ne modicus quidem humor exsistit. Arenas vapor[4] æstivi solis accendit, quæ ubi flagrare cœperunt, haud secus quam continenti incendio[5] cuncta torrentur. Caligo[6] deinde, immodico terræ fervore excitata, lucem tegit; camporumque non alia quam vasti et profundi æquoris species est. Nocturnum iter tolerabile videbatur, quia rore et matutino frigore corpora levabantur. Ceterum cum ipsa luce æstus oritur, omnemque naturalem absorbet humorem siccitas; ora visceraque penitus uruntur. Itaque primum animi, deinde corpora deficere cœperunt; pigebat[7] et consistere et

à Groningue, et se jette dans la mer du Nord. Les anciennes éditions portent *Visurgim*, qui fait un sens absurde, puisque le Weser (*Visurgis*) est à l'opposite des lieux où Germanicus et Vitellius se proposaient d'atteindre.

19 *Submersas*, comme s'il y avait *eas submersas fuisse*.

20 *Nec fides salutis*, « on ne crut à leur conservation. »

57.—1 *Bactrianorum regione*. La prise de la capitale du pays avait amené la soumission du reste.

2 *Artabazo*, « Artabaze, » général perse, un des principaux satrapes de Darius. La fidélité qu'il avait montrée à ce malheureux prince, dans toutes ses adversités, lui avait concilié l'estime d'Alexandre.

3 *Deserta Sogdianorum*. La Sogdiane était une région de la Haute Asie, au N. de la Bactriane. Ses limites ne sont pas bien connues. Elle paraît répondre à une partie du *Turkestan* actuel.

4 *Vapor*, pour *ardor*, comme souvent dans Quinte-Curce. C'est une forme poétique qu'il emprunte à Virgile et à Lucrèce, qui eux-mêmes traduisent par *vapor* l'ἀϋτμη d'Homère.

5 *Continenti incendio*, « un incendie sans limite, » sans solution de continuité.

6 *Caligo*, « un brouillard épais. »

7 *Pigebat*, « ils répugnaient à. » Notez le sens de *pigebat* et de ses

progredi. Pauci, a peritis regionis admoniti, præparant aquam[8]; hæc paulisper repressit sitim; deinde, crescente æstu, rursum desiderium humoris accensum est. Ergo quidquid vini oleique erat, hominibus ingerebatur[9]; tantaque dulcedo bibendi fuit, ut in posterum sitis non timeretur. Graves deinde avide hausto humore, non sustinere arma, non ingredi[10] poterant; et feliciores videbantur quos aqua defecerat, quum ipsi sine modo[11] infusam vomitu cogerentur egerere.

Anxium regem tantis malis, circumfusi amici ut meminisset sui[12] orabant, animi sui magnitudinem unicum remedium deficientis exercitus esse; quum ex iis qui præcesserant[13] ad capiendum locum castris[14], duo occurrunt, utribus[15] aquam gestantes, ut filiis suis, quos in eodem agmine esse et ægre pati sitim non ignorabant, occurrerent[16]. Qui quum in regem incidissent, alter ex iis, utre resoluto[17], vas quod simul ferebat implet, porrigens regi : ille accipit; percontatus quibus aquam portarent, filiis ferre[18] cognoscit; tunc poculo pleno, sicut oblatum est, reddito, « Nec solus, inquit, bibere sustineo, nec tam exiguum dividere omnibus possum : vos currite, et liberis vestris quod propter illos attulistis, date. »—Tandem ad flumen Oxum[19] ipse pervenit prima fere vespera; sed exercitus magna pars non potuerat consequi : in edito monte ignes jubet fieri, ut ii qui ægre sequebantur haud procul castris se abesse cognoscerent; eos autem qui primi agminis erant, mature cibo ac potione firmatos, implere alios utres, alios vasa quibuscumque aqua possit portari, jussit, ac suis opem ferre. Sed qui intemperantius hauserant, intercluso spiritu[20], exstincti

dérivés *pigritia*, *pigror*, qui impliquent l'idée de « répugnance » causée par la « lassitude. »

8 *Præparant aquam*, « se procurent de l'eau. »

9 *Hominibus ingerebatur*, pour *homines sibi ingerebant*.

10 *Ingredi*, « marcher. »

11 *Sine modo*, « sans mesure, avec excès. »

12 *Ut meminisset sui*, « de songer a lui, à sa propre conservation. »

13 *Qui præcesserant*, « qui avaient pris les devants. »

14 *Ad capiendum locum castris*, « pour choisir l'emplacement du camp. » Ces éclaireurs de l'armée d'Alexandre répondent aux officiers qu'on appelait *metatores* chez les Romains.

15 *Utribus*, « des outres. » Une outre est une espèce de sac fait généralement en peau de bouc. On s'en servait dans les marches pour porter le vin et l'huile.

16 *Occurrerent*, comme *succurrerent*.

17 *Utre resoluto*, « ouvrant son outre. »

18 *Ferre*, sous-entendu *eos*.

19 *Oxum*, rivière de l'Asie ancienne, aujourd'hui le *Djihoun*.

20 *Intercluso spiritu*. Il ne faut pas croire que les soldats « s'étouffèrent » en buvant avec trop d'avidité, ce qui est sans exemple. *Intercluso spiritu*

sunt; multoque major horum numerus fuit quam ullo amiserat prælio. At ille, thoracem adhuc indutus, nec aut cibo refectus aut potu, qua veniebat exercitus[21] constitit, nec ante ad curandum corpus recessit, quam prætericrant qui agmen sequebantur[22]; totamque eam noctem, cum magno animi motu, perpetuis vigiliis egit. (QUINT. CURT., VII, c. 5.)

58.—AFFRANCHISSEMENT DE LA GRÈCE.

T. Quinctius Flamininus, après avoir complétement défait Philippe V, roi de Macédoine, à Cynoscéphales (197 av. J.-C.), proclama libres toutes les villes de la Grèce. Cette mesure, bien moins inspirée par la générosité que dictée par la politique, enchanta les Grecs, qui ne se doutaient pas qu'elle préparait leur asservissement. Ils ne jouirent qu'en idée de ce bienfait dérisoire, car, profitant des dissensions des deux ligues achéenne et étolienne, les Romains ne tardèrent pas à réduire les Étoliens, à détruire les royaumes de Macédoine et d'Épire, et à soumettre enfin la Grèce entière, qui devint province romaine sous le nom d'Achaïe, l'an 146 av. J. C.

Isthmiorum[1] statum ludicrum aderat; semper quidem et alias frequens, quum propter spectaculi studium insitum genti, quo certamina omnis generis[2] artium viriumque, ac pernicitatis, visuntur; tum quia propter opportunitatem loci, per duo diversa maria, omnium Græcorum undique conventus erat. Sed[3] exspectatione erecti, qui deinde status futurus Græciæ, quæ sua fortuna esset : alii non taciti solum opinabantur, sed sermonibus etiam serebant. Romani ad spectaculum consederant; et præco cum tubicine, ut mos est, in mediam arenam, unde solenni carmine[4] ludicrum indici solet, processit, et tuba silentio facto, ita pronuntiat : « Senatus populusque romanus, et T. Quinctius imperator, Philippo rege Macedonibusque devictis, liberos, immunes, suis legibus esse jubet Corinthios, Phocenses Locrensesque

n'indique pas, selon nous, une « suffocation instantanée » produite par le trop grand empressement à boire, mais une « apoplexie pulmonaire » résultant d'une indigestion.

21 *Qua veniebat exercitus*, « sur le chemin par où venait l'armée. »

22 *Qui agmen sequebantur*, « les traînards. »

58. — 1 *Isthmiorum*. Les jeux Isthmiques étaient un des quatre jeux solennels que célébrait la Grèce. Ils étaient ainsi nommés de l'isthme de Corinthe, où ils se tenaient tous les cinq ans.

2 *Certamina omnis generis*. Les combats gymniques, au nombre de cinq (πένταθλον, *quinquertium*), étaient la lutte, la course, le saut, le disque et le javelot; il y avait en outre des luttes musicales et poétiques. Les vainqueurs recevaient une guirlande de feuilles de pin.

3 *Sed*, comme s'il y avait *sed tum maxime*.

4 *Carmine*, « une formule ».

omnes, et insulam Eubœam, et Magnetas, Thessalos, Perrhæbos, Achæos Phthiotas[5]. » Percensuerat omnes gentes quæ sub ditione Philippi regis fuerant. Audita voce præconis, majus gaudium fuit, quam quod universum[6] homines caperent. Vix satis credere se quisque audisse : alii alios intueri mirabundi, velut somnii vanam speciem : quod ad quemque pertineret[7], suarum aurium fidei minimum credentes, proximos interrogabant. Revocatus præco, quum unusquisque non audire, sed videre libertatis suæ nuntium averet, iterum pronuntiare[8] eadem : tum ab certo jam gaudio[9] tantus cum clamore plausus est ortus, totiesque repetitus, ut facile appareret, nihil omnium bonorum multitudini gratius, quam libertatem esse.

Ludicrum deinde ita raptim peractum est, ut nullius nec animi nec oculi spectaculo intenti essent : adeo unum gaudium præoccupaverat[10] omnium aliarum sensum voluptatum. Ludis vero dimissis, cursu prope omnes tendere ad imperatorem romanum : ut, ruente turba in unum, adire, contingere dextram cupientium, coronas lemniscosque[11] jacientium, haud procul periculo[12] fuerit. Sed erat trium ferme et triginta annorum : et quum robur juventæ, tum gaudium ex tam insigni gloriæ fructu, vires suppeditabant. Nec præsens omnium modo effusa lætitia est, sed per multos dies gratis et cogitationibus et sermonibus revocata : « Esse aliquam in terris gentem, quæ sua impensa, suo labore ac periculo bella gerat pro libertate aliorum : nec hoc finitimis, aut propinquæ vicinitatis hominibus, aut terris continenti

5 *Achæos Phthiotas.* « La Phthiotide, » contrée de la Thessalie, portait le nom d'*Achaia Phthiotis* parce que les premiers Achéens, descendants d'Achæus par son fils Xuthus, n'avaient pas seulement occupé le Péloponnèse, mais encore des cantons de la Hellade et de la Thessalie, entre autres la Magnésie et la *Phthie* ou *Phthiotide*.

6 *Universum*, « dans toute son étendue. »

7 *Quod ad quemque pertineret.* Ces mots ont semblé oiseux à certains commentateurs qui en proposent la suppression; mais Jacobs les défend : selon lui, il y a une distinction marquée par Tite-Live entre la généralité des assistants qui s'étonnent, qui croient rêver, et les individus appartenant aux pays *spécialement désignés* dans la proclamation, qui, en raison de l'intérêt particulier (*quod ad quemque pertineret*) qu'ils ont à la chose, n'en peuvent croire leurs oreilles, et interrogent leurs voisins.

8 *Pronuntiare*, pour *pronuntiat*

9 *Ab certo jam gaudio*, mot à mot, « par suite d'une joie désormais confirmée, » dont le motif n'était plus douteux.

10 *Præoccupaverat*, pour *præcluserat*.

11 *Coronas lemniscosque*, pour *coronas lemniscatas* (ἓν διὰ δυοῖν); « des couronnes ornées de rubans. » Les *lemnisci* étaient des rubans ou bandelettes d'or ou de pourpre.

12 *Periculo*, sous-entendu *vitæ*.

junctis prætet : maria[13] trajiciat, ne quod toto orbe terrarum injustum imperium sit, et ubique jus, fás, lex[14] potentissima sint. Una voce præconis liberatas omnes Græciæ atque Asiæ urbes. Hoc spe concipere audacis animi fuisse : ad effectum adducere, virtutis et fortunæ ingentis. » (TIT. LIV., XXXIII, c. 32 et 33.)

59.—INCENDIE DE ROME.

Cet événement eut lieu l'an 811 de Rome, 58 de J.-C. Malgré la réserve de Tacite, qui ne décide pas si on doit l'attribuer à une cause fortuite ou à la noire malice de Néron, tout porte à croire que ce monstre en a été l'auteur. Suétone et Dion l'en accusent formellement.

Sequitur clades, forte, an dolo principis incertum (nam utrumque auctores prodidere), sed omnibus, quæ huic urbi per violentiam ignium acciderunt, gravior atque atrocior. Initium in ea parte circi ortum, quæ Palatino Cælioque montibus contigua est : ubi per tabernas[1], quibus id mercimonium inerat, quo flamma alitur, simul cœptus ignis, et statim validus, ac vento citus, longitudinem circi corripuit : neque enim domus munimentis septæ[2], vel templa muris cincta, aut quid aliud moræ[3] interjacebat. Impetu[4] pervagatum incendium, plana[5] primum, deinde in edita assurgens, et rursum inferiora populando, anteiit remedia velocitate mali, et obnoxia urbe artis[6] itineribus hucque et illuc flexis, atque enormibus vicis[7], qualis vetus Roma fuit. Ad hoc lamenta paventium feminarum, fessa[8] senum ac rudis pueritiæ[9] ætas, quique sibi, quique aliis consule-

13 *Maria*, c.-à-d. *sed etiam maria*.

14 *Jus, fas, lex*. *Jus* désigne particulièrement ce qui est juste et equitable en soi, ou ce qui est obligatoire pour nous par quelque cause que ce soit ; *fas* est la justice divine, le droit divin ; *lex* est un ordre écrit, une ordonnance.

59.—1 *Per tabernas*, etc. Il y avait beaucoup de boutiques autour du Cirque dont il vient d'être parlé, qui est le grand Cirque. Il donnait son nom au quartier.

2 *Munimentis septæ*, comme *septis munitæ*, « protégées par un enclos. »

3 *Quid aliud moræ*, « rien qui pût retarder les progrès de l'incendie. » *Quid*, pour *aliquid*.

4 *Impetu*, pour *cum impetu*.

5 *Plana*, « les lieux bas, » de plain-pied avec le Cirque.

6 *Artis*, comme *arctis*.

7 *Enormibus vicis*, « les rues sans alignement. » *Enormis* (*e norma*) « qui sort de la mesure. » Tite-Live (v, 55) rapporte qu'après l'incendie de Rome par les Gaulois la nécessité de reconstruire en hâte les maisons brûlées fit qu'on n'observa point d'alignement, le terrain étant pour ainsi dire au premier occupant, et chacun bâtissant à sa guise.

8 *Fessa*, comme *infirma*.

9 *Rudis pueritiæ*, « l'enfance ignorante, inexpérimentée, » sans ressources en elle-même.

bant, dum trahunt invalidos, aut opperiuntur, pars morans[10], pars festinans, cuncta impediebant : et sæpe dum in tergum respectant, lateribus aut fronte circumveniebantur[11] : vel, si in proxima[12] evaserant, illis quoque igni correptis, etiam, quæ longinqua[13] crediderant, in eodem casu[14] reperiebantur. Postremo, quid vitarent, quid peterent ambigui, complere vias, sterni per agros : quidam amissis omnibus fortunis, diurni quoque victus[15], alii caritate suorum, quos eripere nequiverant, quamvis patente effugio, interiere. Nec quisquam defendere[16] audebat, crebris multorum minis restinguere prohibentium, et quia alii palam faces jaciebant, atque esse sibi auctorem[17] vociferabantur; sive ut raptus licentius exercerent, seu jussu.

Eo in tempore Nero, Antii[18] agens, non ante in urbem regressus est, quam domui ejus, qua palatium et Mecænatis hortos[19] continuaverat, ignis propinquaret. Neque tamen sisti potuit, quin et palatium, et domus, et cuncta circum haurirentur[20]. Sed solatium populo exturbato et profugo, campum Martis, ac monumenta Agrippæ[21], hortos quin etiam suos, patefecit : et subitaria ædificia[22] exstruxit, quæ multitudinem inopem acciperent : subvectaque utensilia[23] ab Ostia, et propinquis municipiis; pretiumque frumenti minutum, usque ad ternos nummos[24].

10 *Pars morans*. Voy. une phrase analogue dans la narration du *Voyage d'Alexandre à l'Océan*.

11 *Circumveniebantur*, sous-entendu *flammis*

12 *In proxima*, « dans le voisinage. »

13 *Longinqua*, « éloignés du théâtre de l'incendie. »

14 *In eodem casu*, « dans le même cas, » c'est-à-dire également envahis par les flammes.

15 *Diurni quoque victus*, pour *in diurnum quoque victum*, « d'autres ayant tout perdu jusqu'à n'avoir pas la nourriture du jour. »

16 *Defendere*, c'est-à-dire *arcere incendium*.

17 *Esse sibi auctorem*, « qu'ils y étaient autorisés. »

18 *Antii*, « Antium, » aujourd'hui *Porto d'Anzio*, ancienne capitale des Volsques, sur la mer Tyrrhénienne, au S.-O. de Rome. »

19 *Mæcenatis hortos*, « les jardins de Mécène » étaient dans le quartier des Esquilies. Le palais impérial avait été prolongé par Néron depuis le Palatin jusqu'aux Esquilies. Ainsi agrandi, il avait reçu le nom de *domus transitoria*. Ce fut sur ses ruines que s'éleva la fameuse *maison dorée*.

20 *Haurirentur*, sous-entendu *incendio*.

21 *Monumenta Agrippæ*. Les monuments d'Agrippa, qui ornaient le Champ-de-Mars, étaient le Panthéon, de vastes Thermes derrière le Panthéon, et de spacieux portiques appelés *Septa Agrippiana*.

22 *Subitaria ædificia*, « des bâtiments improvisés, » des baraques.

23 *Utensilia*, « des meubles. »

24 *Minutum usque ad ternos nummos*. Le prix du blé, du *modius*, mesure qui répondait à 8 litres 671 millilitres, fut réduit à trois sesterces (75 c. environ). On voit d'après cela que le blé n'était pas donné gratuitement au peuple sous Néron, ou du moins que les distributions mensuelles, l'*annone*, ne suffisaient pas à la subsistance des indigents.

Quæ, quanquam popularia[25], in irritum cadebant, quia pervaserat rumor, ipso tempore flagrantis urbis, inisse eum domesticam scenam[26], et cecinisse trojanum excidium, præsentia mala vetustis cladibus assimulantem Sexto demum die[27], apud imas Esquilias, finis incendio factus, prorutis per immensum[28] ædificiis, ut continuæ[29] violentiæ campus, et velut vacuum cœlum occurreret. Necdum posito metu, redibat levius rursum grassatus ignis[30], patulis magis urbis locis[31], eoque strages hominum minor : delubra[32] deum, et porticus amœnitati dicatæ, latius procidere[33]. Plusque infamiæ id incendium habuit, quia prædiis Tigellini Æmilianis[34] proruperat. Videbaturque Nero condendæ urbis novæ, et cognomento suo appellandæ gloriam quærere. Quippe in regiones quatuordecim Roma dividitur : quarum quatuor integræ manebant, tres solo tenus dejectæ : septem reliquis pauca tectorum vestigia supererant, lacera et semiusta. Domuum, et insularum[35], et templorum, quæ amissa sunt, numerum inire haud promptum fuerit : sed vetustissima religione, quod Servius Tullius Lunæ[36], et Magna ara fanumque[37], quæ præsenti

25 *Quæ quanquam popularia*, « ces mesures, quoique prises en vue de la popularité. »

26 *Inisse domesticam scenam*, « qu'il était monté sur son théâtre domestique. »

27 *Sexto demum die*. Suivant Suétone, l'incendie dura six jours et sept nuits. D'un autre côté, une inscription antique en porte la durée à neuf jours; ces trois versions peuvent se concilier, d'après cette circonstance, ajoutée par Tacite, que le feu se ralluma.

28 *Prorutis per immensum*, « ayant été abattus dans un immense rayon, » pour couper le feu.

29 *Continuæ*, comme *continenti*, « qui agissait de proche en proche, qui gagnait successivement les lieux contigus. »

30 *Necdum posito metu*, etc. Les manuscrits sont très-altérés en cet endroit; nous donnons le texte de l'édition d'Oberlin, que M. Burnouf accepte plus qu'il ne l'approuve. Il traduit : « la terreur n'était pas encore dissipée quand l'incendie se ralluma, moins violent toutefois... »

31 *Patulis magis urbis locis*, « dans un quartier plus ouvert, » où les maisons étaient moins agglomérées.

32 *Delubra*, comme s'il y avait *et delubra*.

33 *Latius procidere*, « laissèrent une plus vaste ruine, » que l'incendie n'en avait laissé dans les quartiers antérieurement ravagés. M. Burnouf croit que Tacite a voulu opposer ici la perte des hommes et celle des édifices; nous pensons, au contraire, que Tacite oppose des ruines à d'autres ruines.

34 *Prædiis Tigellini Æmilianis*, la maison de Tigellin, située dans le quartier Émilien, qui n'était pas loin du pied de l'Esquilin. *Prædium* se dit aussi bien d'une maison de ville que d'une propriété rurale. Cette rue Émilienne était dans la septième région de Rome.

35 *Insularum*. On appelait *îles* des bâtiments qui servaient de demeure à plusieurs familles.

36 *Lunæ*. Le temple de la Lune était dans la quatrième région, au bas de l'Esquilin.

37 *Magna ara*, etc. Le grand autel d'Hercule était devant le grand Cirque, du côté du Forum Boarium.

Herculi Arcas Evander sacraverat, ædesque Statoris[38] Jovis, vota[39] Romulo, Numæque Regia, et delubrum Vestæ[40] cum Penatibus populi romani, exusta. Jam opes[41] tot victoriis quæsitæ, et[42] græcarum artium decora[43], exin monumenta ingeniorum[44] antiqua et incorrupta[45], quamvis in tanta resurgentis urbis pulchritudine, multa seniores meminerant, quæ reparari nequibant. Fuere qui annotarent quartodecimo Kalendas sextiles[46] principium incendii hujus ortum, quo et Senones captam urbem inflammaverint. Alii eo usque cura progressi sunt, ut totidem annos mensesque et dies inter utraque incendia numerent[47]. (Tac., *Ann.*, xv, c. 38-41.)

60.—PRISE DU CHATEAU DE MULUCHA.

Le château de Mulucha était situé dans l'Afrique septentrionale, à l'ouest. Il tirait son nom du fleuve Mulucha, qui sépare la Mauritanie Tingitane de la Mauritanie Césarienne. La prise de ce château eut lieu l'an 647 de Rome, 106 av. J.-C.

Haud longe a flumine Mulucha, quod Jugurthæ Bocchique regnum disjungebat, erat inter ceteram planitiem[1] mons saxeus, mediocri castello[2] satis patens, in immensum editus, uno perangusto aditu relicto; nam omnis[3] natura[4], velut opere atque consulto, præceps. Quem locum Marius, quod ibi regis thesauri erant, summa vi capere intendit. Sed ea

38 *Ædis Jovis Statoris.* Ce temple était au pied du Palatin, à l'O.

39 *Vota*, participe passé de *voveo.*

40 *Numæ Regia, delubrum Vestæ.* Le temple de Vesta était au bas du Palatin, du côté du Forum; tout proche s'élevait la maison de Numa, appelée *Regia.*

41 *Jam opes*, sous-entendu *exustæ sunt.*

42 *Et...* sous-entendu *exusta sunt.*

43 *Græcarum artium decora*, « les chefs-d'œuvre de la Grèce, » les statues et les tableaux des grands artistes, qui avaient été transportés à Rome depuis la prise de Corinthe par Mummius.

44 *Monumenta ingeniorum;* en particulier les monuments historiques, dont la perte est si regrettable en ce qui touche les premiers temps de Rome.

45 *Antiqua et incorrupta*, « fidèles et incorruptibles témoins du passé. »

46 *Quarto decimo kalendas Sextiles*, c.-à-d. le 19 juillet de l'an 817 de Rome, 64 de J.-C. Les Gaulois étaient entrés dans Rome 453 ans auparavant, jour pour jour.

47 *Totidem annos mensesque*, etc. Le calcul est vicieux, et il y a 89 ans à rabattre, du moins selon la chronologie vulgaire.

60.—1 *Inter ceteram planitiem*, « au milieu d'un pays qui, d'ailleurs, était plat. »

2 *Mediocri castello* est au datif se rapportant à *patens*, « assez spacieux pour qu'on y eût construit un petit fort. »

3 *Nam omnis*, sous-entendu *mons.*

4 *Natura* est à l'ablatif, par opposition à *opere atque consulto*; il était naturellement coupé tout droit, comme si on l'eût taillé de main d'homme.

res forte[5] quam consilio melius gesta. Nam castello virorum atque armorum satis magna vis frumenti, et fons aquæ; aggeribus turribusque[6], et aliis machinationibus locus importunus; iter castellanorum[7] angustum admodum, utrinque præcisum. Vineæ[8] cum ingenti periculo frustra agebantur: nam quum eæ paullum processerant, igni aut lapidibus corrumpebantur; milites neque pro opere[9] consistere, propter iniquitatem loci, neque inter vineas[10] sine periculo administrare[11]; optumus quisque cadere, aut sauciari; ceteris metus augeri. At Marius, multis diebus et laboribus consumtis, anxius trahere cum animo[12] suo omitteretne inceptum, quoniam frustra erat, an fortunam opperiretur, qua sæpe prospere usus fuerat. Quæ quum multos dies noctesque æstuans agitaret, forte quidam Ligus[13], ex cohortibus auxiliariis miles gregarius, castris aquatum egressus, haud procul ab latere castelli, quod advorsum præliantibus erat, animadvortit[14] inter saxa repentes cochleas: quarum quum unam atque alteram, dein plures peteret, studio legundi paullatim prope ad summum montis egressus est[15]; ubi postquam solitudinem intellexit[16], more humani ingenii, cupido ignara visundi animum vortit[17]. Et forte in eo loco grandis ilex coaluerat inter saxa, paullulum modo prona[18], dein flexa[19] atque aucta in altitudinem, quo cuncta gignentium natura fert[20]: cujus ramis modo, modo eminentibus saxis nisus, Ligus castelli planitiem

[5] *Forte*, de *fors*.

[6] *Aggeribus turribusque*. L'*agger* était une levée formée de terre, de bois, de claies et de pierres, qui était dirigée vers la place qu'on assiégeait. C'était sur cette levée qu'on établissait les tours d'attaque.

[7] *Iter castellanorum*, « l'étroite avenue du fort. »

[8] *Vineæ* « mantelets ». Voir, pour plus de détails, page 138, la narration de la *Prise de Sagonte*, note 4.

[9] *Pro opere*, comme *in opere*. *Consistere pro opere*, « se tenir sur ce talus pour travailler. »

[10] *Inter vineas*, « en dedans des mantelets » *Inter* dans le sens de *intra*.

[11] *Administrare*, c'est-à-dire *suo ministerio fungi*.

[12] *Trahere cum animo*, c'est-à-dire *animo agitare*.

[13] *Ligus*, « natif de la Ligurie, » c.-à-d. des montagnes de Gênes. Les paysans de cette contrée sont exces sivement agiles à escalader les montagnes.

[14] *Animadvortit*, pour *animadvertit*.

[15] *Egressus est*, « il parvint. »

[16] *Postquam solitudinem intellexit*. « remarquant qu'il n'y avait là personne, » ou, « qu'il n'était aperçu de personne. »

[17] *Animum vortit*, « il changea d'intention. » Au lieu de continuer sa chasse aux escargots, il se mit à observer les lieux.

[18] *Paullulum modo prona*, « se courbait tant soit peu vers le sol. » Le sol était en pente; l'arbre avait suivi d'abord l'inflexion du terrain.

[19] *Dein flexa*, « puis il s'était redressé. »

[20] *Quo cuncta*, etc. C'est une loi physique que tous les végétaux, même sur un plan incliné, s'élèvent dans une direction verticale.

perscribit[21], quod cuncti Numidæ intenti præliantibus aderant. Exploratis omnibus quæ mox usui fore ducebat, eadem regreditur, non temere ut adscenderat, sed tentans omnia et circumspiciens.

Itaque Marium propere adit, acta edocet, hortatur ab ea parte qua ipse descenderat, castellum tentet, pollicetur sese itineris periculique ducem. Marius cum Ligure, promissa ejus cognitum[22], ex præsentibus[23] misit; quorum uti cujusque ingenium erat, ita rem difficilem aut facilem renuntiavere. Consulis animus tamen paullulum arrectus : itaque ex copia tubicinum et cornicinum[24], quinque numero quam velocissumos delegit, et cum his præsidio qui forent quatuor centuriones; omnesque Liguri parere jubet, et ei negotio proxumum diem constituit. Sed ubi ex præcepto[25] tempus visum, paratis compositisque omnibus, ad locum pergit[26]. Ceterum illi qui centuriis præerant, prædocti ab duce[27], arma ornatumque mutaverant, capite atque pedibus nudis, uti prospectus nisusque per saxa facilius foret[28]; super terga gladii et scuta, verum ea numidica[29] ex coriis, ponderis gratia simul et offensa[30] quo levius streperent. Igitur prægrediens Ligus saxa, et si quæ vetustate[31] radices eminebant, laqueis vinciebat, quibus allevati milites facilius adscenderent : interdum timidos insolentia itineris[32] levare manu : ubi paullo asperior adscensus erat, singulos præ se inermes mittere, dein ipse cum illorum armis sequi : quæ dubia nisui videbantur, potissumus[33] tentare; ac sæpius eadem adscendens ac descendens, dein statim digrediens[34],

21 *Perscribit*, « il s'imprime dans l'esprit. »

22 *Cognitum* est au supin, régi par *misit*.

23 *Ex præsentibus*, sous-entendu *quosdam*, « quelques personnes qui se trouvèrent près de lui. »

24 *Tubicinum et cornicinum*. Les principaux instruments militaires de la légion étaient les trompettes (*tubicines*), et les cors (*cornicines*). La trompette sonnait l'appel et la retraite. Au camp le son de la trompette appelait les soldats seulement qui étaient en tour de marcher; mais quand le cor sonnait, c'était signe qu'il fallait lever le drapeau et que toute la troupe marchât.

25 *Ex præcepto*, sous-endu *Marii*.

26 *Pergit*, sous-entendu *Ligus*.

27 *Ab duce*, sous-entendu *Ligure*.

28 *Uti prospectus nisusque*, etc., « afin de pouvoir découvrir et grimper plus à l'aise. »

29 *Numidica*. Le bouclier à la Numide s'appelait dans la langue du pays *cetra*; il était petit, rond, fait de cuir d'éléphant, ou d'une espèce de buffle appelé *orix*, ou d'once, ou d'hippopotame.

30 *Offensa*, « s'ils recevaient un choc. »

31 *Vetustate*, c'est-à-dire *propter vetustatem*.

32 *Insolentia itineris*, pour *insolito itinere*.

33 *Potissumus*, sous-entendu *ipse præ aliis*.

34 *Dein statim digrediens*, « puis sautant brusquement de côté »

ceteris audaciam addere. Igitur, diu multumque fatigati, tandem in castellum perveniunt, desertum ab ea parte, quod omnes, sicut aliis diebus, advorsum hostes aderant.

Marius, ubi ex nuntiis quæ Ligus egerat cognovit, quanquam toto die intentos prælio Numidas habuerat[35], tum vero cohortatus milites, et ipse extra vineas egressus, testudine acta[36] succedere, et simul hostem tormentis, sagittariisque, et funditoribus eminus terrere. At Numidæ, sæpe antea vineis Romanorum subversis, item incensis, non castelli mœnibus sese tutabantur; sed pro muro dies noctesque agitare, maledicere Romanis, ac Mario vecordiam objectare, militibus nostris Jugurthæ servitium[37] minari, secundis rebus feroces esse. Interim Romanis omnibus hostibusque prælio intentis, magna utrinque vi, pro gloria, atque imperio[38] his, illis pro salute certantibus, repente a tergo signa canere: ac primo mulieres et pueri, qui visum processerant[39], fugere, deinde, uti quisque muro proxumus erat, postremo cuncti, armati inermesque. Quod ubi accidit, eo acrius Romani instare, fundere, ac plerosque tantummodo sauciare, dein super occisorum corpora vadere, avidi gloriæ certantes murum petere; neque quemquam omnium præda morari[40]. Sic, forte[41] correcta[42] Marii temeritas gloriam ex culpa invenit[43]. (SALL., *Jug.*, c. 92-94.)

[35] *Quanquam toto die*, etc., «quoiqu'il eût tenu toute la journée les Numides en échec,» et que les soldats fussent par conséquent fatigués.

[36] *Testudine acta*. La *tortue* était faite par les soldats armés du bouclier long (*scutum*), placés sur plusieurs rangs; chaque rang se tenait un peu baissé derrière celui qui le précédait, de sorte que les derniers étaient à genoux, ou même courbés jusqu'à terre. Tous couvraient leurs têtes de leurs boucliers rangés en recouvrement les uns des autres, précisément comme les tuiles d'un toit. La troupe se trouvait de la sorte à couvert de toutes parts. L'assemblage de la *tortue* était si serré et si bien fait que les poids les plus lourds ne venaient pas à bout de la rompre. D'autres hommes montaient sur ce toit pour escalader la muraille.

[37] *Jugurthæ servitium*, pour *servitium apud Jugurtham*.

[38] *Imperio*, « la souveraineté, la suprématie. »

[39] *Qui visum processerant*, « qui étaient sortis de la place pour voir le combat. »

[40] *Neque quemquam*, etc. Construisez : *neque præda morari quemquam omnium*.

[41] *Forte*, pour *fortuito casu*.

[42] *Correcta*, c'est-à-dire *in feliciorem exitum conversa*.

[43] *Gloriam ex culpa invenit*, « accrut sa gloire par le même endroit qui l'aurait dû ternir. » (DE BROSSES.)

61.—SIÉGE ET PRISE DE TYR.

Des deux villes qui portaient le nom de Tyr, la plus récente (celle dont la prise fait le sujet de cette narration) était arrivée à un haut degré de splendeur. On la nommait *la reine des mers*. Son commerce s'étendait jusqu'à l'Atlantique. Elle tomba au pouvoir d'Alexandre, l'an 332 av. J.-C.

Jam tota Syria[1], jam Phœnice[2] quoque, excepta Tyro[3], Macedonum erant; habebatque rex castra in continenti, a quo urbem angustum fretum dirimit. Tyrus, et claritate et magnitudine ante omnes urbes Syriæ Phœnicesque memorabilis, facilius societatem Alexandri acceptura videbatur quam imperium. Coronam igitur auream legati donum afferebant; commeatusque large et hospitaliter ex oppido adduxerant. Ille dona, ut ab amicis, accipi jussit; benigneque legatos allocutus, Herculi, quem præcipue Tyrii colerent, sacrificare velle se dixit: Macedonum reges credere ab illo deo ipsos genus ducere; se vero ut id faceret etiam oraculo monitum. Legati respondent, esse templum Herculis[4] extra urbem, in eam sedem quam Palætyron ipsi vocant; ibi regem deo sacrum rite facturum. Non tenuit iram Alexander, cujus alioquin[5] potens non erat. Itaque : « Vos quidem, inquit, fiducia loci, quod insulam incolitis, « pedestrem hunc exercitum spernitis : sed brevi ostendam « in continenti vos esse. Proinde sciatis licet, aut intraturum me urbem aut oppugnaturum. » Cum hoc responso dimissos monere amici cœperunt[6], ut regem, quem Syria, quem Phœnice recepisset, ipsi quoque urbem intrare paterentur. At illi loco satis fisi, obsidionem ferre decreverant.

Namque urbem a continenti quattuor stadiorum fretum dividit, Africo[7] maxime objectum, crebros ex alto fluctus in littus evolvens; nec accipiendo operi[8], quo Macedones continenti insulam jungere parabant, quidquam magis quam ille

61.—1 *Syria*, « la Syrie, » région de l'Asie, entre l'Euphrate à l'E., la Méditerranée à l'O., l'Asie-Mineure au N., et l'Arabie au S.

2 *Phœnice*, « la Phénicie, » petite région de la Syrie, resserrée entre l'Anti-Liban et la mer.

3 *Tyro*, « Tyr, » aujourd'hui Sour, nom commun à deux villes de Phénicie, l'une sur la côte, l'autre dans une île voisine; la première (*Palætyros*) était à trente stades de la seconde, en tirant vers le midi.

4 *Herculis*, l'Hercule phénicien. *Harokel*, en punique, signifie « marchand. »

5 *Alioquin*, dans le sens de *et in aliis rebus*. Notez ce mot *alioquin* rare au siècle de Cicéron, plus fréquent chez les écrivains de la décadence.

6 *Cœperunt*, sous-entendu *amici regii*.

7 *Africo*, le vent du S.-O.; c'est le même que le Λίψ des Grecs.

8 *Operi*, « une digue. »

ventus obstabat. Quippe vix leni et tranquillo mari moles agi possunt; Africus vero prima quæque congesta, pulsu illiso mari, subruit; nec ulla tam firma moles est, quam non exedant undæ et per nexus operum[9] manantes, et ubi acrior flatus exsistit, summi operis fastigio superfusæ. Præter hanc difficultatem haud minor alia erat : muros turresque urbis præaltum[10] mare ambiebat. Non tormenta[11], nisi e navibus procul excussa, emitti, non scalæ mœnibus applicari poterant : præceps in salum murus[12] pedestre[13] interceperat iter : naves nec habebat rex, et, si admovisset, pendentes[14] et instabiles missilibus arceri poterant.

Inter quæ haud parva dictu res Tyriorum fiduciam accendit. Carthaginiensium legati ad celebrandum anniversarium sacrum[15] more patrio tunc venerunt : quippe Carthaginem Tyrii condiderunt, semper parentum loco culti. Hortari ergo Pœni cœperunt, ut obsidionem forti animo paterentur; brevi[16] Carthagine auxilia ventura : namque ea tempestate magna ex parte punicis classibus maria obsidebantur.

Igitur bello decreto, per muros turresque tormenta disponunt; arma junioribus dividunt; opificesque, quorum copia urbs abundabat, in officinas distribuunt : omnia belli apparatu strepunt. Ferreæ quoque manus (*harpagonas*[17] vocant) quas operibus hostium injicerent, corvique[18], et alia tuendis urbibus excogitata, præparabantur. Sed quum

9 *Per nexus operum*, « par les jointures des pièces de charpente, » ou les interstices des ouvrages de maçonnerie.

10 *Præaltum*. Il faut peut-être lire *præaltos*, car si la mer eût été « très-profonde » au pied des murs et des tours, Quinte-Curce n'ajouterait pas *nisi e navibus procul*. Mais nous n'avons pas osé changer le texte, d'autant qu'on retrouve plus loin *præaltum mare*, et qu'on peut l'expliquer à la rigueur par une hyperbole oratoire.

11 *Tormenta*, pour *tela*, « les machines, » pour « les traits » que lancent les machines, par métonymie.

12 *Præceps in salum murus*, « le mur qui tombait à pic dans la mer. »

13 *Pedestre*, pour *peditibus*.

14 *Pendentes*, pour *suspensæ fluctibus*. On conçoit que des navires qui sont agités, ou, comme disent les marins, qui *dansent* sur une mer houleuse (*salum*) ne puissent résister à l'action des projectiles. La difficulté de la manœuvre les expose à recevoir en flanc des décharges meurtrières, à être désemparés.

15 *Anniversarium sacrum;* sans doute la fête de l'Hercule tyrien, à qui les peuples de ces contrées offraient la dîme de leurs récoltes (Voy. Justin, XVIII, 17; Diod. XX, 14).

16 *Brevi* est adverbe.

17 *Harpagonas*, du grec *ἁρπάζω*, « accrocher; » c'était le nom que les soldats donnaient aux *asseres* ou *manus ferreæ* (Voy. Tite-Live XXX, 10; César, *de Bell. civ.*, I, 57). On s'en servait soit pour saisir et attirer les navires, soit pour les enlever et les submerger.

18 *Corvi*, espèces de perches terminées par un croc, destinées à harponner les navires.

fornacibus ferrum quod excudi oportebat impositum esset, admotisque follibus ignem flatu accenderent, sanguinis rivi [19] sub ipsis flammis exstitisse dicuntur; idque omen in Macedonum metum verterunt [20] Tyrii. Apud Macedonas quoque, quum forte panem quidam militum frangeret, manantis sanguinis guttas notaverunt : territoque rege, Aristander, peritissimus vatum, respondit, si extrinsecus cruor fluxisset, Macedonibus id triste futurum; contra, quum ab interiore parte manaverit, urbi quam obsidere destinassent exitium portendere. Alexander, quum et classem procul haberet, et longam obsidionem magno sibi ad cetera [21] impedimento videret fore; caduceatores, qui ad pacem eos compellerent, misit : quos Tyrii contra jus gentium occisos præcipitaverunt in altum. Atque ille, suorum tam indigna nece commotus, urbem obsidere statuit. Sed ante jacienda moles erat, quæ urbem continenti committeret : ingens ergo animos militum desperatio incessit, cernentium profundum mare, quod vix divina ope posset impleri; quæ saxa tam vasta, quas tam proceras arbores posse reperiri? exhauriendas esse regiones, ut illud spatium aggeraretur [22]; et exæstuare semper fretum, quoque arctius volutetur inter insulam et continentem, hoc acrius [23] furere. At ille, haudquaquam rudis tractandi militares animos, speciem sibi Herculis in somno oblatam esse pronunciat, dextram porrigentis; illo duce, illo aperiente, in urbem intrare se visum : inter hæc, caduceatores interfectos, gentium jura violata, referebat; unam esse urbem quæ cursum victoris morari ausa esset. Ducibus deinde negotium datur, ut suos quisque castiget [24] : satisque omnibus stimulatis, opus orsus est [25].

Magna vis saxorum ad manum [26] erat, Tyro vetere præbente : materies ex Libano [27] monte ratibus et turribus

[19] *Sanguinis rivi*. Ces « ruisseaux de sang, » dont Quinte-Curce parle seul, font plus d'honneur à son imagination qu'à son jugement; il en est de même de la légende du *pain sanglant*.

[20] *In Macedonum metum verterunt*, « ils tournèrent ce présage contre les Macédoniens, » ils l'expliquèrent comme redoutable pour eux.

[21] *Ad cetera*, « pour la suite de ses opérations. » Il avait encore à s'emparer de la Palestine et de l'Egypte.

[22] *Ut illud spatium aggeraretur*. « pour que cette étendue de mer fût comblée et convertie en une digue, (*agger*).

[23] *Quoque arctius... hoc acrius*. Heureuse allitération.

[24] *Castiget*, c'est-à-dire *verbis increpet*.

[25] *Opus orsus est*. Polybe rapporte (IV) que, pour donner l'exemple, il porta le premier une corbeille remplie de terre.

[26] *Ad manum*, pour *in promptu*, *præsto erat*.

[27] *Ex Libano*. Il s'agit ici de l'Anti-

faciendis vehebatur. Jamque a fundo maris in altitudinem montis opus excreverat, nondum tamen aquæ fastigium æquabatur; et quo longius moles agebatur a littore, hoc magis quidquid ingerebatur, præaltum absorbebat mare[28], quum Tyrii, parvis navigiis admotis, per ludibrium exprobrabant, illos, armis inclytos, dorso sicut jumenta onera gestare; interrogabant etiam, « num major Neptuno esset Alexander. » Hæc ipsa insectatio[29] alacritatem militum accendit. Jamque paululum moles aquam eminebat, et simul aggeris latitudo crescebat urbique admovebatur, quum Tyrii magnitudine molis, cujus incrementum eos ante fefellerat, conspecta, levibus navigiis nondum commissum[30] opus circumire cœperunt, missilibus eos quoque qui pro opere stabant[31] incessere : multis ergo impune vulneratis, quum et removere et appellere[32] scaphas in expedito esset, ad curam semetipsos tuendi ab opere[33] converterant. Igitur rex munientibus coria velaque[34] jussit obtendi, ut extra teli ictum essent, duasque turres ex capite molis exerit, e quibus in subeuntes scaphas tela ingeri possent. Contra Tyrii navigia procul a conspectu hostium littori appellunt, expositisque militibus, eos qui saxa gestabant obtruncant. In Libano quoque Arabum agrestes[35] incompositos Macedonas aggressi, triginta fere interficiunt, paucioribus captis.

Ea res Alexandrum dividere copias coegit; et ne segniter assidere uni urbi videretur[36], operi Perdiccam Craterumque præfecit, ipse cum expedita manu Arabiam petiit. Inter hæc Tyrii navem magnitudine eximia, saxis arenaque a puppi oneratam, ita ut multum prora emineret, bitumine ac sulphure illitam, remis concitaverunt; et quum magnam vim venti vela quoque concepissent, celeriter ad molem successit : tunc prora ejus accensa, remiges

Liban, qui est bien plus rapproché de Tyr.

28 *Præaltum... mare*, ici comme plus haut, est évidemment hyperbolique.

29 *Hæc ipsa insectatio*, « ces insultes mêmes dont ils les harcelaient. »

30 *Nondum commissum*, sous-entendu *cum urbe*.

31 *Qui pro opere stabant*, « qui étaient préposés à la défense de la digue. »

32 *Removere et appellere*, gouverner les barques de manière à s'éloigner ou à s'approcher de la digue.

33 *Ab opere*, sous-entendu *custodiendo*, *protegendo*.

34 *Coria velaque*, « des peaux et des toiles à voile. »

35 *Arabum agrestes*. Sans doute par opposition aux Arabes errants qui habitent les déserts de sable.

36 *Segniter assidere uni urbi*, etc., « s'amuser au siége d'une seule ville. »

desiliere in scaphas, quæ ad hoc ipsum[37] præparatæ sequebantur. Navis autem, igne concepto, latius fundere incendium cœpit, quod, priusquam posset occurri[38], turres et cetera opera in capite molis posita comprehendit. At qui desilierant in parva navigia, faces et quidquid alendo igni aptum erat, in eadem opera ingerunt. Jamque non modo Macedonum turres, sed etiam summa tabulata[39] conceperant ignem, quum ii qui in turribus erant, partim haurirentur incendio, partim, armis omissis, in mare semetipsi immiterent. At Tyrii, qui capere eos quam interficere mallent, natantium manus stipitibus saxisque lacerabant, donec debilitati impune[40] navigiis excipi possent. Nec incendio solum opera consumpta; sed forte eodem die vehementior ventus motum ex profundo mare illisit in molem, crebrisque fluctibus compages operis[41] verberatæ [se] laxavere, saxaque interluens[42] unda medium opus rupit. Prorutis igitur lapidum cumulis[43], quibus injecta terra sustinebatur, præceps in profundum ruit, tantæque molis vix ulla vestigia invenit Arabia rediens[44] Alexander.

Hic (quod in adversis rebus solet fieri) alius in alium culpam referebant, quum omnes verius de sævitia maris queri possent. Rex novi operis molem orsus, in adversum ventum, non latere, sed recta fronte direxit : ea cetera opera[45], velut sub ipsa latentia, tuebatur. Latitudinem quoque aggeri adjecit[46], ut turres in medio excitatæ procul

37 *Ad hoc ipsum*, c'est-à-dire *ad remiges recipiendos*.

38 *Priusquam posset occurri*, « avant qu'on pût s'y opposer, » le prévenir.

39 *Summa tabulata*. Il ne peut pas être question des étages supérieurs des tours, quoique *tabulata* ait souvent ce sens. Quinte-Curce ne distinguerait pas entre les tours et les étages des tours. Nous croyons avec Snakenburg, qu'il s'agit ici d'ouvrages de charpente, de planches formant pont, analogues aux *fori* des vaisseaux, qui faisaient communiquer les deux tours entre elles, par devant ou par en haut.

40 *Impune* se rapporte à *excipi*.

41 *Compages operis*. Il faut entendre par là « le revêtement extérieur de l'ouvrage, » les pieux. les poutres destinées à défendre les flancs de la digue.

42 *Saxaque interluens*, « et pénétrant dans les interstices des pierres. »

43 *Lapidum cumulis*, « le parement en grosses pierres de taille, » dont l'ouvrage était revêtu, le massif de maçonnerie.

44 *Rediens*. Alexandre était resté onze jours dans son expédition contre les Arabes, au témoignage d'Arrien.

45 *Ea*, c'est-à-dire *moles, frons molis*. — *Cetera opera*, « le reste de la construction, » par opposition à la tête de la digue.

46 *Latitudinem... adjecit*, etc. Cette phrase un peu équivoque donne à supposer que la première digue était plus large dans sa partie antérieure que dans le reste de son développement. En augmentant la largeur de la levée sur toute son étendue, on put arriver à établir des tours au milieu, tandis qu'auparavant il n'avait été possible de les élever qu'à la tête de la digue, *ex capite molis*.

teli jactu abessent. Totas autem arbores cum ingentibus ramis in altum jaciebant, deinde saxis onerabant, rursusque cumulo eorum[47] alias arbores injiciebant. Tum humus aggerebatur, superque alia strue saxorum arborumque cumulata[48], velut quodam nexu[49] continens[50] opus junxerant.

Nec Tyrii, quidquid ad impediendam molem excogitari poterat, segniter exsequebantur[51]. Præcipuum auxilium erat qui procul hostium conspectu subibant aquam[52], occultoque lapsu[53] ad molem usque penetrabant; falcibus[54] palmites arborum eminentium[55] ad se trahentes : quæ ubi secutæ erant[56], pleraque secum in profundum dabant : tum levatos onere[57] stipites truncosque arborum haud ægre moliebantur; deinde totum opus, quod stipitibus[58] fuerat innixum, fundamento lapso, sequebatur. Ægro animi Alexandro, et utrum perseveraret an abiret satis incerto, classis Cypro[59] advenit, eodemque tempore Cleander[60], cum græcis militibus in Asiam nuper advectus. Centum et nonaginta[61] navium classem in duo dividit cornua; lævum Pythagoras, rex Cypriorum, cum Cratero tuebatur; Alexandrum in dextro quinqueremis regia vehebat. Nec Tyrii,

47 *Cumulo eorum*, c'est-à-dire *saxorum*, « sur ces rochers amoncelés, » formant pile.

48 *Superque alia strue saxorum* etc., « on élevait par-dessus une autre pile de rochers et d'arbres entassés en monceau.»

49 *Velut quodam nexu*, « comme par une sorte d'assemblage, » d'encastrement.

50 *Continens*, pour *continuatum; Junxerant opus, ita ut continens fieret*. Ces amas de matériaux superposés, enchevêtrés, comme soudés les uns aux autres, avaient fini par former une masse compacte, un tout indissoluble.

51 *Exsequebantur*, « poussaient activement. »

52 *Qui subibant aquam*, « qui plongeaient. » *Urinatores*, ὕφαλοι κολυμβῆται.

53 *Occulto lapsu*, « se laissant couler au fond de l'eau , sans attirer l'attention. »

54 *Falcibus*. « des perches à crochet. »

55 *Palmites arborum eminentium*, « les branches d'arbres qui faisaient saillie, » non au-dessus de l'eau, mais sous l'eau ; proéminents par rapport aux autres matériaux entassés. *Palmites* est rare dans ce sens.

56 *Quæ ubi secutæ erant*, « quand elles avaient cédé à l'action de ces *falces*. »

57 *Onere*, pour *saxis onerantibus*. Voy. plus haut.

58 *Stipitibus*, c'est-à-dire *arboribus injectis* (sous-entendu); la première assise formée de grands arbres.

59 *Cypro*, « Chypre, » île de la Méditerranée, entre l'Asie mineure et la Syrie. Arrien rapporte (II, 20,) que les petits rois de l'île de Chypre vinrent se joindre à Alexandre avec 120 navires.

60 *Cleander*, « Cléandre amenait 4,000 Grecs mercenaires. Il ne faut pas croire qu'il débarquait avec les Cypriotes ; il avait sans doute passé l'Hellespont et arrivait par terre.

61 *Centum et nonaginta*. Pour compléter ce chiffre de 190, il faut joindre aux 120 vaisseaux de l'île de Chypre le contingent naval de la Phénicie, de Rhodes, etc. Le compte varie selon les historiens. Selon Arrien la flotte d'Alexandre monta à 224 bâtiments ; Plutarque ne la porte qu'à 200, chiffre rond ; Quinte-Curce, comme on le voit, la réduit à 190.

quanquam classem habebant, ausi navale inire certamen, tres omnino naves[62] ante ipsa mœnia[63] opposuerunt; quibus rex invectus tres demersit.

Postera die, classe ad mœnia admota, undique tormentis et maxime arietum pulsu muros quatit : quos Tyrii raptim obstructis[64] saxis refecerunt, interiorem quoque murum, ut, si prior fefellisset[65], illo se tuerentur, undique orsi. Sed undique vis mali urgebat : moles intra teli jactum erat : classis mœnia circumibat; terrestri[66] simul navalique clade obruebantur. Quippe binas quadriremes[67] Macedones inter se ita junxerant, ut proræ cohærerent, puppes intervallo, quantum capere poterant[68], distarent; hoc puppium intervallum antennis asseribusque validis deligatis, superque eos pontibus stratis qui militem sustinerent, impleverant : sic instructas quadriremes ad urbem agebant; inde missilia in propugnantes ingerebantur tuto, quia proris miles tegebatur[69]. Media nox erat, quum classem, sicuti dictum est, paratam, circumire muros jubet : jamque naves urbe undique admovebantur, et Tyrii desperatione torpebant[70], quum subito spissæ nubes intendere se cœlo[71], et quidquid lucis internitebat, effusa caligine exstinctum est. Tum inhorrescens mare paullatim levari, deinde acriori vento concitatum fluctus ciere, et inter se navigia collidere. Jamque scindi cœperunt vincula quibus connexæ quadriremes erant, ruere tabulata[72], et cum ingenti fragore in profundum secum milites trahere. Neque enim conserta navigia ulla ope in turbido[73] regi poterant. Miles

[62] *Tres omnino naves*, « trois navires en tout. »

[63] *Ante ipsa mœnia*, c'est-à-dire dans la rade; le reste de la flotte tyrienne se tenait dans l'avant-port, dans le goulet.

[64] *Obstructis*, pour *structis ob*, *propter*.

[65] *Fefellisset*, « venait à manquer. » *Fallo* comme σφάλλω.

[66] *Terrestri*, « du côté de la terre, » c.-à-d. de la digue.

[67] *Binas quadriremes*, « des quadrirèmes deux à deux. »

[68] *Quantum capere poterant*, « aussi grand qu'on avait pu le ménager. » Les vaisseaux ainsi liés par la proue formaient le triangle.

[69] *Tuto, quia proris*, etc. On ne comprend guère comment les soldats pouvaient combattre en sûreté à l'abri des proues. Doit-on adopter l'explication d'un commentateur, qui prétend que le poids des hommes entassés sur l'arrière des bâtiments soulevait la partie antérieure, et que de la sorte la proue, dominant de beaucoup la poupe, protégeait les combattants ?

[70] *Torpebant*, c'est-à-dire *ratione et sensu carebant*.

[71] *Quum subito*, etc. Cette tempête, dont Quinte-Curce parle seul, a bien l'air d'un ornement poétique. Tout est poétique dans cette description, les choses, les mots et même les nombres; c'est un exemple à éviter de l'abus de l'amplification.

[72] *Tabulata*, « les planchers formant pont, » les *fori*. *Vide suprà*, page 130, note 39.

[73] *In turbido*, sous-entendu *in caligine*.

ministeria nautarum, remex militis officia turbabat, et quod in hujusmodi casu accidit, periti ignaris parebant; quippe gubernatores, alias imperare soliti, tum metu mortis jussa exsequebantur. Tandem remis pertinacius everberatum mare veluti eripientibus navigia classicis cessit[74], appulsaque sunt littori, lacera[75] pleraque.

Iisdem forte diebus Carthaginiensium legati triginta superveniunt, magis obsessis solatium, quam auxilium: quippe domestico bello Pœnos impediri, nec de imperio, sed pro salute dimicare[76] nuntiabant. Syracusani[77] tum Africam urebant; et haud procul Carthaginis muris locaverant castra. Non tamen defecere animis Tyrii, quanquam ab ingenti spe destituti erant; sed conjuges liberosque devehendos Carthaginem tradiderunt; fortius quidquid accideret laturi, si carissimam sui partem extra sortem communis periculi habuissent. Quumque unus e civibus in concione indicasset, oblatam esse per somnum sibi speciem Apollinis[78]; quem eximia religione colerent, urbem deserentis, molemque a Macedonibus in salo jactam, in silvestrem saltum esse mutatam: quanquam auctor levis erat[79], tamen ad deteriora credenda[80] proni metu, aurea catena devinxere simulacrum, aræque Herculis, cujus numini urbem dicaverant, inseruere vinculum, quasi illo deo Apollinem retenturo. Syracusis id simulacrum[81] devexerant Pœni, et in majore locaverant patria[82]; multisque aliis spoliis urbium, a semet captarum, non Carthaginem magis quam Tyrum ornaverant. Sacrum quoque, quod quidem diis minime cordi esse crediderim, multis sæculis intermissum, repetendi auctores[83] quidam erant, ut ingenuus puer Saturno[84]

74 *Veluti eripientibus*, etc. Construisez: *cessit navigia classicis veluti eripientibus*, m. à m.: « restitua les navires aux marins qui semblaient les lui arracher, » les arracher à sa fureur. *Classici* comprend non-seulement les troupes navales (*milites classiarii*), mais encore les matelots, les rameurs (la *chiourme*).

75 *Lacera*, pour *sed lacerata*.

76 *Dimicare*, sous-entendu *se*.

77 *Syracusani*. Anachronisme évident; la guerre d'Agathocle est postérieure à l'expédition d'Alexandre. Jamais les Syracusains ne campèrent aux portes de Carthage que sous Agathocle, et encore au témoignage d'un seul historien, de Justin.

78 *Apollinis*, sans doute Baal.

79 *Quanquam auctor levis erat*, « quoique l'autorité du garant fût mince. »

80 *Ad deteriora credenda*, « à croire ce qu'il y a de plus insignifiant. »

81 *Simulacrum*, sous-entendu *Apollinis*.

82 *In majore... patria*, dans la ville mère, « la métropole. »

83 *Repetendi auctores*. Construisez: *quidam auctores erant repetendi quod (illud) intermissum...*

84 *Saturno*, le Moloch des Phéniciens. Voltaire a rappelé le souvenir sanglant de ce dieu dans les vers suivants: — C'est lui qui dans Rabba, sur

immolaretur : quod sacrilegium verius quam sacrum Carthaginienses, a conditoribus traditum, usque ad excidium urbis suæ fecisse dicuntur; ac nisi seniores obstitissent, quorum consilio cuncta agebantur, humanitatem dira superstitio vicisset.

Ceterum, efficacior omni arte [imminens] necessitas[85], non usitata modo præsidia, sed quædam etiam nova admonuit[86]. Namque ad implicanda[87] navigia quæ muros subibant validis asseribus corvos et ferreas manus cum uncis ac falcibus illigaverant, ut, quum tormento asseres promovissent[88], subito laxatis funibus injicerent[89]; unci quoque et falces ex iisdem asseribus dependentes, aut propugnatores, aut ipsa navigia lacerabant. Clypeos vero æneos multo igne torrebant, quos, repletos fervida arena cœnoque decocto[90], e muris subito devolvebant. Nec ulla pestis magis timebatur; quippe ubi loricam corpusque[91] fervens arena penetraverat, nec ulla vi excuti poterat, et quidquid attigerat perurebat; jacientesque arma, laceratis omnibus quibus protegi poterant, vulneribus inulti patebant[92]; corvi vero et ferreæ manus tormentis emissæ plerosque rapiebant.

Hic rex fatigatus statuerat, soluta obsidione, Ægyptum petere, quippe quum Asiam ingenti celeritate percurrisset, circa muros unius urbis hærebat, tot maximarum rerum opportunitate dimissa. Ceterum tam discedere irritum, quam morari pudebat; famam quoque[93], qua plura quam

les bords de l'Arnon, — Guidait les descendants du malheureux Ammon, — Quand à Moloch, leur dieu, les mères gémissantes — Offraient de leurs enfants les entrailles fumantes. (LA HENRIADE, chant V.)

85 *Efficacior omni arte necessitas*, « la nécessité qui agit plus que tous les arts, » qui trouve des moyens supérieurs aux procédés ordinaires de l'industrie.

86 *Admonuit*. D'autres éditions portent *admovit*.

87 *Ad implicanda*, c'est-à-dire *ad prehendenda*.

88 *Quum tormento asseres, promovissent*, « quand, à l'aide de machines, ils avaient poussé ces madriers, » (hors des murailles).

89 *Injicerent*, « il les laissaient retomber, » s'abattre. (sur les vaisseaux ennemis).

90 *Cœno decocto*. Il s'agit sans doute de la *γῆ σιδηρῖτις* (minerai, limaille de fer) dont parle Diodore (liv. I).

91 *Corpusque*. Des éditions ont proposé de lire *corpus usque*; d'autres *loricam inter corpusque*. Pourquoi ne pas admettre que ce sable brûlant pouvait pénétrer, non-seulement jusqu'à la chair, mais dans la chair même? Cela est confirmé par ce qui suit : *nec ulla vi excuti poterat... perurebat*.

92 *Vulneribus inulti patebant*. Comparez dans la narration du *Siége de Sagonte* (page 140, note 23), ce qui est relatif à la Falarique : « *arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat.* »

93 *Famam quoque, qua plura quam... ratus*, etc., « il pensait que la renommée aurait moins de poids, » que le prestige de son nom baisserait dans l'opinion.

armis everterat, ratus leviorem fore, si Tyrum, quasi testem se posse vinci, reliquisset. Igitur ne quid inexpertum omitteret plures naves admoveri jubet, delectosque militum imponi. Et forte bellua[94] inusitatæ magnitudinis super ipsos fluctus dorso[95] eminens, ad molem, quam Macedones jecerant, ingens corpus[96] applicuit; diverberatisque fluctibus allevans semet, utrimque conspecta est : deinde a capite molis rursus alto se immersit; ac modo super undas eminens magna sui parte, modo superfusis fluctibus condita, haud procul munimentis urbis emersit. Utrisque lætus fuit belluæ aspectus : Macedones iter jaciendo operi monstrasse eam augurabantur; Tyri Neptunum, occupati maris vindicem[97], abripuisse belluam[98], ac molem brevi profecto ruituram : lætique omine eo, ad epulas dilapsi, oneravere se vino : quo graves orto sole navigia conscendunt redimita floribus coronisque : adeo victoriæ non omen modo, sed etiam gratulationem præceperant[99].

Forte rex classem in diversam partem[100] agi jusserat, triginta minoribus navigiis relictis in littore : e quibus Tyrii duobus captis, cetera ingenti terruerunt metu; donec suorum clamore audito, Alexander classem littori, a quo fremitus acciderat, admovit[101]. Prima e Macedonum navibus quinqueremis, velocitate inter ceteras eminens, occurrit : quam ut conspexere Tyriæ, duæ e diverso[102] in latera ejus invectæ sunt, in quarum alteram quinqueremis eadem concitata, et ipsa rostro[103] icta est, et illam invicem tenuit.

94 *Bellua,* « une baleine. »

95 *Dorso,* comme *dorso tenus.*

96 *Corpus applicuit*, « vint s'échouer »

97 *Occupati maris vindicem,* « vengeur de ses domaines envahis, profanés. »

98 *Neptunum...abripuisse belluam,* « que Neptune avait fait disparaître le monstre, » l'avait soustrait aux regards, se rapportant à *se immersit* qui précède. Dans l'opinion des Tyriens, le plongeon que la baleine avait fait à la tête de la digue, comme si Neptune l'eût retirée à lui, était le présage de la disparition de la digue elle-même. Snakenburg lit *adhibuisse.*

99 *Gratulationem præceperant,* « ils avaient anticipé la fête d'actions de grâces. » Gratulatio, *supplicatio cum lætitia publica.*

100 *In diversam partem.* Alexandre avait fait deux divisions de sa flotte, comme nous l'apprenons d'Arrien. La première, formée du contingent de Chypre, bloquait celui des deux ports de Tyr qui regardait Sidon; l'autre tenait en échec le port situé dans la direction de l'Egypte. Cette seconde division avait été envoyée *in diversam partem*, par opposition à la première, qui mouillait *in littore*, en face du port qui regardait Sidon. Fénelon (*Telem.*, III) ne parle que de *deux grands môles*; mais Tyr avait positivement deux ports.

101 *Classem littori admovit,* « rappela la seconde division au secours de la première. »

102 *E diverso,* « de deux points différents. »

103 *Rostro,* « l'éperon de fer ou d'airain dont la proue était armée.

Jamque ea quæ non cohærebat, libero impetu evecta, in aliud quinqueremis latus invehebatur, quum opportunitate mira triremis e classe Alexandri in eam ipsam, quæ quinqueremi imminebat, tanta vi impulsa est, ut Tyrius gubernator in mare excuteretur e puppi. Plures deinde Macedonum naves superveniunt, et rex quoque aderat; quum Tyrii inhibentes remis[104], ægre evellere navem quæ hærebat, portumque omnia simul navigia repetunt. Confestim rex insequutus, portum quidem intrare non potuit, quum procul e muris missilibus submoveretur, naves autem omnes fere aut demersit aut cepit.

Biduo deinde ad quietem dato militibus, jussisque et classem et machinas pariter admovere, ut utrimque territis instaret; ipse in altissimam turrem ascendit, ingenti animo, periculo majore : quippe regio insigni et armis fulgentibus conspicuus, unus præcipue telis petebatur. Et digna prorsus spectaculo edidit[105] : multos e muris propugnantes hasta transfixit; quosdam etiam, cominus gladio clypeoque impulsos, præcipitavit : quippe turris ex qua dimicabat muris hostium propemodum cohærebat. Jamque crebris arietibus saxorum compage laxata, munimenta defecerant, et classis intraverat portum, et quidam Macedonum in turres hostium desertas[106] evaserant : quum Tyrii, tot simul malis victi, alii supplices in templa confugiunt; alii foribus ædium obseratis occupant liberum mortis arbitrium[107]; nonnulli ruunt in hostem; haud inulti tamen perituri; magna pars summa tectorum obtinebat, saxa et quidquid manibus sors dederat ingerentes subeuntibus. Alexander, exceptis qui in templa confugerant, omnes interfici, ignemque tectis injici jubet. His per præ-

104 *Inhibentes remis*, « ramant en sens contraire. » Quand on ramait d'après le procédé ordinaire, le navire marchait la proue en avant; c'est ainsi que le bâtiment tyrien s'était porté sur la quinquerème macédonienne; mais si l'on voulait exécuter un mouvement en arrière, comme lorsqu'il s'agissait de dégager un navire accroché par un navire ennemi, on ramait non plus dans la direction de la proue, mais dans le sens de la poupe.

105 *Digna spectaculo edidit*, mot à mot : « il fit des choses dignes du spectacle qu'il donnait; » il attirait les yeux et il enleva l'admiration.

106 *Desertas*, « abandonnées, » par leurs défenseurs.

107 *Occupant liberum mortis arbitrium*, mot à mot : « se saisissent d'un libre choix de mort; » font leurs dispositions pour se donner librement une mort de leur choix; courent au-devant de la mort par l'héroïsme de la volonté. Croirait-on que ces expressions sublimes ont inspiré à un certain versificateur qui s'est donné la tâche de paraphraser Quinte Curce, les belles antithèses que voici :—Elegere mori : mortis genus illud honestum,—Et labi sine labe fuit, non cedere cædi,—Cædereque et cædi, dum non cæduntur inulti.

cones pronuntiatis, nemo tamen armatus opem a diis petere sustinuit[108]: pueri virginesque templa compleverant; viri in vestibulo suarum quisque ædium stabant, parata sævientibus[109] turba. Multis tamen saluti fuere Sidonii, qui intra Macedonum præsidia[110] erant: hi urbem quidem inter victores intraverant; sed cognationis cum Tyriis memores (quippe utramque urbem[111] Agenorem condidisse credebant) multos Tyriorum, etiam protegentes, ad sua perduxere navigia; quibus occultatis, Sidona devecti sunt. Quindecim millia hoc furto subducta sævitiæ sunt; quantumque sanguinis fusum sit vel ex hoc existimari potest, quod intra munimenta urbis sex millia armatorum trucidata sunt. Triste deinde spectaculum victoribus ira præbuit regis: duo millia, in quibus occidendis defecerat rabies[112], crucibus affixi per ingens littoris spatium pependerunt. Carthaginiensium legatis pepercit, addita denuntiatione belli, quod præsentium rerum necessitas moraretur.

Tyrus septimo mense, quam oppugnari cœpta erat, capta est: urbs et vetustate originis et crebra fortunæ varietate ad memoriam posteritatis insignis. Condita ab Agenore, diu mare, non vicinum modo, sed quodcumque classes ejus adierunt, ditionis suæ fecit[113]; et si famæ libet credere, hæc gens litteras prima aut docuit aut didicit.[114] Coloniæ certe ejus pæne orbe toto diffusæ sunt; Carthago

108 *Nemo... sustinuit*, « nul ne put prendre sur soi. »

109 *Parata sævientibus*, « à la merci d'un vainqueur furieux. »

110 *Intra Macedonum præsidia*, « dans les rangs des Macédoniens. » cette même forme se retrouve dans la narration du *Siége de Syracuse*. (Voyez page 157, note 132.)

111 *Utramque urbem*. Il ne peut être question, en tout cas, que de *Palætyros* et non de Tyr; mais Palætyros même était une ville beaucoup moins ancienne que Sidon, et n'avait pu, par conséquent, avoir le même fondateur.

112 *In quibus occidendis*, etc., « que la furie du soldat avait épargnés par lassitude

113 *Ditionis suæ fecit*. « Cette « grande ville (Tyr) semble nager au-« dessus des eaux, et être la reine de « toute la mer.... Les Phéniciens « font le commerce de tous les peu-« ples jusqu'au détroit de Gadès; et « ils ont même pénétré dans le vaste « océan qui environne toute la terre. « Ils ont fait aussi de longues navi-« gations sur la mer Rouge; et c'est « par ce chemin qu'ils vont chercher, « dans des îles inconnues, de l'or, « des parfums, et divers animaux « qu'on ne voit point ailleurs. » (FÉNELON, *Télémaque*, liv. III, pages 48-49 de l'édit. annotée de MM. Dezobry et E. Magdeleine.)

114 *Litteras aut docuit aut didicit*. Cette phrase, un peu trop fine, signifie selon nous: « ou elle *enseigna* la première les caractères alphabétiques, » c'est-à-dire elle ne fit que les *propager*, ou bien « elle les *apprit* la première, » c'est-à-dire elle les *inventa*. Les Tyriens furent ou les propagateurs, ou même les inventeurs de l'alphabet. On sait que les lettres furent apportées en Grèce par le Phénicien Cadmus.

in Africa, in Bœotia Thebæ, Cades ad Oceanum. Credo libero commeantes mari, sæpiusque adeundo ceteris incognitas terras, elegisse sedes[115] juventuti, qua tunc abundabant : sive quia crebris motibus terræ (nam hoc quoque traditur) cultores ejus fatigati, nova et externa domicilia armis sibimet quærere cogebantur. Multis ergo casibus defuncta, et post excidium renata, nunc tandem longa pace cuncta refovente, sub tutela Romanæ mansuetudinis acquiescit. (Q. CURT. IV, c. 2-4.)

62.—PRISE DE SAGONTE PAR ANNIBAL.

Rome avait fait alliance avec la ville de Sagonte, dans l'intervalle qui s'écoula entre les deux premières guerres puniques. La destruction de cette ville, qu'Annibal assiégea en pleine paix, est de l'an 534 de Rome, 219 av. J.-C.

Civitas[1] ea longe opulentissima ultra Iberum fuit, sita passus mille ferme a mari. Oriundi a Zacyntho[2] insula dicuntur, mixtique etiam ab Ardea Rutulorum[3] quidam generis. Ceterum in tantas brevi creverant opes, seu maritimis seu terrestribus fructibus, seu multitudinis incremento, seu sanctitate disciplinæ, qua fidem socialem usque ad perniciem suam coluerunt. Annibal infesto exercitu ingressus fines, pervastatis passim agris, urbem tripartito aggreditur. Angulus muri erat in planiorem patentioremque, quam cætera circa vallem vergens. Adversus eum vineas[4] agere instituit, per quas aries[5] mœnibus admoveri posset. Sed ut locus procul muro satis æquus agendis vineis fuit; ita haudquaquam prospere, postquam ad effectum[6]

115 *Sedes*, « des résidences, des établissements. »

62. — 1 *Civitas*. Sagonte, ville de l'Espagne Tarraconaise, près de l'emplacement actuel de Murviedro.

2 *Zacyntho*, aujourd'hui Zante, une des îles Ioniennes, sur les côtes de la Morée.

3 *Ardea*, « Ardée, » ville du Latium, capitale des Rutules.

4 *Vineas*. Les *vineæ*, « mantelets, » etaient des machines faites en bois et en osier; on les recouvrait de terre, de peaux d'animaux fraîchement écorchés, ou de toute autre matière difficile à embraser, et on les poussait en avant à l'aide de roues sur lesquelles elles étaient posées. Les assaillants, à l'abri de ces mantelets, faisaient jouer le bélier.

5 *Aries*, « le bélier, » longue poutre semblable à un mât de navire. L'une des extrémités portait une masse de fer en forme de tête de bélier. On le suspendait par des cordes ou par des chaînes attachées à une autre poutre placée en travers sur deux montants entre lesquels il pouvait se mouvoir librement. Une centaine d'hommes le poussaient avec violence en avant, le ramenaient en arrière, et continuaient leur impulsion jusqu'à ce que la formidable machine eût ébranlé et renversé les murailles.

6 *Postquam ad effectum*, Quand on fut venu à l'opération même, » à la mise en œuvre efficace de ces moyens

eperis ventum est, cœptis succedebat. Et turris ingens imminebat : et murus, ut in suspecto loco[7], supra cæteræ modum altitudinis emunitus erat : et juventus delecta, ubi plurimum periculi ac laboris ostendebatur[8] ibi vi majore obsistebant. Ac primo missilibus summovere hostem; nec quicquam satis tutum munientibus pati[9]. Deinde jam non pro mœnibus[10] modo atque turri tela micare, sed ad erumpendum etiam in stationes operaque hostium animus erat : quibus tumultuariis certaminibus[11] haud ferme plures Saguntini cadebant, quam Pœni. Ut vero Annibal ipse dum murum incautius subit, adversum femur tragula[12] graviter ictus cecidit; tanta circa fuga ac trepidatio fuit, ut non multum abesset quin opera ac vineæ desererentur.

Obsidio deinde per paucos dies magis quam oppugnatio fuit, dum vulnus ducis curaretur. Per quod tempus ut quies certaminum erat, ita ab apparatu operum ac munitionum nihil cessatum. Itaque acrius de integro obortum est[13] bellum, pluribusque partibus, vix accipientibus quibusdam opera[14] locis, vineæ cœptæ agi, admoverique aries. Abundabat multitudine hominum Pœnus; ad centum enim quinquaginta millia habuisse in armis satis[15] creditur. Oppidani ad omnia tuenda atque obeunda multimoda arte distineri cœpti sunt[16] : et non sufficiebant. Jam enim feriebantur arietibus muri, quassatæ quoque multæ partes erant. Una continentibus ruinis nudaverat urbem[17]; tres deinceps turres, quantumque inter eas muri erat, cum fragore ingenti prociderant; captumque oppidum ea ruina crediderant Pœni, qua[18], velut si pariter utrosque[19] murus

de destruction, c.-à-d. à faire jouer le bélier.

7 *Ut in suspecto loco*, « comme en un lieu qu'on sentait faible, » dont on suspectait la force.

8 *Ostendebatur*, « se montrait, se produisait. »

9 *Necquicquam*, etc., m. à m. : « et l'on ne laisse pas aux travailleurs militaires (*munitores*) un espace suffisant pour se couvrir, » pour se mettre à l'abri des projectiles.

10 *Pro mœnibus*, « en se tenant devant les murailles. »

11 *Tumultuariis certaminibus*, « des escarmouches ».

12 *Tragula*, javelot armé d'un crampon, sorte de harpon.

13 *De integro obortum est*, « recommença, reprit de plus belle. »

14 *Vix accipientibus opera*, « qui prêtaient peu, qui se refusaient presque aux opérations, » approches, emploi des machines.

15 *Satis*, pour *satis certo, non temere*.

16 *Ad omnia*, etc. Les assiégés qui avaient tant de points à garder, à surveiller, commencèrent à se sentir tiraillés en tout sens. *Distineri* comme *distrahi*.

17 *Continentibus ruinis*, etc., « n'était plus qu'une suite de ruines qui avait découvert la ville. »

18 *Qua*, pour *per quam*.

19 *Velut si pariter*, etc. Cette idée est spirituelle, mais peut-être un peu subtile. L'éboulement d'une partie

texisset, ita utrimque in pugnam procursum est. Nihil tumultuariæ pugnæ simile erat, quales in oppugnationibus urbium per occasionem partis alterius conseri solent [20]; sed justæ acies [21], velut patenti campo, inter ruinas muri tectaque urbis modico distantia intervallo constiterant. Hinc spes, hinc desperatio animos irritat : Pœno cepisse jam se urbem, si paululum adnitatur, credente; Saguntinis pro nudata mœnibus patria corpora opponentibus, nec ullo pedem referente, ne relicto a se loco hostem immitteret. Itaque quo àcrius et confertim magis utrimque pugnabant, eo plures vulnerabantur; nullo inter arma corporaque [22] vano intercidente telo.

Falarica [23] erat Saguntinis, missile telum hastili oblongo [24] et cætera tereti, præterquam ad extremum, unde ferrum exstabat. Id, sicut in pilo, quadratum stuppa circumligabant, liniebantque pice Ferrum autem tres in longum habebat pedes, ut cum armis transfigere corpus posset. Sed id maxime etiam si hæsisset in scuto, nec penetrasset in corpus, pavorem faciebat : quod quum medium accensum [25] mitteretur, conceptumque ipso motu multo majorem ignem ferret, arma omitti cogebat, nudumque militem ad insequentes ictus præbebat. Quum ergo diu anceps fuisset certamen, et Saguntinis, quia præter spem [26] resisterent, crevissent animi; Pœnus, quia non vicisset, pro victo esset; clamorem repente oppidani tollunt, hostemque in ruinas muri expellunt [27], inde impeditum trepidantemque extur-

considérable des murailles change la position respective des deux parties; il n'y a plus d'assiégeants ni d'assiégés; il ne reste plus que des champions qui semblent avoir été protégés jusqu'à présent, les uns comme les autres, par ce mur. Le mur tombe; sur l'emplacement qu'il occupait s'étend comme un vaste champ de bataille, où, de part et d'autre, sans distinction d'assiégeants et d'assiégés, Sagontins et Carthaginois s'élancent.

20 *Per occasionem*, etc., « à la faveur d'une occasion qui s'offre à l'un des deux partis. »

21 *Justæ acies*, « deux armées rangées en bataille. »

22 *Inter arma corporaque*, « entre les pièces de l'armure et les parties du corps qu'elles sont destinées à protéger. »

23 *Falarica*, sorte de javelot dont le nom vient sans doute des *falæ* ou *phalæ*, tours de bois en usage dans les siéges.

24 *Oblongo*. Nous préférons cette leçon à toutes les autres (*abiegno*, *abligno*, *alligato*, *ligneo*, *iligneo*). *Oblongo* est en rapport évident avec *cetera tereti*. La hampe de la falarique était *oblongue*, c.-à-d. plutôt longue que large, de forme arrondie dans toute son étendue, à l'exception de l'extrémité d'où sortait un fer de trois pieds de long. Dans toute cette description, Tite-Live parle non de la matière, mais de la forme, ce qui condamne, selon nous, la leçon *abiegno* de l'édition Lemaire.

25 *Medium accensum*, « enflammé par le milieu. »

26 *Præter spem*, « au delà de leur espérance, » avec plus de succès qu'ils n'avaient espéré de le faire.

27 *In ruinas muri expellunt*, » ils

bant[28] : postremo fusum fugatumque in castra redigunt[29].

Interim ab Roma legatos venisse nuntiatum est, quibus obviam ad mare missi ab Annibale qui dicerent nec tuto eos adituros inter tot tam effrænatarum gentium arma; nec Annibali, tanto discrimine rerum, operæ esse legationes audire. Apparebat[30] non admissos protinus Carthaginem ituros. Litteras igitur nuntiosque ad principes factionis Barcinæ[31] præmittit, ut præpararent suorum animos ne quid pars altera gratificari pro Romanis posset. Itaque, præterquam quod admissi auditique sunt, ea quoque vana atque irrita legatio fuit. Hanno unus adverso senatu[32] causam fœderis, magno silentio propter auctoritatem suam, non assensum audientium, egit. Per Deos, fœderum arbitros ac testes, monuisse, prædixisse se, ne Amilcaris progeniem ad exercitum mitterent. Non manes, non stirpem ejus conquiescere viri; nec unquam, donec sanguinis nominisque Barcini quisquam supersit, quietura[33] romana fœdera.

Quum Hanno perorasset, nemini omnium certare oratione cum eo necesse fuit : adeo prope omnis senatus Annibalis erat; infestiusque locutum arguebant Hannonem, quam Flaccum Valerium, legatum Romanum. Responsum inde legatis Romanis est : « bellum ortum ab Saguntinis, « non ab Annibale esse : populum Romanum injuste « facere, si Saguntinos vetustissimæ Carthaginiensium « societati præponat. »

Dum Romani tempus terunt legationibus mittendis, Annibal, quia fessum militem prœliis operibusque habebat, paucorum iis dierum quietem dedit, stationibus ad custodiam vinearum aliorumque operum dispositis. Interim animos eorum nunc ira in hostes stimulando, nunc spe præmiorum accendit. Ut vero pro concione prædam captæ urbis edixit militum fore, adeo accensi omnes sunt, ut, si extemplo signum datum esset, nulla vi resisti videretur posse.

Saguntini ut a prœliis quietem habuerant, nec laces-

repoussent l'ennemi jusqu'à la ligne des murs écroulés, » ils l'acculent aux débris du mur.

28 *Indè exturbant*, « Ils le jettent de l'autre côté. »

29 *In castra redigunt*, « enfin ils le refoulent dans son camp. »

30 *Apparebat*, « Il était probable. »

31 *Fractionis Barcinæ*. Le sénat de Carthage était divisé en deux partis, la faction de Barca, qui favorisait Annibal et les siens, et le parti dont le chef était Hannon.

32 *Unus adverso senatu*, « seul pour lutter contre tout le sénat. » *Adverso* comme *adversante*.

33 *Quietura*, pour *tuta et sancta fore*.

sentes, nec lacessiti per aliquot dies; ita non nocte, non die unquam cessaverant ab opere, ut novum murum ab ea parte, qua patefactum oppidum ruinis erat, reficerent. Inde oppugnatio eos aliquanto atrocior, quam ante, adorta est : nec, qua primum aut potissimum parte ferrent opem, quum omnia variis clamoribus streperent, satis scire poterant. Ipse Annibal, qua turris mobilis[34], omnia munimenta urbis superans altitudine, agebatur, hortator aderat. Quæ quum admota, catapultis ballistisque[35] per omnia tabulata[36] dispositis, muros defensoribus nudasset; tum Annibal, occasionem ratus, quingentos ferme Afros cum dolabris ad subruendum ab imo murum mittit : nec erat difficile opus, quod cæmenta non calce durata erant, sed interlita luto[37], structuræ antiquæ genere. Itaque latius, quam[38] cæderetur, ruebat : perque patentia[39] ruinis agmina armatorum in urbem vadebant.

Locum quoque editum capiunt : collatisque eo catapultis ballistisque, ut castellum[40] in ipsa urbe velut arcem imminentem haberent, muro circumdant : et Saguntini murum interiorem ab nondum capta urbis parte ducunt. Utrimque summa vi et muniunt et pugnant : sed, interiora tuendo, minorem in dies urbem Saguntini faciunt. Simul crescit inopia omnium longa obsidione, et minuitur exspectatio externæ opis, quum tam procul Romani, unica spes, circa omnia hostium essent[41]. Paullisper tamen affectos animos[42] recreavit repentina profectio Annibalis in Oretanos[43] Car-

34 *Qua turris mobilis.* On employait dans les siéges des tours mobiles qui avançaient et revenaient en arrière, en se mouvant sur des roues fixées à leur base. Ces constructions formaient des masses énormes, quelquefois de trente, de quarante, de cinquante pieds. Pour garantir ces machines du feu de l'ennemi, on les couvrait de peaux, *coria,* de pièces d'étoffes grossières, de couvertures, *centones, cilicia.*

35 *Catapultis ballistisque.* Les catapultes lançaient des traits, et les balistes, des pierres. Les balistes étaient plus grandes que les catapultes.

36 *Per omnia tabulata,* « à tous les étages, » des tours.

37 *Cæmenta interlita luto,* « les moellons n'étaient enduits que de terre. » Cet ancien système de construction en terre rendue solide a quelque rapport avec ce que nous appelons le *pisé.*

38 *Latius quam,* m. à m. : « le mur croula sur une étendue plus grande qu'il n'était attaqué (par le pic) » : le pic, faisant levier, agissait avec plus de force sur le mur formé d'une matière compacte et en détachait à chaque coup des parties considérables.

39 *Per patentia,* sous entendu *loca,* « par les brèches. »

40 *Castellum.* « une redoute, » un petit camp fortifié.

41 *Circa omnia hostium essent,* etc. « Tous les lieux circonvoisins étaient au pouvoir de l'ennemi. »

42 *Affectos animos,* « les esprits abattus. » *Affectos* comme *afflictos.*

43 *Oretanos,* « les Oretans, » peuple de l'Espagne Tarraconaise, entre

petanosque[44] : qui duo populi, delectus acerbitate consternati, retentis conquisitoribus[45], metum defectionis quum præbuissent, oppressi celeritate Annibalis, omiserunt mota arma.

Nec Sagunti oppugnatio segnior erat, Maharbale, Himilconis filio, quem præfecerat Annibal, ita impigre rem agente, ut ducem abesse nec cives? nec hostes sentirent. Is et prælia aliquot secunda fecit, et tribus arietibus aliquantulum muri discussit, strataque omnia recentibus ruinis advenienti Annibali ostendit. Itaque ad ipsam arcem extemplo ductus exercitus, atroxque prælium cum multorum utrimque cæde initum, et pars arcis capta est. Tentata deinde per duos est exigua pacis spes[46], Alconem Saguntinum, et Alorcum Hispanum. Alcon, insciis Saguntinis, precibus aliquid moturum ratus, quum ad Annibalem noctu transisset, postquam nihil lacrymæ movebant, conditionesque tristes, ut ab irato victore ferebantur, transfuga ex oratore factus[47], apud hostem mansit; moriturum affirmans, qui[48] sub conditionibus his de pace ageret. Postulabatur autem, redderent res Turdetanis[49]; traditoque omni auro atque argento, egressi urbe cum singulis vestimentis ibi habitarent, ubi Pœnus jussisset. Has pacis leges abnuente Alcone accepturos Saguntinos, Alorcus, vinci animos, ubi alia vincantur[50], affirmans, se pacis ejus interpretem fore pollicetur. Erat autem tum miles Annibalis; cæterum publice Saguntinis amicus atque hospes. Tradito palam telo custodibus hostium trangressus munimenta, ad prætorem Saguntinum (et ipse ita jubebat) est deductus : quo quum extemplo concursus omnis generis hominum esset factus, summota cætera multitudine, senatus Alorco datus est[51]; cujus talis oratio fuit :

l'Anas et le Bétis (la Guadiana et le Guadalquivir).

44 *Carpetanos*, « Carpetans, » peuple de la même province (aujourd'hui la Sierra di Guadalupe), vers le centre de la péninsule, sur les deux rives du Tage.

45 *Conquisitoribus*, « les officiers de recrutement. »

46 *Tentata... exigua pacis spes*, « il y eut quelques ouvertures de faites en vue de la paix. »

47 *Transfuga ex oratore factus*, « s'étant fait transfuge, de négociateur qu'il était. »

48 *Moriturum affirmans qui....* « déclarant qu'il y allait de la tête pour celui qui... »

49 *Turdetanis*, « les Turdétans, » peuple d'Espagne qui habitent la Bétique, » à l'E. de l'Anas (Guadiana).

50 *Ubi alia vincantur*, « du moment que le reste devait céder, » ne pouvait manquer de céder. *Alia*, c.-à-d. *muri*, (*munimenta, arces*.)

51 *Senatus Alorco datus est*, mot à mot : « on lui accorda une audience du sénat, » et non pas : on lui donna entrée dans le senat, on convoqua le sénat pour l'entendre.

« Si civis vester Alcon, sicut ad pacem petendam ad « Annibalem venit, ita pacis conditiones ab Annibale ad « vos retulisset, supervacaneum hoc mihi fuisset iter, quo « nec orator Annibalis, nec transfuga ad vos venissem. « Quum ille, aut vestra, aut sua culpa, manserit apud « hostem (si metum simulavit, sua; vestra, si periculum « est apud vos vera referentibus): ego, ne ignoraretis esse « aliquas et salutis et pacis vobis conditiones, pro vetusto « hospitio, quod mihi vobiscum est, ad vos veni. Vestra « autem causa me, nec ullius alterius, loqui quæ loquor « apud vos, vel ea fides sit[52], quod, neque dum vestris « viribus restitistis, neque dum auxilia ab Romanis spe- « rastis, pacis unquam apud vos mentionem feci. Postquam « nec ab Romanis vobis ulla spes est, nec vestra jam aut « arma vos aut mœnia satis defendunt, pacem affero ad « vos magis necessariam quam æquam : cujus[53] ita aliqua « spes est, si eam quemadmodum ut victor fert Annibal, « sic vos ut victi audiatis; si non id, quod amittitur, in « damno (quum omnia victoris sint), sed, quicquid relin- « quitur, pro munere habituri estis. Urbem vobis, quam ex « magna jam parte dirutam, captam fere totam habet[54], « adimit, agros relinquit, locum assignaturus, in quo « novum oppidum ædificetis : aurum argentumque omne, « publicum privatumque, ad se jubet deferri : conjugum « vestraque corpora ac liberorum vestrorum servat invio- « lata, si inermes cum binis vestimentis[55] velitis ab Sagunto « exire. Hæc victor hostis imperat. Hæc, quanquam sint « gravia atque acerba, fortuna vestra vobis suadet. Equi- « dem haud despero, quum omnium potestas ei facta sit[56], « aliquid ex his rebus remissurum. Sed vel hæc patienda

52 *Vel ea fides sit*, « je n'en donne pour preuve que ceci, savoir... »

53 *Cujus*, sous-entendu *pacis*. Il n'y a pour vous quelque espoir de l'obtenir que si...

54 *Captam fere totam habet*. M. Villemain (*Cours de littérature du Moyen-âge*), dit à propos de cette phrase : « On a remarqué plusieurs « phrases latines où le verbe *habere* « construit avec un participe a pré- « cisément la même place et la même « force que le verbe *avoir* dans nos « langues modernes. » Nous ne savons si l'exemple cité par l'illustre maître est bien choisi et bien concluant. Ne sera-ce pas altérer légèrement le sens que de traduire comme M. Villemain : « la ville qu'il a prise en partie... » comme si *captam habet* équivalait à *cepit*. Selon nous *captam habet* signifie : « *qu'il occupe après l'avoir prise*, » *qu'il a prise presque tout entière, et qu'il occupe*. Il y a dans cette phrase la double idée de la *prise* (*captam*), et de l'*occupation* (*habet*).

55 *Cum binis vestimentis*, « chacun avec deux habits » avec l'habit qu'ils ont sur eux et un habit de rechange.

56 *Quum omnium potestas ei facta sit*, sous-entendu *a vobis*, « quand vous l'aurez mis en possession de tout. »

« censeo potius, quam trucidari corpora[57] vestra, rapi « trahique ante ora vestra conjuges ac liberos belli jure « sinatis. »

Ad hæc audienda quum, circumfusa paullatim multitudine, permixtum senatui esset populi concilium; repente primores, secessione[58] facta, priusquam responsum daretur, argentum aurumque omne, ex publico privatoque in forum collatum, in ignem ad id raptim factum conjicientes, eodem plerique semetipsi præcipitaverunt.

Quum ex eo pavor ac trepidatio totam urbem pervasisset, alius insuper tumultus ex arce auditur. Turris diu quassata prociderat: perque ruinam ejus cohors Pœnorum, impetu facto quum signum imperatori dedisset, nudatam stationibus custodiisque solitis hostium esse urbem; non cunctandum in tali occasione ratus Annibal, totis viribus aggressus urbem, momento cepit, signo dato, ut omnes puberes interficerentur. Quod imperium crudele, ceterum prope necessarium cognitum ipso eventu est. Cui enim parci potuit ex iis, qui aut inclusi cum conjugibus ac liberis domos[59] super se ipsos concremaverunt, aut armati nullum ante finem pugnæ, quam[60] morientes, fecerunt?

Captum oppidum est cum ingenti præda. Quanquam pleraque ab dominis de industria corrupta erant, et in cædibus vix ullum discrimen ætatis ira fecerat, et captivi militum præda fuerant; tamen et ex pretio rerum venditarum aliquantum[61] pecuniæ redactum esse constat, et multam pretiosam supellectilem vestemque missam Carthaginem. (Tit. Liv. xxi, c. 7-15.)

63.—SIÉGE DE SYRACUSE.

Sous Hiéron II Syracuse avait gardé la neutralité entre Rome et Carthage; mais Hiéronyme, successeur de ce prince, n'imita pas la prudence de son père, et, pendant la deuxième guerre punique, prit parti pour les Cartha

57 *Corpora vestra*, « vos personnes. »

58 *Secessione facta*, « ayant quitté la séance, s'étant retirés du lieu de la délibération.

59 *Domos super se ipsos*, m. à m.: « leurs maisons au-dessus de leurs propres têtes, » leurs maisons qui s'écroulaient sur ux. Ce sens est plus naturel que le sens proposé par Bauer: *Domos et insuper se, seque simul cum domibus*. « Ils s'ensevelissaient sous les ruines de leurs maisons en flammes. »

60 *Quam* pour *nisi*.

61 *Aliquantum*. Cet adverbe tient le milieu entre *paulum* et *multum*. *Aliquantum pecuniæ*, « une certaine somme d'argent, assez d'argent, pas mal d'argent. »

ginois. Cette conduite excita le courroux des Romains, qui ne cherchaient qu'une occasion d'achever la soumission de la Sicile. Syracuse fut assiégés par terre et par mer. Le siége, conduit par Marcellus, dura trois ans, et enfin cette ville célèbre, défendue en vain par Archimède, tomba au pouvoir des Romains l'an 541 de Rome, 212 av. J.-C.

Terra marique simul cœptæ oppugnari Syracusæ : terra ab Hexapylo[1], mari ab Achradina[2], cujus murus fluctu alluitur. Et quia, sicut Leontinos terrore ac primo impetu ceperant, non diffidebant vastam disjectamque spatio[3] urbem parte aliqua se invasuros, omnem apparatum oppugnandarum urbium muris admoverunt.

Et habuisset tanto impetu cœpta res fortunam[4], nisi unus homo Syracusis ea tempestate fuisset. Archimedes is erat, unicus[5] spectator cœli siderumque : mirabilior tamen inventor ac machinator bellicorum tormentorum, operumque, quibus ea quæ hostes ingenti mole[6] agerent, ipse perlevi momento[7] ludificaretur. Murum per inæquales ductum[8] colles, (pleraque[9] alta et difficilia aditu ; summissa[10] quædam, et quæ planis vallibus adiri possunt) ut cuique aptum visum est loco, ita omni genere tormentorum instruxit. Achradinæ murum qui, ut ante dictum est, mari alluitur, ex quinqueremibus Marcellus oppugnabat. Ex ceteris navibus[11] sagittarii funditoresque, et velites[12] etiam

62. — 1 *Ab Hexapylo.* Sous le nom d'Hexapylos on désignait la porte principale du quartier de Tyché, dans la direction de Leontini.

2 *Ab Achradina,* « du côté d'Achradine, » l'un des quartiers de Syracuse. Syracuse était divisée en quatre régions : 1° l'*Ile* (νῆσος) ou *Ortygie*, qui était située entre le grand et le petit port ; 2° *Tyché*, ainsi appelée du nom d'un ancien temple de la Fortune ; 3° *Achradina* ou *Acradina* : cette partie de la ville, la mieux fortifiée, la plus vaste et la plus ancienne, était baignée par la mer, et séparée de *Tyché*, du côté du nord, par une forte muraille ; 4° la *nouvelle ville,* qui avait été bâtie postérieurement. D'autres ajoutent à ces quatre circonscriptions le quartier appelé *Epipolæ,* que Denys avait réuni à la ville par un mur ; c'était une hauteur très-escarpée du côté d'*Achradine.*

3 *Disjectas spatio,* « qui occupait une étendue de terrain considérable. »

4 *Habuisset... fortunam,* c'est-à-dire *prospere successisset.*

5 *Unicus,* « d'un génie unique, incomparable. »

6 *Ingenti mole,* « à grand' peine. »

7 *Perlevi momento,* m. à m. : par le plus léger mouvement de la balance, « en un tour de main, en un clin d'œil. »

8 *Ductum,* pour *productum.*

9 *Pleraque,* sous-entendu *loca.*

10 *Submissa,* « bas, enfoncés. »

11 *Ex ceteris navibus,* « du haut de tous ces vaisseaux, » (moins les huit dont il va être question tout-à-l'heure). La flotte romaine, selon Polybe (VIII, 6) était composée de 60 quinquérèmes ; sur ce chiffre de 60, il y en avait 52 qui étaient remplies d'archers, de frondeurs et de vélites. *Ceteris* est un hellénisme.

12 *Velites,* « les Vélites, » soldats ainsi nommés de leur vitesse (*a volando*). Ils ne faisaient pas partie de la légion, n'avaient aucun poste assigné, mais combattaient dispersés, selon que l'exigeaient les circon-

quorum telum inhabile ad remittendum imperitis[13] est, vix quemquam sine vulnere consistere in muro patiebantur. Hi[14], quia spatio missilibus opus est, procul muro tenebant naves. Junctæ aliæ binæ ad octo quinqueremes[15], demptis interioribus[16] remis, ut latus lateri applicaretur, quum exteriore ordine remorum velut naves[17] agerentur, turres contabulatas[18] machinamentaque alia[19] quatiendis muris portabant. Adversus hunc navalem apparatum Archimedes variæ magnitudinis tormenta in muris disposuit. In eas quæ procul erant naves saxa ingenti pondere emittebat, propiores levioribus, eoque magis crebris petebat telis : postremo ut sui vulnere intacti tela in hostem ingererent, murum ab imo ad summum crebris[20] cubitalibus fere[21] cavis aperuit : per quæ cava[22] pars sagittis, pars scorpionibus modicis[23] ex occulto petebant hostem. Quæ propius quædam subibant[24] naves, quo interiores ictibus[25] tormentorum essent, in eas tollenone[26] super murum eminente

stances, et ordinairement devant les lignes. Ils étaient armés de sept javelines (*hastæ velitares*). Ces javelines étaient terminées par un bout (*hastile*) long de deux coudées et de la grosseur d'un doigt; la pointe en était très-aiguë.

13 *Inhabile ad remittendum imperitis*, « non susceptible d'être lancé de nouveau par ceux qui n'en ont pas l'habitude, » à cause de l'extrême ténuité de la pointe qui se tordait. *Imperitis*, soit parce qu'il fallait savoir redresser la pointe du javelot, soit parce qu'on ne le lançait qu'à l'aide d'une courroie, et avec un certain mouvement auquel il fallait être exercé. Au lieu d'*imperitis* on a proposé *impeditis, imparatis* et *impetitis*. Cette dernière leçon offre peut-être le sens le plus naturel.

14 *Hi* se rapporte à *sagittarii, funditores*, etc.

15 *Junctæ aliæ*, etc. Construisez : *junctæ aliæ binæ quinqueremes ad octo*, « d'autres quinquérèmes, au nombre de huit, jointes deux à deux. »

16 *Interioribus*, « intérieures, » par rapport à l'espace compris entre les deux bâtiments qu'on joignait ainsi bord à bord. C'est dans un sens analogue que Virgile dit, *Énéide*, v, 202 :—... Dum proram ad saxa suburget —Interior.—Voy. sur ce mot la narration du *Combat de Manlius contre un Gaulois*, page 79 du texte, à la note 25.

17 *Velut naves*. Il vaudrait mieux lire *velut una navis*.

18 *Turres contabulatas*. Voy. la narration du *Siége de Tyr*, page 130, note 39.

19 *Machinamenta alia*. C'étaient peut-être ces machines de siége de forme triangulaire (σάμβυκες), dont parle Polybe.

20 *Crebris... cavis*, « d'un grand nombre de trous, » de *meurtrières*.

21 *Cubitalibus fere*, « à peu près de la longueur d'une coudée. »

22 *Cava* se rapporte à *per quæ*.

23 *Scorpionibus modicis*. Les *scorpiones* étaient des machines de guerre destinées à lancer des projectiles. On les distinguait en grandes et petites; ces dernières furent appelées depuis *manubalistæ*. (Voy. Végèce, IV, 22.)

24 *Subibant*, « s'approchaient du mur. »

25 *Interiores ictibus*, « en-deçà de l'action des traits. » (Voy. plus haut note 16.)

26 *Tollenone*. Sorte de machine destinée à enlever des poids. Elle avait la forme d'un T, et ressemblait à l'appareil qui dans les campagnes sert à puiser de l'eau à l'aide d'une bascule.

ferrea manus firmæ catenæ illigata, quum injecta proræ esset, gravi libramento[27] plumbi recellente[28] ad solum, suspensa prora[29], navim in puppim statuebat[30]; dein remissa subito, velut ex muro cadentem navim cum ingenti trepidatione nautarum, ita undæ affligebat, ut etiam si recta reciderat, aliquantum aquæ[31] acciperet. Ita maritima oppugnatio est elusa[32], omnisque vis est eo versa, ut totis viribus terra aggrederentur. Sed ea quoque pars eodem omni apparatu tormentorum instructa erat, Hieronis impensis curaque per multos annos, Archimedis unica[33] arte. Natura etiam juvabat loci : quod saxum, cui imposita muri fundamenta sunt, magna ex parte ita proclive est, ut non solum missa tormento, sed etiam quæ pondere suo provoluta essent, graviter in hostem inciderent. Eadem causa ad subeundum[34] arduum aditum instabilemque ingressum præbebat. Ita consilio habito[35], quum omnis conatus[36] ludibrio esset, absistere oppugnatione, atque óbsidendo tantum arcere terra marique commeatibus hostem placuit..........

Marcellus initio veris[37] incertus, utrum Agrigentum ad Himilconem[38] et Hippocratem[39] verteret bellum, an obsidione Syracusas premeret, quanquam nec vi capi videbat posse inexpugnabilem terrestri ac maritimo situ urbem, nec fame unquam, quam prope liberi ab Carthagine commeatus alerent : tamen, ne quid inexpertum relinqueret, transfugas Syracusanos (erant autem apud Romanos aliqui nobilissimi viri, inter defectionem ab Romanis[40], quia ab novis consiliis ahhorrebant, pulsi) colloquiis suæ partis tentare

27 *Libramento*, pour *pondere*.

28 *Recellente*, comme *reclinante*, *retro tendente*, « s'abaissant. »

29 *Suspensa prora*, « la proue étant soulevée. »

30 *Navim in puppim statuebat*, « dressait le navire sur la poupe. »— *Remissa*, « lâchée » par un mouvement de détente.

31 *Aliquantum aquæ*, « quelque peu d'eau, » pour « beaucoup d'eau, » par litote. Voy. page 92, note 2.

32 *Est elusa*, « fut déjouée, déconcertée. »

33 *Unica*. Voy. plus haut, note 5.

34 *Ad subeundum*, « pour y accéder. »

35 *Consilio habito*, « après qu'on eut tenu conseil. »

36 *Omnis conatus*, « toute attaque de vive force. »

37 *Initio veris*, « au commencement de l'année suivante. Une année s'était écoulée dans cet intervalle Appius Claudius avait pris le commandement du blocus de Syracuse, pendant que Marcellus poussait des incursions dans toute la Sicile.

38 *Himilconem*. Cet Himilcon, surnommé *Phamæus*, général de la cavalerie carthaginoise, est le même qui passa dans la suite aux Romains et contribua ainsi à la ruine de Carthage.

39 *Hippocratem*. Voy. sur ce personnage et sur Epicyde la note 60 de la narration de la *Mort d'Andranodore et de Thémistus*, vers la fin du volume.

40 *Inter defectionem ab Romanis*, « à l'époque de la révolte de Syracuse contre les Romains. »

hominum animos jussit, et fidem dare, si traditæ forent Syracusæ, liberos eos ac suis legibus victuros esse.

Non erat colloquii copia, quia multorum animi suspecti omnium curam oculosque converterant ne quid falleret tale admissum[41]. Servus unus exsulum, pro transfuga intromissus in urbem, conventis paucis, initium colloquendi de tali re fecit. Deinde in piscatoria quidam navi, retibus operti, circumvectique ita ad castra Romana collocutique cum transfugis; et idem sæpius eodem alii atque alii. Postremo ad octoginta facti[42] : et quum jam composita omnia ad proditionem essent, indicio delato ad Epicyden per Attalum quemdam, indignantem sibi rem creditam non esse, necati omnes cum cruciatu sunt. Alia subinde spes postquam hæc vana evaserat, excepit[43]. Damippus quidam Lacedæmonius, missus ab Syracusis ad Philippum regem, captus ab romanis navibus erat. Hujus utique redimendi et[44] Epicydæ cura ingens : nec abnuit Marcellus, jam tum Ætolorum, cujus gentis socii Lacedæmonii erant, amicitiam affectantibus Romanis. Ad colloquium de redemptione ejus missis, medius maxime[45] atque utrisque opportunus locus, ad portum Trogilorum[46], propter turrim quam vocant Galeagram, est visus. Quo quum sæpius commearent, unus ex Romanis ex propinquo murum contemplatus, numerando lapides, æstimandoque ipse secum quid in fronte paterent[47]; simul altitudinem muri, quantum proxime conjectura poterat, permensus[48], humilioremque aliquanto pristina opinione sua et ceterorum omnium ratus esse, vel mediocribus scalis superabilem, ad Marcellum rem defert. Haud spernenda visa[49] ; sed, cum adiri locus, qui ob idipsum intentius custodiebatur, non posset, occasio quærebatur. Quam obtulit transfuga, nuntians, diem festum

[41] *Suspecti multorum animi*, etc. M. à m. « les intentions suspectes de plusieurs avaient éveillé l'attention et la vigilance de tous, de manière que rien de tel ne pût leur échapper. »—*Falleret*, sous-entendu *ipsos*.

[42] *Ad octoginta facti*, « leur nombre s éleva à quatre-vingts. »

[43] *Alia subinde spes... excepit*, « une autre espérance succéda immédiatement à la première. » *Excepit* peut se rapporter également à Marcellus sous-entendu.

[44] *Et* est en corrélation avec *nec* du second membre de phrase.

[45] *Medius maxime*, « le plus central. »

[46] *Portum Trogilorum*. «Trogile» était un petit mouillage situé à l'extrémité du grand port de Syracuse Ce lieu faisait partie de la rade.

[47] *Quid in fronte paterent*, «quelle était la dimension de chacune sur la face du mur. »

[48] *Permensus*, sous-entendu *altitudinem*, « ayant mesure la hauteur » par une multiplication arithmétique.

[49] *Visa*, sous-entendu *res*.

Dianæ per triduum agi, et quia alia[50] in obsidione desint, vino largius epulas celebrari, et ab Epicyde præbito universæ plebi, et per tribus a principibus diviso. Id ubi accepit Marcellus, cum paucis tribunorum militum collocutus; electisque per eos, ad rem tantam agendam, audendamque, idoneis centurionibus militibusque, et scalis in occulto comparatis, ceteris signum dari jubet, ut mature corpora curarent, quietique darent; nocte in expeditionem eundum esse. Inde ubi id temporis visum, quo de die epulatis jam vini satias[51] principiumque somni esset, signi unius milites[52] ferre scalas jussit; et ad mille fere armati tenui agmine[53] per silentium eo deducti. Ubi sine strepitu ac tumultu primi evaserunt in murum, secuti ordine alii, quum priorum audacia dubiis etiam animum faceret.

Jam mille armatorum ceperant partem[54], quum ceteræ admotæ[55], pluribusque scalis in murum evadebant signo ab Hexapylo[56] dato; quo per ingentem solitudinem[57] erat perventum, quia magna pars, in turribus epulati, aut sopiti vino erant, aut semigraves[58] potabant : paucos tamen eorum oppressos in cubilibus interfecerunt. Prope Hexapylon est portula[59] magna vi refringi cœpta; et e muro ex composito tuba datum signum erat. Et jam undique, non furtim, sed vi et aperte, gerebatur res : quippe ad Epipolas[60] frequentem custodiis locum, perventum erat, terrendique magis hostes erant, quam fallendi; sicut[61] territi sunt. Nam simul ac tubarum est auditus cantus clamorque tenentium muros partemque urbis, omnia teneri custodes rati, alii per murum fugere, alii salire de muro, præcipitarique turba paventium. Magna pars tamen ignara tanti mali

50 *Alia*, « les autres denrées, » les autres objets de consommation.

51 *Satias*, vieux mot pour *satietas*.

52 *Signi unius milites*, « les soldats du même manipule. » L'étendard d'un manipule s'appelait autrefois *vexillum*, mais dès cette époque l'expression *signum* désignait l'étendard d'un manipule romain, et *vexillum* l'enseigne d'une compagnie d'alliés. Le manipule (la trentième partie de la légion) était alors de 130 hommes.

53 *Tenui agmine*, m. à m. « en ordre mince, » sur peu d'hommes de profondeur; ou « en file, » les uns après les autres.

54 *Partem*, sous-entendu *urbis*.

55 *Quum ceteræ admotæ*, sous-entendu *cohortes*.

56 *Ab Hexapylo*. Voy. plus haut, page 146, note 1.

57 *Per ingentem solitudinem*, « dans une profonde solitude, » dans l'absence de toute espèce de gardes.

58 *Semigraves*, « à moitié étourdis » (par le vin), mais pouvant encore se tenir à table. Il n'y a peut-être pas d'autre exemple de *semigraves*, auquel Juste-Lipse veut substituer à tort *somno graves*; mais d'autres composés de *semi* sont également rares.

59 *Portula*, « une poterne. »

60 *Ad Epipolas*. Voy. plus haut, page 146, note 2.

61 *Sicut*, « comme en effet. »

erat, et gravatis omnibus vino somnoque, et, in vastæ magnitudinis urbe, partium sensu non satis pertinente in omnia[62]

Sub luce, Hexapylo effracto, Marcellus, omnibus copiis[63] urbem ingressus, excitavit convertitque omnes ad arma capienda, opemque, si quam possent, jam captæ prope urbi ferendam. Epicydes, ab Insula[64] (quam ipsi Nason vocant) citato profectus agmine, haud dubius quin paucos, per negligentiam custodum transgressos murum, expulsurus foret, occurrentibus pavidis, tumultum augere eos dictitans et majora ac terribiliora vero afferre, postquam conspexit omnia circa Epipolas armis completa : lacessito tantum hoste paucis missilibus, retro in Achradinam[65] agmen convertit, non tam vim multitudinemque hostium metuens, quam ne qua intestina fraus per occasionem oriretur, clausasque inter tumultum Achradinæ atque Insulæ inveniret portas.

Marcellus ut mœnia ingressus, ex superioribus locis urbem, omnium ferme illa tempestate pulcherrimam, subjectam oculis vidit, illacrimasse dicitur, partim gaudio tantæ perpetratæ rei, partim vetusta gloria urbis. Atheniensium classes[66] demersæ, et duo ingentes exercitus cum duobus clarissimis ducibus[67] deleti occurrebant, et tot bella cum Carthaginiensibus[68] tanto cum discrimine gesta; tot tam opulenti tyranni regesque[69]; præter ceteros Hiero, quum recentissimæ memoriæ rex, tum ante omnia, quæ virtus ei fortunaque sua dederat, beneficiis in populum Romanum insignis. Ea quum universa occurrerent animo, subiretque cogitatio, jam illa momento horæ arsura omnia et ad cineres reditura; priusquam signa Achradinam admoveret, præmittit Syracusanos, qui intra præsidia

62 *Partium sensu non satis pertinente in omnia*, m. à m. « la connaissance de ce qui se passait dans les différentes parties (de la ville) ne s'étendant pas suffisamment à toutes les parties. » Dans chaque quartier on ne savait que vaguement ce qui se passait dans les autres.

63 *Omnibus copiis*, sous-entendu *cum*.

64 *Ab Insula*. Voy. p. 146, note 2.

65 *In Achradinam*. V. même note.

66 *Atheniensium classes*. Il s'agit de l'expédition entreprise contre Syracuse, à l'époque de la guerre du Péloponèse, de l'an 421 à 412 av. J.-C.

67 *Cum clarissimis ducibus*. Ces deux généraux sont Démosthène et Nicias, qui furent défaits par Gylippe, chef des Spartiates auxiliaires, et qui périrent tous deux misérablement, l'an 413 av. J.-C.

68 *Tot bella cum Carthaginiensibus*. Ceci se rapporte surtout aux combats qu'Agathocle livra aux Carthaginois en Sicile, et à l'expédition qu'il dirigea contre eux en Afrique.

69 *Tot tyranni regesque*. En particulier Hiéron, Gélon, Denys l'ancien, et Denys le jeune.

romana, ut ante dictum est, fuerant, ut alloquio leni pellicerent hostes ad dedendam urbem.

Tenebant Achradinæ portas murosque maxime transfugæ[70], quibus nulla erat per conditiones veniæ spes : ii nec adire muros, nec alloqui quemquem passi. Itaque Marcellus, postquam id inceptum irritum fuit, ad Euryalum[71] signa referri jussit. Tumulus est in extrema parte urbis, versus a mari[72], viæque imminens[73] ferenti in agros mediterraneaque[74] insulæ[75], percommode situs ad commeatus excipiendos. Præerat huic arci Philodemus Argivus, ab Epicyde impositus, ad quem missus a Marcello Sosis, unus ex interfectoribus tyranni, quum, longo sermone habito, dilatus per frustrationem[76] esset, retulit Marcello, tempus eum[77] ad deliberandum sumpsisse. Quum is diem de die differret, dum Hippocrates atque Himilco admoverent castra legionesque, haud dubius[78], si in arcem accepisset eos, deleri romanum exercitum inclusum muris posse, Marcellus, ut Euryalum neque trahi, neque capi vidit posse, inter Neapolim[79] et Tycham (nomina partium urbis, et instar urbium sunt) posuit castra : timens ne, si frequentia[80] intrasset loca, contineri ab discursu[81] miles avidus prædæ non posset. Legati eo ab Tycha et Neapoli, cum infulis et velamentis[82] venerunt; precantes ut a cædibus et ab incendiis parceretur[83]. De quorum precibus quam postulatis magis concilio habito, Marcellus ex omnium sententia[84] edixit militibus, ne quis liberum corpus violaret; cetera prædæ futura. Castraque tectis[85] parietum

70 *Transfugæ*, « des transfuges » du camp romain.

71 *Ad Euryalum*. « L'Euryalus » était la partie culminante du quartier d'Epipolæ. Voy. note 2.

72 *Versus a mari*, « tournant le dos à la mer, » pour *aversus mari*.

73 *Viæ imminens*, « qui commandait la route. »

74 *Mediterranea insulæ*, « l'intérieur de l'île » (de Sicile).

75 *Philodemus Argivus*. Ce Philodemus Argivus, ou Argius (Ἀργεῖος) avait été député antérieurement vers Annibal. (Tite-Live, l. XXIV.)

76 *Dilatus per frustrationem*, « amusé de paroles vaines. »

77 *Eum*, c.-à-d. *Philodemum*.

78 *Haud dubius*, « sachant bien. »

79 *Inter Neapolim et Tycham*. Voy. page 146, note 2.

80 *Frequentia*, sous-entendu *incolis*, « populeux. »

81 *Contineri ab discursu*, « se soumettre à ne pas courir çà et là » (pour piller).

82 *Cum infulis et velamentis*, « ornés de bandelettes sacrées. » On appelait *infulæ* de larges bandes de laine liées par des bandelettes (*vittæ*) dont se servaient non-seulement les prêtres, mais les suppliants. Les Grecs usaient de rameaux décorés de ces bandelettes (κλάδοι ἱκτήριοι, φυλλάδες ἱκτῆρες).

83 *Parceretur*, pour *abstineretur*.

84 *Ex omnium sententia*, « de l'avis unanime des membres du conseil. »

85 *Castraque tectis*, etc., « le camp de Marcellus (établi entre Neapolis et Tyché) eut pour palissades

pro muro septa, portis regione platearum patentibus[86] stationes præsidiaque disposuit, ne quis in discursu militum[87] impetus in castra fieri posset. Inde signo dato milites discurrerunt, refractisque foribus[88], quum omnia terrore ac tumultu streperent, a cædibus tamen temperatum est. Rapinis nullus ante modus fuit, quam omnia diuturna felicitate cumulata bona egessere[89]. Inter hæc et Philodemus, quum spes auxilii nulla esset, fide accepta, ut inviolatus ad Epicyden rediret, deducto præsidio, tradidit tumulum Romanis. Aversis omnibus ad tumultum[90] ex parte captæ urbis, Bomilcar, noctem eam nactus[91], qua propter vim tempestatis stare ad ancoram in salo[92] romana classis non posset, cum triginta quinque navibus ex portu syracusano profectus, libero mari[93] vela in altum dedit, quinque et quinquaginta navibus Epicydæ et syracusanis relictis; edoctisque Carthaginiensibus in quanto res Syracusana discrimine esset, cum centum navibus post paucos dies redit, multis, ut fama est, donis ex Hieronis gaza ab Epicyde donatus.

Marcellus, Euryalo recepto præsidioque addito, una cura erat liber, ne qua ab tergo vis hostium in arcem accepta inclusos impeditosque mœnibus[94] suos turbaret. Achradinam inde, trinis castris per idonea dispositis loca, spe ad inopiam omnium rerum inclusos[95] redacturum[96], circumsedit. Quum per aliquot dies quietæ stationes utrinque[97] fuissent, repente adventus Hippocratis et Himilconis, ut ultro undique oppugnarentur[98] Romani, fecit. Nam et

les murs des édifices. » *Tectis parietum,* pour *tectorum parietibus*, par hypallage : *pro muro,* comme *pro vallo.* Ce passage a fort embarrassé les commentateurs; peut-être le texte est-il altéré.

86 *Portis regione platearum patentibus,* « quant aux portes (du camp) qui s'ouvraient dans la direction des places » ou « des grandes rues. »

87 *In discursu militum.* Voy. note 81, page précédente.

88 *Foribus.* « les portes des maisons »

89 *Quam omnia,* etc., « avant que tous ces trésors, que de longues années de prospérité avaient accumulés dans les maisons n'en eussent été enlevés. »

90 *Aversis omnibus ad tumultum,* etc., « tandis que le tumulte qui s'élevait de la partie prise de la ville attirait l'attention de tous. » *Aversis,* pour *adversis,* comme souvent.

91 *Noctem eam nactus,* « profitant du désordre de cette nuit. »

92 *In salo,* « sur une mer houleuse. »

93 *Libero mari,* « la mer étant libre; » la rade n'étant pas gardée.

94 *Inclusos impeditosque mœnibus,* « enfermés dans des murs qui auraient gêné leurs mouvements. »

95 *Inclusos,* c.-à-d. *Syracusanos.*

96 *Redacturum,* sous-entendu *se.*

97 *Quietæ stationes utrinque.* m. à m. « les postes avancés des deux partis étaient restés tranquilles; » on s'était observé de part et d'autre sans combattre.

98 *Ultro undique oppugnarentur,*

Hippocrates, castris ad magnum portum [99] communitis, signoque iis dato qui Achradinam tenebant, castra vetera Romanorum adortus est, quibus Crispinus præerat; et Epicydes eruptionem in stationes Marcelli fecit : et classis Punica littori, quod inter urbem et castra romana erat, appulsa est, ne quid præsidii Crispino summitti a Marcello posset. Tumultum tamen majorem hostes præbuerunt quam certamen [100]. Nam et Crispinus Hippocratem non repulit tantum munimentis, sed insecutus etiam est trepide fugientem; et Epicyden Marcellus in urbem compulit : satisque jam etiam in posterum videbatur provisum, ne quid ab repentinis eorum excursionibus periculi foret.

Accessit et pestilentia commune malum, quod facile utrorumque animos averteret a belli consiliis : nam tempore autumni et locis natura gravibus [101], multo tamen magis extra urbem, quam in urbe, intoleranda vis æstus [102] per utraque castra omnium ferme corpora movit [103]. Et primo temporis ac loci vitio et ægri erant et moriebantur : postea curatio ipsa [104] et contactus ægrorum vulgabat [105] morbos : ut aut neglecti desertique, qui incidissent [106], morerentur, aut assidentes curantesque eadem vi morbi repletos [107] secum traherent [108] : quotidianaque funera et mors ob oculos esset, et undique dies noctesque ploratus audirentur. Postremo ita assuetudine mali efferaverant animos [109], ut non modo lacrymis justoque comploratu prosequerentur mortuos, sed ne efferrent quidem, aut sepelirent, jacerentque strata exanima corpora in conspectu similem mortem exspectantium; mortuique ægros, ægri validos, quum metu, tum tabe ac pestifero odore corporum conficerent. Et ut ferro potius morerentur, quidam inva-

« se virent attaquer partout sur deux points à la fois. » *Ultro undique*, comme *ultro citroque*, avec l'idée d'une attaque générale en même temps que double.

99 *Ad magnum portum*. V. note 2.

100 *Tumultum majorem quam certamen*, « une surprise plus grande que la lutte ne fut vive. » (Sur *tumultus*, voy. la narration n° 42, page 77, note 2.)

101 *Locis natura gravibus*, « des lieux naturellement malsains. » *Gravis* se dit également de l'intempérie des saisons et de l'insalubrité des lieux.

102 *Æstus*, « du fléau. »

103 *Movit* pour *vexavit*, *graviter affecit*.

104 *Curatio ipsa*, « les exigences mêmes du traitement, » des soins à donner aux malades.

105 *Vulgabat* pour *augebat*, *spargebat*.

106 *Qui incidissent*, sous-entendu *in morbum*.

107 *Repletos*, comme *infectos*.

108 *Secum traherent*, « ils les entraînaient dans leur perte. »

109 *Efferaverant animos*, « ils s'étaient exaltés, » ils étaient arrivés à un tel degré d'exaspération...

debant soli [110] hostium stationes. Multo tamen vis major pestis Pœnorum castra, quam romana (diu circumsedendo Syracusas, cœlo [111] aquisque assuerant magis), affecerat. Ex hostium exercitu Siculi, ut primum videre ex gravitate loci [112] vulgari morbos, in suas quisque propinquas urbes dilapsi sunt. At Carthaginienses, quibus nusquam receptus erat, cum ipsis ducibus Hippocrate atque Himilcone, ad internecionem omnes perierunt. Marcellus, ut tanta vis ingruebat mali [113], traduxerat in urbem suos : infirmaque corpora tecta et umbræ [114] recreaverant. Multi tamen ex Romano exercitu eadem peste absumpti sunt. . . . . . .

Erat ex tribus Achradinæ præfectis Hispanus, Mericus nomine. Ad eum inter comites legatorum [115] de industria [116] unus ex Hispanorum auxiliaribus est missus; qui, sine arbitris Mericum nanctus [117], primum, quo in statu reliquisset Hispaniam (et nuper inde venerat), exponit : « Omnia « romanis ibi obtineri armis. Posse eum, si operæ pretium « faciat [118], principem popularium esse ; seu militare cum « Romanis, seu in patriam reverti libeat. Contra, si malle « obsideri pergat, quam spem esse terra marique clauso ? » Motus his Mericus, quum legatos ad Marcellum mitti placuisset, fratrem inter eos mittit; qui, per eumdem illum Hispanum secretus ab aliis ad Marcellum deductus, quum fidem accepisset, composuissetque rei agendæ ordinem [119], Achradinam redit. Tum Mericus, ut ab suspicione proditionis averteret omnium animos, negat « sibi placere, legatos commeare ultro citroque, neque recipiendum quemquam, neque mittendum; et quo intentius custodiæ serventur, opportuna dividenda præfectis [120] esse, ut suæ quisque partis tutandæ reus sit [121]. » Omnes assensi sunt partibus

110 *Soli*, « isolément. »

111 *Cœlo*, « le climat. »

112 *Ex gravitate loci*. Voy. la note 101.

113 *Ut tanti vis ingruebat mali*, « en raison de la violence croissante du fléau. »

114 *Tecta et umbræ*, pour *umbra tectorum*, comme souvent, même en prose.

115 *Legatorum*, « des députés » envoyés par Marcellus.

116 *De industria*, « à dessein » se rapportant à *missus*.

117 *Nanctus*, comme *nactus*, de *nanciscor*

118 *Si operæ pretium faciat*, « s'il faisait œuvre méritoire, » s'il se rendait utile à Marcellus, s'il entrait dans ses vues.

119 *Composuisset rei agendæ ordinem*, « après avoir arrêté de concert avec lui un plan d'opérations. »

120 *Opportuna dividenda præfectis*, sous-entendu *loca*, « qu'il fallait que les chefs se partageassent les postes dangereux. » *Opportuna* dans le sens de *exposita, obnoxia injuriæ*, acception fréquente dans Tite-Live (III, 15; XXIV, 21; XXVII, 28, etc.).

121 *Ut suæ quisque partis tutandæ reus sit*, « pour que chacun ait

dividendis : ipsi regio evenit ab Arethusa fonte [122] usque ad ostium magni portus. Id ut scirent Romani, fecit. Itaque Marcellus nocte navem onerariam cum armatis remulco quadriremis [123] trahi ad Achradinam jussit, exponique [124] milites regione portæ [125], quæ prope fontem Arethusam est. Hoc quum quarta vigilia [126] factum esset, expositosque milites porta, ut convenerat, recepisset Mericus, luce prima Marcellus omnibus copiis mœnia Achradinæ aggreditur, ita ut non eos solum, qui Achradinam tenebant, in se converteret, sed ab Naso etiam agmina armatorum concurrerent, relictis stationibus suis, ad vim et impetum Romanorum arcendum. In hoc tumultu actuariæ naves [127] instructæ jam ante circumvectæque, ad Nasum armatos exponunt, qui, improviso adorti semiplenas [128] stationes et adapertas fores portæ, qua paullo ante excurrerant armati, haud magno certamine Nasum cepere, desertam trepidatione et fuga custodum. Neque ullis minus præsidii [129], aut pertinaciæ ad manendum [plus] quam in transfugis fuit : quia, ne suis quidem satis credentes se, medio certamine effugerunt. Marcellus ut captam esse Nasum videt, et Achradinæ regionem unam [130] teneri, Mericumque cum præsidio suis adjunctum, receptui cecinit ; ne regiæ opes, quarum fama major quam res erat, diriperentur.

Suppresso [131] impetu militum, et iis, qui in Achradina

à répondre de la partie qu'il aura à défendre. »

122 *Regio ab Arethusa fonte.* La fontaine Aréthuse coulait à l'extrémité du quartier de l'*Ile,* et Méricus commandait dans l'Achradina. On ne comprend donc guère ni que Méricus ait été appelé à défendre la région qui part de la fontaine Aréthuse, c.-à-d. évidemment le quartier de l'*Ile,* ni qu'il ait pu livrer cette partie de la ville aux Romains, comme il est dit ailleurs (l. XXVI, 21). Les commentateurs s'accordent à voir là une inadvertance, et nous n'entreprendrons pas de justifier Tite-Live, même après l'ingénieuse explication qu'en a donnée M. Bœttcher.

123 *Remulco quadriremis,* « en la faisant remorquer par une quadrirème. » (*Remulco,* de ῥυμουλκεῖν.) Les vaisseaux de charge n'allaient qu'à la voile ; quand le vent manquait, il fallait les faire remorquer.

124 *Exponi,* « être débarqués. »

125 *Regione portæ,* « dans la direction de la porte. » (*vide suprà,* note 86.)

126 *Quarta vigilia,* « à la quatrième veille, » c.-à-d. entre trois et six heures du matin.

127 *Actuariæ naves.* C'étaient des vaisseaux destinés aux expéditions qui exigeaient de la célérité ; ils n'avaient qu'un seul rang de rames, deux au plus. Il y en avait de plusieurs sortes, et ils portaient différents noms, *celoces, lembi, phaseli, myoparones* ; on distinguait surtout les navires appelés *naves liburnæ.* Ils répondent à nos *brigantins, sloops,* etc.

128 *Semiplenas.* Voy. note 58.

129 *Minus præsidii,* « moins de défense, » de résistance.

130 *Achradinæ regionem unam,* « une des circonscriptions de l'Achradina. »

131 *Suppresso,* comme *represso,* « ayant été arrêté. »

erant, transfugis spatium locusque fugæ datus est; et Syracusani, tandem liberi metu, portis Achradinæ apertis, oratores ad Marcellum mittunt, nihil petentes aliud quam incolumitatem sibi liberisque suis. Marcellus, consilio advocato, et adhibitis etiam Syracusanis, qui per seditiones pulsi ab domo intra præsidia romana[132] fuerant, respondit : « Non plura per annos quinquaginta benefacta Hieronis, « quam paucis his annis maleficia eorum, qui Syracusas « tenuerint, erga populum romanum esse. Sed pleraque « eorum, quo[133] debuerint, recidisse, fœderumque rup« torum ipsos ab se graviores multo, quam populus ro« manus voluerit, pœnas exegisse. Se quidem tertium « annum circumsedere Syracusas, non ut populus romanus « servam civitatem haberet, sed ne transfugarum duces « captam et oppressam tenerent. Quid potuerint Syracu« sani facere[134], exemplo vel eos esse Syracusanorum, qui « intra præsidia romana fuerint, vel Hispanum ducem « Mericum, qui præsidium tradiderit, vel ipsorum Syra« cusanorum postremo, serum quidem, sed forte consilium. « Omnium sibi laborum periculorumque[135], circa mœnia « syracusana terra marique tam diu exhaustorum nequa« quam tantum fructum esse, quod capere Syracusas potuis« set.» Inde quæstor cum præsidio ad Nasum, ad accipiendam pecuniam regiam custodiendamque missus. Urbs diripienda militi data est, custodibus divisis[136] per domos eorum, qui intra præsidia romana fuerant. Quum multa deinde iræ, multa avaritiæ, fœda exempla ederentur, Archimedem memoriæ proditum est, in tanto tumultu, quantum capta urbs in discursu diripientium militum ciere poterat,

132 *Intra præsidia romana*, «dans les rangs des Romains.»

133 *Quo*, comme *in quos*.

134 *Quid potuerint*, etc., « ce qui leur donnait la mesure de ce qu'ils auraient pu faire, c'était l'exemple de leurs compatriotes, etc. »

135 *Omnium sibi laborum*, etc. « Toutes les fatigues, tous les périls qu'un si long siége lui avait imposés, il s'en trouvait médiocrement payé, puisque, finalement, il lui avait fallu prendre Syracuse de vive force. » Voilà, selon nous, le sens le plus probable de cette phrase, qui a fort exercé les interprètes. Nous avons adopté la leçon des plus anciens manuscrits, *quod capere Syracusas potuisset*, au lieu de *quam capere Syracusas potuisse*, que porte l'édition Lemaire. Si on suivait cette leçon, adoptée avec quelques légers changements par Drakenborch, Doering, Gronovius, etc., on n'arriverait qu'à ce sens : « il ne se trouvait pas aussi bien récompensé de toutes les fatigues qu'il avait endurées, qu'il ne l'aurait été s'il avait pu prendre à temps Syracuse ; » ce qui, d'une part, est assez louche, et ce qui, d'autre part, n'est guère conforme au caractère de sévérité dont tout le discours de Marcellus est empreint.

136 *Divisis*, «ayant été distribués.»

intentum formis[137], quas in pulvere descripserat, ab ignaro milite quis esset interfectum; ægre id Marcellum tulisse, sepulturæque curam habitam, et propinquis etiam inquisitis, honori præsidioque nomen ac memoriam ejus fuisse[138]. Hoc maxime modo Syracusæ captæ. In quibus prædæ tantum fuit, quantum vix capta Carthagine tum fuisset, cum qua viribus æquis certabatur. (Tit. Liv., xxiv, c. 34; xxv, c. 23, 24, 25, 26 et 30.)

64.—DESCRIPTION DE BABYLONE.

Babylone, capitale de la Chaldée et de toute la Babylonie, était la plus grande ville de l'Orient. Successivement conquise par les Mèdes (759) et par les Perses (538), elle tomba au pouvoir d'Alexandre (330). Ce conquérant l'avait choisie pour être la capitale de son empire, mais sa prompte mort en précipita la décadence.

Babylona procedenti Alexandro Mazæus[1], qui ex acie in eam urbem confugerat, cum adultis liberis supplex occurrit, urbem seque dedens. Gratus adventus ejus regi fuit; quippe magni operis obsidio futura erat tam munitæ urbis. Ad hoc vir illustris, et manu promptus, famaque etiam proximo prælio celebris, et ceteros ad deditionem sui incitaturus exemplo videbatur. Igitur hunc quidem benigne cum ejus liberis excipit : ceterum quadrato agmine[2] quod ipse ducebat, velut in aciem irent, ingredi suos jubet. Magna pars Babyloniorum constiterat in muris, avida cognoscendi novum regem. Plures obviam egressi sunt : inter quos Bagophanes, arcis et regiæ pecuniæ custos, ne studio[3] a Mazæo vinceretur, totum iter floribus coronisque constraverat, argenteis altaribus ab utroque latere[4] dispositis, quæ non thure modo, sed omnibus odoribus cumulaverat. Dona eum sequebantur, greges pecorum equorumque; leones quoque et pardales caveis præferebantur[5]. Magi

137 *Formis*, « aux figures, » aux dessins de machines.

138 *Honori præsidioque... fuisse*, « devinrent pour eux un titre à la considération et une sauve-garde. »

64.—1 *Mazæus*, satrape de Darius. Il avait vaillamment lutté contre Parménion à la bataille d'Arbelles, où il commandait la cavalerie.

2 *Quadrato agmine* dans le sens de *composito agmine*, « en bon ordre, en ordre de bataille; » c'est la traduction du grec εἰς μάχην, ἐν τάξει. Il ne peut pas être question ici du bataillon carré.

3 *Studio*, « en empressement. »

4 *Utroque latere*, « des deux côtés des rues. »

5 *Præferebantur*, c'est-à-dire *ferebantur ante magos*.

deinde suo more patrium carmen canentes; post hos Chaldæi Babyloniorumque non vates modo, sed etiam artifices cum fidibus sui generis[6] ibant. Laudes hi regum canere soliti; Chaldæi siderum motus et statas vices temporum ostendere. Equites deinde Babylonii, suo equorumque cultu ad luxuriam magis quam ad magnificentiam exacto[7], ultimi ibant. Rex, armatis stipatus, oppidanorum turbam post ultimos pedites ire jussit : ipse cum curru urbem, ac deinde regiam intravit. Postero die suppellectilem Darii et omnem pecuniam recognovit[8].

Ceterum ipsius urbis pulchritudo ac vetustas[9] non regis modo, sed etiam omnium oculos in semet haud immerito convertit. Semiramis eam condiderat, non, ut plerique credidere, Belus, cujus regia ostenditur. Murus instructus laterculo coctili, bitumine interlitus, spatium triginta et duorum pedum in latitudinem amplectitur : quadrigæ inter se occurrentes sine periculo commeare dicuntur. Altitudo muri quinquaginta cubitorum eminet spatio; turres denis pedibus, quam murus, altiores sunt. Totius operis ambitus trecenta et sexaginta quinque stadia complectitur. Singulorum stadiorum structuram singulis diebus perfectam esse memoriæ proditum est. Ædificia non sunt admota muris, sed fere spatium jugeri[10] absunt. Ac ne totam quidem urbem tectis occupaverunt; per octoginta stadia habitatur : nec omnia continua[11] sunt; credo, quia tutius[12] visum est pluribus locis spargi. Cetera serunt coluntque, ut si externa vis ingruat, obsessis alimenta ex ipsius urbis solo subministrentur. Euphrates interfluit, magnæque molis crepidinibus[13] coercetur : sed omnium operum magnitudinem circumveniunt[14] cavernæ ingentes[15], in altitudinem

6 *Fidibus sui generis*, « des instruments d'une forme particulière, étrange. »

7 *Ad luxuriam magis*, etc. « dans un appareil plutôt fastueux que réellement magnifique. » Le faste ne suppose pas l'élégance; au contraire sans élégance il n'y a point de magnificence réelle.

8 *Recognovit*, pour *recensuit*. *Dona recognoscit populorum*. (Virg. *Enéide*, VIII, 721.)

9 *Vetustas*. La description un peu rétrospective que fait ici Quinte-Curce se rapporte plutôt à la Babylone de Sémiramis et de Bélus qu'à la ville déjà bien dégradée qui tomba au pouvoir d'Alexandre.

10 *Spatium jugeri*, d'un arpent, ou, pour parler plus exactement, de deux plèthres (61 mètres 728 millimètres).

11 *Nec omnia*, sous-entendu *tecta*.

12 *Tutius*, « plus sûr, » en raison des incendies.

13 *Crepidinibus*, « des quais. » Semiramis les avait fait construire sur un développement de 160 stades.

14 *Circumveniunt*, c.-à-d. *quasi occulta prævalentia superant*. C'est une expression enjouée, avec une nuance d'afféterie, qui répond à notre *damer le pion*.

15 *Cavernæ ingentes*, « de vastes réservoirs. » Ces réservoirs. ou prises

pressæ[16] ad accipiendum impetum fluminis; quod, ubi appositæ crepidinis fastigium excessit, urbis tecta corriperet, nisi essent specus locusque qui exciperent; coctili laterculo structi sunt; totum opus bitumine adstringitur. Pons lapideus, flumini impositus, jungit urbem : hic quoque inter mirabilia Orientis opera numeratus est; quippe Euphrates altum limum vehit, quo penitus ad fundamenta jacienda egesto[17], vix sufficiendo operi[18] firmum reperiunt solum; arenæ autem subinde cumulatæ, et saxis quibus pons sustinetur adnexæ, morantur amnem, qui, retentus, acrius quam si libero cursu mearet illiditur[19]. Arcem quoque ambitu XX stadia complexam habet : XXX pedes in terram turrium fundamenta demissa sunt; ad LXXX summum munimenti fastigium pervenit.

Super arce, vulgatum Græcorum fabulis miraculum, pensiles[20] horti sunt, summam murorum altitudinem æquantes, multarumque arborum umbra et proceritate amœni. Saxo pilæ quæ totum onus sustinent instructæ sunt : super pilas lapide quadrato solum stratum est, patiens terræ, quam altam injiciunt, et humoris[21] quo rigant terras; adeoque validas arbores sustinent moles, ut stipites earum VIII cubitorum spatium crassitudine æquent, in L pedum altitudinem emineant, et frugiferæ sint ut si terra sua[22] alerentur : et quum vetustas, non opera solum manu

d'eau, avaient sans doute été creusés en amont de Babylone, dans des lieux situés au-dessous du niveau de l'Euphrate, et mis en communication avec le fleuve par des canaux, afin que, s'il survenait une crue, le trop plein des eaux pût se déverser dans ces lacs. Mais Quinte-Curce a bien raison de dire que les *cavernæ* en question devaient être *ingentes*.

16 *In altitudinem pressæ*, c'est-à-dire *profundissimæ*.

17 *Egesto*. Voy. Tite-Live, narration du *Passage des Alpes : tantum nivis egerendum fuit*.

18 *Sufficiendo operi*, c'est-à-dire *fundamentis sufficiendis, substruendis ponti*.

19 *Arenæ autem*, etc. Schmieder avoue qu'il n'a pu entendre ce passage. En voici le sens selon nous : « Joignez à cela des sables qui s'amoncellent incessamment (dans le lit du fleuve) et qui vont se relier aux piles du pont, de manière à gêner le cours du fleuve; les eaux, retenues par cet obstacle, viennent se briser contre les arches avec plus de force que si leur cours était libre. » Quinte-Curce, pour relever encore les mérites de ce pont merveilleux, ajoute à ce qu'il a dit de la difficulté qu'il y eut à l'établir, la mention de ces *bancs de sable* ou de *limon* (*arenæ* et *limus* qui précède sont synonymes ici), qui se rattachent aux piles du pont, et qui augmentent d'autant la force du courant. Pourquoi prétendre que ces bancs de sable, parce qu'ils *touchent* au pont (*adnexæ*), le protégent nécessairement? Il y a là non une conséquence, mais bien une induction forcée.

20 *Pensiles*, « suspendus, » parce qu'ils semblaient construits en l'air.

21 *Patiens terræ... et humoris*, c'est-à-dire *idoneum ferendæ terræ et aquæ*.

22 *Terra sua*, pour *nativo solo*, « le sol qui les a produits. »

facta, sed etiam ipsam naturam[23] paulatim exedendo perimat; hæc moles, quæ tot arborum radicibus premitur tantique nemoris pondere onerata est, inviolata durat: quippe xx lati parietes[24] sustinent, undecim pedum intervallo distantes; ut procul visentibus silvæ montibus suis[25] imminere videantur. Syriæ regem[26], Babylone regnantem, hoc opus esse molitum, memoriæ proditum est, amore conjugis victum, quæ, desiderio nemorum silvarumque in campestribus locis, virum compulit amœnitatem naturæ genere hujus operis imitari. Diutius in hac urbe quam usquam constitit rex; nec ullus locus disciplinæ militari magis nocuit. (QUINT. CURT., V, c. 1.)

65.—DESCENTE DE CÉSAR EN BRETAGNE.

La Bretagne ancienne, qui répond à la Grande-Bretagne actuelle, fut découverte par des navigateurs marseillais. On verra dans cette narration que César, qui y descendit l'an de Rome 698, 55 av. J.-C., n'y fit que de faibles conquêtes. Depuis, les Romains poussèrent plus avant, d'abord sous Claude et ensuite sous Domitien, Adrien et Septime-Sévère.

His constitutis rebus[1], Cæsar nactus idoneam ad navigandum tempestatem, tertia fere vigilia[2] solvit[3], equitesque in ulteriorem portum[4] progredi et naves conscendere, et se sequi jussit: a quibus quum paulo tardius esset administratum[5], ipse hora diei quarta[6] cum primis navibus

23 *Ipsam naturam*, « les ouvrages de la nature même. »

24 *Parietes*. Ce sont les *pilæ saxo instructæ* dont il vient d'être question.

25 *Montibus suis*, comme *terra sua*, « leurs montagnes natales. »

26 *Syriæ regem*, « un roi de Syrie, » c.-à-d. d'Assyrie; c'est Nabuchodonosor II, selon Bérose, suivi par Josèphe (*Antiq. Jud.*, x, 13).

65. — 1 *His constitutis rebus*, « après avoir pris ces mesures, » savoir l'armement de 80 bâtiments de transport, l'envoi d'un détachement dans les cantons insoumis du pays des *Morini*, etc.

2 *Tertia vigilia*, « a la troisième veille, » c.-à-d., selon notre manière actuelle de mesurer le temps, entre minuit et une heure du matin. La nuit se divisait chez les Romains en quatre veilles, de six heures du soir à six heures du matin. Chaque veille était donc de trois heures.

3 *Solvit*, sous-entendu *naves*. César s'embarqua à *Portus Itius*. On est incertain sur l'emplacement de ce port. Walckenaër le place à Wissant; d'autres plus au S., soit à Ambleteuse, soit à Boulogne; d'autres enfin plus au N., à Calais, ou même à Mardick. Il est probable que César partit de l'endroit le plus rapproché de la côte d'Angleterre.

4 *In ulteriorem portum*. Cet autre port, que César appelle ailleurs *superior*, était situé en retour de *Portus Itius*, à droite et à l'E. Les petits ports de cette partie du littoral étant fort étroits, César avait distribué ses navires sur plusieurs points.

5 *Esset administratum*, sous-entendu *id*.

6 *Hora diei quarta*, c.-à-d. à dix heures du matin; six heures du ma-

Britanniam attigit, atque ibi[7] in omnibus collibus expositas hostium copias armatas conspexit. Cujus loci hæc erat natura : adeo montibus angustis mare continebatur[8], ut ex locis superioribus in littus telum adjici[9] posset. Hunc adegrediendum nequaquam idoneum arbitratus locum, dum reliquæ naves eo convenirent, ad horam nonam[10] in anchoris exspectavit. Interim, legatis, tribunisque militum convocatis, et quæ ex Voluseno[11] cognovisset, et quæ fieri vellet, ostendit : monuitque[12] (ut rei militaris ratio[13], maxime ut res maritimæ postularent, ut quæ celerem, atque instabilem motum haberent[14]), ad nutum[15] et ad tempus, omnes res ab iis administrarentur. His dimissis, et ventum et æstum uno tempore nactus secundum, dato signo, et sublatis anchoris, circiter millia passuum VIII ab eo loco progressus, aperto ac plano littore[16] naves constituit.

At barbari, consilio Romanorum cognito, præmisso equitatu, et essedariis, quo plerumque genere in præliis uti consuerunt, reliquis copiis subsecutis, nostros navibus egredi prohibebant. Erat ob has causas summa difficultas, quod naves propter magnitudinem nisi in alto constitui non poterant. Militibus autem, ignotis locis, impeditis manibus, magno et gravi onere armorum pressis, simul et de navibus desiliendum, et in fluctibus consistendum, et cum hostibus

tin répondant, chez nous, à la première heure du jour, dans la manière de compter des Romains. On voit que César, qui était parti entre minuit et une heure, effectua le trajet dans l'espace d'environ huit heures, ce qui est la durée ordinaire de la traversée entre Calais et Douvres.

7 *Ibi.* D'Anville (*Géog. anc.*, t. I, p. 101) soupçonne que César aborda à Lyme, aux environs de Douvres.

8 *Adeo montibus angustis*, etc., « la côte était bordée par des montagnes si escarpées. » *Angustis* dans le sens de *præruptis ; continebatur*, comme *coercebatur*. Cicéron (*ad Att.*, IV, 16) parle des *mirificæ moles* qui défendaient les abords de la Bretagne. Ces *moles*, ces *montes angusti* sont bien, en effet, les hautes falaises qui s'étendent sous le nom de *Dunes* en face du port de Douvres.

9 *Adjici*, comme *adigi*.

10 *Ad horam nonam*, c.-à-d. jusqu'à trois heures après-midi.

11 *Ex Voluseno.* César avait envoyé C. Volusenus avec un bâtiment de guerre pour reconnaître la côte de Bretagne. Celui-ci était revenu au bout de cinq jours lui faire son rapport.

12 *Monuitque*, etc. Cette phrase est assez embrouillée : l'action de *monuit* tombe sur *omnes res administrarentur*. Le membre de phrase entre crochets présente une double parenthèse.

13 *Ut rei militaris ratio*, etc., mot à mot « d'après ce qu'exigeait la tactique militaire, surtout en fait d'opérations maritimes. » *Ut* comme *prout*.

14 *Ut quæ celerem*, etc., « lesquelles sont soumises à de rapides et de soudaines variations. » *Motum instabilem*, à cause de la mobilité capricieuse de la mer. On sait que les tempêtes sont fréquentes dans le détroit de la Manche.

15 *Ad nutum*, au premier signe. »

16 *Aperto ac plano littore*, à Hyth, selon D'Anville.

erat pugnandum ; quum illi aut ex arido, aut paululum in aquam progressi, omnibus membris expediti [17], notissimis locis audacter tela conjicerent, et equos insuefactos [18] incitarent. Quibus rebus nostri perterriti, atque hujus omnino generis pugnæ imperiti non omnes eadem alacritate ac studio, quo in pedestribus uti præliis consueverant, utebantur.

Quod ubi Cæsar animadvertit, naves longas, quarum et species erat barbaris inusitatior [19], et motus ad usum expeditior [20], paululum removeri ab onerariis navibus, et remis incitari, et ad latus apertum hostium [21], constitui, atque inde fundis, tormentis [22], sagittis hostes propelli ac submoveri jussit : quæ res magno usui nostris fuit. Nam et navium figura, et remorum motu, et inusitato genere tormentorum permoti barbari constiterunt, ac paulum modo pedem retulerunt. At nostris militibus cunctantibus, maxime propter altitudinem maris, qui decimæ legionis aquilam ferebat, contestatus Deos, ut ea res legioni feliciter eveniret : « Desilite, inquit, commilitones, nisi vultis aquilam hostibus prodere. Ego certe meum Reipublicæ atque Imperatori officium præstitero. » Hoc quum magna voce dixisset, se ex navi projecit, atque in hostes aquilam ferre cœpit. Tum nostri cohortati inter se, ne tantum dedecus admitteretur, universi ex navi desiluerunt ; hos item alli ex proximis primis navibus quum conspexissent, subsecuti hostibus appropinquarunt. »

Pugnatum est ab utrisque acriter : nostri tamen quod neque ordines [23] servare, neque firmiter insistere, neque signa subsequi poterant, atque alius alia ex navi, quibuscumque signis occurrerat, se aggregabat, magnopere perturbabantur. Hostes vero, notis omnibus vadis, ubi ex littore aliquos singulares [24] ex navi egredientes conspexerant, incitatis equis impeditos [25] adoriebantur : plures paucos circum-

17 *Omnibus membris expediti*. Les Bretons ne portaient pas de bagages comme les Romains.

18 *Insuefactos*, comme *assuefactos*.

19 *Inusitatior*. Les Bretons ne se servaient que de bâtiments de charge.

20 *Motus ad usum expeditior*, « plus faciles à manœuvrer. » C'est une véritable hypallage pour *usus ad motum expeditior*, comme Virgile a dit : *dare classibus austros* (*Enéide*, III, 61).

21 *Ad latus apertum hostium* « vers l'endroit où l'ennemi se montrait à découvert. » Une partie des Bretons était sans doute cachée par les inégalités du terrain.

22 *Tormentis*, « machines de guerre, » balistes, scorpions. (Voy. Végèce, IV, 22).

23 *Ordines servare*, « garder leurs rangs. »

24 *Aliquos singulares*, « quelques soldats isolés. »

25 *Impeditos*, « embarrassés, » soit

sistebant : alii ab latere aperto[26] in universos[27] tela conjiciebant. Quod quum animadvertisset Cæsar, scaphas[28] longarum navium, item speculatoria[29] navigia militibus compleri jussit, et quos laborantes[30] conspexerat, iis subsidia submittebat. Nostri, simul in arido[31] constiterunt, suis omnibus consecutis, in hostes impetum fecerunt, atque eos in fugam dederunt; neque longius prosequi potuerunt, quod equites[32] cursum tenere[33] atque insulam capere[34] non potuerunt. Hoc unum ad pristinam fortunam Cæsari defuit.

Hostes prælio superati, simul atque se ex fuga receperunt, statim ad Cæsarem legatos de pace miserunt[35] : obsides daturos, quæque imperasset sese facturos, polliciti sunt. Una cum his legatis Commius Atrebas[36] venit, a Cæsare in Britanniam præmissus. Hunc illi e navi egressum, quum ad eos oratoris modo imperatoris mandata perferret, comprehenderant, atque in vincula conjecerant : tum prælio facto, remiserunt, et in petenda pace ejus rei culpam in multitudinem contulerunt, et propter imprudentiam ut ignosceretur petiverunt. Cæsar questus quod, quum ultro in continentem[37] legatis missis, pacem ab se petissent, bellum sine causa intulissent, ignoscere imprudentiæ dixit, obsidesque imperavit : quorum illi partem statim dederunt, partem, ex longinquioribus locis arcessitam, paucis diebus sese daturos dixerunt. Interea suos[38] remigrare in agros jusserunt : principesque undique conve-

par le poids de leurs armes et de leurs bagages, soit par la difficulté de marcher dans des bas-fonds.

26 *Ab latere aperto*. Voy. note 21, à la page précédente.

27 *In universos*, opposé à *singulares*.

28 *Scaphas*, « les chaloupes. »

29 *Speculatoria*, comme *exploratoria;* des bâtiments qui, chez les anciens, remplissaient dans les flottes le rôle que les *éclaireurs* jouent dans une armée. Ces bâtiments, dit Végèce (v, 7), avaient des voiles et des cordages de couleur *vert de mer*, afin de mieux échapper à la vue. Les hommes qui les montaient portaient un costume de même couleur.

30 *Laborantes*. « dans une situation critique. »

31 *In arido*, pour *in sicco*.

32 *Equites*, « les cavaliers » dont César s'était fait suivre. Ils avaient été assaillis par une tempête, comme on le verra à la page suivante.

33 *Cursum tenere*, « continuer leur route » (εὐθυδρόμειν).

34 *Insulam capere*, « prendre terre dans l'île » de Bretagne.

35 *Legatos... miserunt*. Ces députés, au témoignage de Dion (xxxix, 51), étaient des *Morini*, car il y avait alliance entre les peuples du littoral gaulois et les Bretons insulaires. On parlait la langue celtique des deux côtés du détroit.

36 *Commius Atrebas*. Ce Commius était un homme brave et capable que César avait, en récompense de ses services, établi roi des *Atrebates*. Les Atrebates étaient un peuple de la deuxième Belgique, vers le nord, aujourd'hui département du Pas-de-Calais.

37 *In continentem*, « en Gaule. » La Gaule est le continent par rapport à la Bretagne.

38 *Suos*, « les leurs. »

nire, et se civitatesque suas Cæsari commendare cœperunt.

His rebus pace firmata, post diem quartum, quam est in Britanniam ventum, naves XVIII de quibus supra demonstratum est, quæ equites sustulerant[39], ex superiore portu[40] leni vento solverunt. Quæ quum appropinquarent Britanniæ, et ex castris viderentur[41], tanta tempestas subito coorta est, ut nulla earum cursum tenere posset : sed aliæ eodem, unde erant profectæ, referrentur; aliæ ad inferiorem partem insulæ[42], quæ est propius solis occasum, magno sui cum periculo dejicerentur. Quæ tamen, anchoris jactis, quum fluctibus complerentur, necessario adversa nocte in altum provectæ continentem petiverunt.

Eadem nocte accidit, ut esset luna plena, quæ dies[43] maritimos æstus maximos[44] in Oceano efficere consuevit : nostrisque id erat incognitum[45]. In uno tempore et longas naves, quibus Cæsar exercitum transportandum curaverat, quasque in aridum subduxerat, æstus complebat; et onerarias, quæ ad anchoras erant deligatæ, tempestas afflictabat. Neque ulla nostris facultas aut administrandi aut auxiliandi dabatur. Compluribus navibus fractis, reliquæ quum essent funibus, anchoris reliquisque armamentis amissis, ad navigandum inutiles, magna, id quod necesse erat accidere, totius exercitus perturbatio facta est. Neque enim naves erant aliæ, quibus reportari possent; et omnia deerant, quæ ad reficiendas eas usui sunt; et quod omnibus constabat hiemare in Gallia oportere, frumentum his in locis in hiemem provisum non erat.

Quibus rebus cognitis, principes Britanniæ, qui post prælium ad ea, quæ jusserat Cæsar, facienda convenerant, inter se collocuti, quum equites, et naves, et frumentum Romanis deesse intelligerent; et paucitatem militum ex castrorum exiguitate cognoscerent; quæ hoc[46] erant etiam angustiora, quod sine impedimentis Cæsar legiones transportaverat : optimum factu esse duxerunt, rebellione facta,

39 *Quæ equites sustulerant*, mot à mot : « qui avaient emporté les cavaliers, » où la cavalerie s'était embarquée.

40 *Ex superiore portu*. Voy. plus haut, page 161, note 4.

41 *Ex castris viderentur*, « étaient en vue du camp. »

42 *Insulæ*, sous-ent. *Britanniæ*.

43 *Quæ dies*, « le jour de la pleine lune, » observation exacte.

44 *Maritimos æstus maximos*, « les plus fortes marées. »

45 *Incognitum*. Dans la Méditerranée le flux est à peine sensible. Les Romains ne pouvaient donc connaître le phénomène de la marée, et les Gaulois n'avaient eu garde d'avertir César.

46 *Hoc*, pour *eo ipso*.

frumento, commeatuque nostros prohibere, et rem in hiemem producere; quod, iis superatis[47], aut reditu interclusis, neminem postea belli inferendi causa in Britanniam transiturum confidebant.

Itaque, rursus conjuratione facta, paulatim ex castris discedere, ac suos clam ex agris deducere[48] cœperunt. At Cæsar, etsi nondum eorum consilia cognoverat, tamen et ex eventu navium suarum[49], et ex eo, quod obsides dare intermiserant[50], fore id quod accidit, suspicabatur. Itaque ad omnes casus subsidia comparabat. Nam et frumentum ex agris in castra quotidie conferebat; et quæ gravissime afflictæ erant naves earum materia[51] atque ære[52] ad reliquas reficiendas utebatur; et, quæ ad eas res erant usui, ex continenti comportari jubebat. Itaque quum id summo studio a militibus administraretur, duodecim navibus amissis, reliquis ut navigari commode posset, efficit.

Dum ea geruntur, legione, ex consuetudine, una frumentatum missa quæ appellabatur septima, neque ulla ad id tempus belli suspicione interposita[53], quum pars hominum[54] in agris remaneret, pars etiam in castra ventitaret; ii, qui pro portis castrorum in statione erant[55], Cæsari renuntiaverunt, pulverem majorem, quam consuetudo ferret, in ea parte videri, quam in partem[56] legio[57] iter fecisset[58]. Cæsar, id quod erat suspicatus, aliquid novi a barbaris initum consilii, cohortes, quæ in stationibus erant, secum in eam partem proficisci, duas ex reliquis[59] in sta-

47 *Iis superatis,* « si ceux-là (l'armée expéditionnaire qui avait suivi César) étaient vaincus. »

48 *Ex agris deducere,* « rappeler sous les drapeaux. » Nous avons vu précédemment que les chefs Bretons avaient renvoyé leurs troupes dans leurs foyers, *in agros.*

49 *Ex eventu navium suarum,* « d'après ce qui était arrivé à ses navires. »

50 *Quod obsides dare intermiserant,* « en raison de ce qu'ils avaient suspendu la remise des otages. »

51 *Materia,* « le bois » qui était entré dans leur construction.

52 *Ære,* « le cuivre » dont ils étaient garnis. Les anciens se servaient surtout de cuivre dans la fafabrication des vaisseaux; ils employaient ce métal comme on l'emploie encore aujourd hui, à doubler la carène des bâtiments. Les clous qui rattachaient entre elles les différentes pièces étaient de cuivre, ainsi que l'éperon (*rostrum*) dont la proue était armée.

53 *Nulla suspicione,* etc., « sans que rien eût transpiré des dispositions hostiles des Bretons. »

54 *Hominum,* « des habitants du pays. »

55 *In statione erant.* Un camp romain était ordinairement garde par une cohorte et par un escadron de cavalerie. C'est ce qu'on appelait *statio,* « un poste, » ou plutôt « une grand' garde. »

56 *Quam in partem,* pour *in quam.* Cette répétition est ordinaire chez César.

57 *Legio.* La légion qui avait été fourrager.

58 *Fecisset,* comme *fecerat.*

59 *Ex reliquis,* comme *ex aliis.* Ces mots semblent oiseux; ils se sont

tionem succedere, reliquas armari, et confestim se subsequi, jussit. Quum paulo longius a castris processisset, suos ab hostibus premi, atque ægre sustinere[60], et conferta legione ex omnibus partibus tela conjici animadvertit[61]. Nam quod, omni ex reliquis partibus demesso frumento, una pars erat reliqua[62], suspicati hostes huc nostros esse venturos, noctu in sylvis delituerant : tum dispersos, depositis armis, in metendo occupatos subito adorti, paucis interfectis, reliquos incertis ordinibus[63] perturbaverant : simul equitatu atque essedis[64] circumdederant.

Genus hoc est ex essedis pugnæ : primo per omnes partes perequitant, et tela conjiciunt, atque ipso terrore equorum et strepitu rotarum ordines plerumque perturbant ; et quum se inter equitum turmas insinuaverunt, ex essedis desiliunt, et pedites præliantur. Aurigæ interim[65] paulatim ex prælio excedunt, atque ita currus collocant, ut si illi a multitudine hostium premantur, expeditum ad suos receptum habeant. Ita mobilitatem equitum, stabilitatem peditum, in præliis præstant[66], ac tantum usu quotidiano et exercitatione efficiunt, uti in declivi ac præcipiti loco incitatos equos sustinere, et brevi[67] moderari ac flectere, et per temonem percurrere, et in jugo insistere, et inde se in currus citissime recipere consuerint.

Quibus rebus, perturbatis nostris novitate pugnæ, tempore opportunissimo Cæsar auxilium tulit : namque ejus adventu hostes constiterunt, nostri se ex timore receperunt. Quo facto, ad lacessendum[68] et ad committendum prælium alienum esse tempus arbitratus, suo se loco continuit, et brevi tempore intermisso, in castra legiones reduxit. Dum hæc geruntur, nostris omnibus occupatis, qui erant in agris

peut-être glissés dans le texte par l'inadvertance d'un copiste trompé par *reliquas* et *ex reliquis* qui suit.

60 *Sustinere,* sous-entendu *impetum hostium.*

61 *Conferta legione,* etc., « que des traits étaient lancés de toutes parts sur les légions qui présentaient une masse compacte. » *Conferta legione,* comme s'il y avait *in eos qui conferti pugnabant.*

62 *Pars una erat reliqua,* « une partie du sol était restée intacte. »

63 *Incertis ordinibus,* « qui marchaient sans ordre, » sans garder les rangs, à la débandade.

64 *Essedis.* Les *esseda* étaient des chariots de guerre qui avaient été inventés en Belgique. Ils étaient à deux roues, et attelés de deux chevaux ou deux mulets l'un devant l'autre.

65 *Interim,* « pendant le combat. »

66 *In præliis præstant,* sous-ent. *Britanni,* et non *aurigæ.* Les Bretons réunissent ainsi le double avantage de la cavalerie et de l'infanterie, la mobilité de l'une et la consistance de l'autre.

67 *Brevi,* sous-entendu *in loco,* « dans un étroit espace. »

68 *Ad lacessendum,* se rapportant à *prælium,* « pour escarmoucher. »

reliqui[69], discesserunt[70]. Secutæ sunt continuos complures dies[71] tempestates, quæ et nostros in castris continerent, et hostem a pugna prohiberent. Interim barbari nuntios in omnes partes dimiserunt, paucitatemque nostrorum militum suis prædicaverunt, et quanta prædæ faciendæ, atque in perpetuum sui liberandi facultas daretur, si Romanos castris expulissent, demonstraverunt. His rebus celeriter magna multitudine peditatus equitatusque, coacta ad castra venerunt.

Cæsar, etsi idem, quod superioribus diebus acciderat, fore videbat, ut, si essent hostes pulsi, celeritate periculum effugerent : tamen nactus equites circiter triginta[72] quos Commius Atrebas, de quo ante dictum est, secum transportaverat, legiones in acie pro castris[73] constituit. Commisso prælio, diutius nostrorum militum impetum hostes ferre non potuerunt, ac terga verterunt : quos tanto spatio secuti, quantum cursu et viribus efficere potuerunt, complures ex iis occiderunt; deinde omnibus longe lateque ædificiis incensis se in castra receperunt.

Eodem die legati ab hostibus missi ad Cæsarem de pace venerunt. His Cæsar numerum obsidum, quem antea imperaverat, duplicavit; eosque in continentem adduci jussit; quod propinqua die æquinoctii[74], infirmis navibus hiemi navigationem subjiciendam non existimabat. Ipse idoneam tempestatem nactus, paulo post mediam noctem naves solvit : quæ omnes incolumes ad continentem pervenerunt. Ex his onerariæ duæ eosdem, quos reliquæ, portus capere[75] non potuerunt, sed paulo infra delatæ sunt. His rebus gestis ex litteris Cæsaris dierum xx supplicatio a senatu decreta est[76]. (Cæs. de Bell. Gall., iv, cap. 23-38.)

69 *Qui erant in agris reliqui* etc. Les Bretons dont il a été question plus haut : « *quum pars hominum in agris remaneret.* »

70 *Discesserunt,* c'est-à-dire *secessionem fecerunt,* « se joignirent aux révoltés. »

71 *Continuos... dies,* sous-entendu *per.*

72 *Triginta equites.* Ce petit nombre peut surprendre, mais c'est à tort qu'on a voulu substituer le chiffre 300 au chiffre 30. Où et comment César aurait-il pu se procurer ces 300 chevaux? On se rappelle que la cavalerie de César n'avait pu aborder en Bretagne, et que les quelques cavaliers qui avaient pu débarquer dans l'île avaient été obligés de regagner le continent.

73 *Pro castris,* « devant la ligne du camp. »

74 *Æquinoctii.* Il s'agit de l'équinoxe d'automne, qui tombe au mois de septembre.

75 *Capere,* pour *appellere.*

76 *Supplicatio decreta est.* Quand un général avait remporté une victoire signalée, le sénat ordonnait qu'on rendît aux dieux des actions de grâces dans tous les temples. C'est ce qu'on appelait *supplicatio* ou *sup-*

66. — PASSAGE DU RHONE PAR ANNIBAL.

A la nouvelle qu'Annibal avait franchi l'Èbre, pendant la seconde guerre punique, les Romains avaient envoyé P. Cornélius Scipion avec soixante vaisseaux pour croiser le long des côtes méridionales de la Gaule. Mais, tandis que Scipion croyait que le général carthaginois était encore de l'autre côté des Pyrénées, celui-ci s'avançait déjà vers les bords du Rhône Le passage de ce fleuve eut lieu l'an 535 de Rome, 218 av. J.-C.

Annibal, ceteris metu aut pretio pacatis, jam in Volcarum[1] pervenerat agrum, gentis validæ. Colunt autem circa utramque ripam Rhodani : sed diffisi citeriore agro arceri Pœnum posse, ut flumen pro munimento haberent, omnibus ferme suis trans Rhodanum trajectis, ulteriorem ripam amnis armis obtinebant. Ceteros accolas fluminis[2] Annibal, et eorum[3] ipsorum qui sedes tenuerant, simul perlicit donis ad naves undique contrahendas fabricandasque : simul et ipsi trajici exercitum, levarique quamprimum regionem suam tanta urgente hominum turba cupiebant. Itaque ingens coacta vis navium est lintriumque[4] temere ad vicinalem usum paratarum[5] : novasque alias primum Galli inchoantes cavabant[6] ex singulis arboribus : deinde et ipsi milites, simul copia materiæ, simul facilitate operis inducti, alveos[7] informes (nihil dummodo innare aquæ et capere onera possent curantes) quibus se suasque transveherent, raptim faciebant.

Jamque omnibus satis comparatis ad trajiciendum, terrebant ex adverso hostes[8], omnem ripam equites virique obtinentes : quos ut averteret, Hannonem, Bomilcaris filium, vigilia prima noctis, cum parte copiarum, maxime Hispanis, adverso flumine[9] ire iter unius diei jubet : et ubi primum posset, quam occultissime trajecto amni, circum-

plicium. Suétone (*Cæsar*, c. 24) dit que les succès de César lui valurent des *supplicationes* plus nombreuses et plus longues que qui que ce fût.

66.—1 *Volcarum*. Les Volces se divisaient en *Volcæ Tectosages* et en *Volcæ Arecomici*. Ils habitaient la première Narbonnaise.

2 *Ceteros accolas fluminis,* « les autres peuples riverains. »

3 *Et eorum ipsorum,* sous-entendu *Volcarum*, « et parmi les Volces eux-mêmes, ceux... »

4 *Lintrium*,... probablement « des bacs, des bateaux plats » servant à transporter des passagers et des marchandises d'un bord du fleuve à l'autre.

5 *Temere... paratarum*, « telles que le hasard les offrait. »

6 *Primum Galli inchoantes cavabant.* Pour la construction de nouvelles barques, des Gaulois, faisant le premier travail, ébauchant l'ouvrage (*primum inchoantes*), usaient de troncs d'arbres qu'ils creusaient : chaque tronc donnait une barque.

7 *Alveos,* des espèces de *toues*, des barques sans gouvernail.

8 *Hostes* est sujet de la phrase.

9 *Adverso flumine,* « en remontant le fleuve, » en amont.

ducere agmen; ut quum opus facto sit, adoriatur ab tergo hostem. Ad id dati duces Galli edocent inde millia quinque et viginti ferme supra, parvæ insulæ circumfusum amnem, latiorem ubi dividebatur[10], eoque minus alto alveo, transitum ostendere. Ibi raptim cæsa materia, ratesque fabricatæ, in quibus equi virique et alia onera trajicerentur Hispani, sine ulla mole[11] in utres vestimentis conjectis, ipsi cetris suppositis incubantes, flumen tranavere. Et alius exercitus[12] ratibus junctis trajectus, castris prope flumen positis, nocturno itinere atque operis labore fessus, quiete unius diei reficitur; intento duce[13] ad consilium opportune exsequendum. Postero die profecti ex loco edito fumo significant, se transisse, et haud procul abesse. Quod ubi accepit Annibal, ne tempori deesset[14], dat signum ad trajiciendum. Jam paratas aptatasque[15] habebat pedes lintres: equites[16] fere propter[17] equos nantes navium agmen[18], ad excipiendum adversi impetum[19] fluminis, parte superiore transmittens[20], tranquillitatem infra trajicientibus lintribus præbebat. Equorum pars magna nantes loris a puppibus trahebantur, præter eos, quos instratos frenatosque, ut extemplo egresso in ripam equiti usui essent, imposuerant in naves.

Galli occursant in ripam cum variis ululatibus cantuque moris sui, quatientes scuta super capita, vibrantesque dextris tela, quanquam et ex adverso terrebat tanta vis navium cum ingenti sono fluminis et clamore vario nautarum et militum, qui nitebantur perrumpere impetum fluminis, et qui ex altera ripa trajicientes suos hortabantur. Jam satis paventes adverso tumultu[21] terribilior ab tergo adortus clamor, castris ab Hannone captis. Mox et ipse[22] aderat, ancepsque[23] terror circumstabat, et e navibus tanta vi armatorum in terram evadente, et ab tergo improvisa

10 *Ubi dividebatur,* « au point où il se divisait en deux bras, » à la pointe de l'île.

11 *Sine ulla mole,* « sans hésitation. »

12 *Alius exercitus,* « l'autre partie du corps d'armée. »

13 *Duce,* le chef du détachement, Hannon.

14 *Ne tempori deesset,* « pour ne pas manquer l'occasion favorable. »

15 *Aptatas,* « équipées, gréées. »

16 *Equites,* etc. Construisez : *navium agmen transmittens equites fere propter equos nantes.*

17 *Propter,* pour *prope, juxta.*

18 *Navium agmen,* « la ligne des grosses embarcations. »

19 *Ad excipiendum impetum,* « pour briser le courant. »

20 *Transmittens equites,* « portant les cavaliers à l'autre bord. »

21 *Adverso tumultu,* « par le tumulte qui se produisait en face d'eux. »

22 *Ipse.* Hannon, « lui aussi, » de son côté; opposé à *clamor.*

23 *Anceps,* dans le sens de *duplex*

premente acie. Galli, postquam utroque[24] vim facere conati pellebantur, qua patere visum maxime iter, perrumpunt, trepidique in vicos passim suos diffugiunt. Annibal, ceteris copiis per otium trajectis, spernens jam gallicos tumultus, castra locat. Elephantorum trajiciendorum varia consilia fuisse credo : certe variata memoria actæ rei[25]. Quidam, congregatis ad ripam elephantis, tradunt ferocissimum ex iis irritatum ab rectore suo, quum refugientem in aquam nantem sequeretur[26], traxisse gregem, ut[27] quemque timentem altitudinem destituerat vadum[28], impetu ipso fluminis in alteram ripam rapiente[29]. Ceterum magis constat, ratibus trajectos : id ut tutius consilium ante rem foret[30], ita, acta re, ad fidem pronius est. Ratem unam[31], ducentos longam pedes, quinquaginta latam, a terra in amnem porrexerunt[32] : quam, ne secunda aqua deferretur, pluribus validis retinaculis parte superiore ripæ religatam, pontis in modum humo injecta constraverunt, ut belluæ audacter velut per solum[33] ingrederentur. Altera ratis, æque lata, longa pedes centum, ad trajiciendum flumen apta, huic copulata est : et quum elephanti, per stabilem ratem, tanquam viam, prægredientibus feminis, acti, in minorem applicatam transgressi sunt; extemplo resolutis, quibus leviter annexa erat, vinculis, ab actuariis aliquot navibus[34] ad alteram ripam pertrahitur. Ita primis expositis[35], alii

24 *Utroque,* « des deux côtés à la fois, » contre le détachement d'Hannon et contre ceux qui passaient.

25 *Certe variata memoria actæ rei,* « ce qu'il y a de sûr, c'est que le fait a été diversement rapporté. » *Variata,* « *varie exposita*; » *memoria,* « *narratio.* »

26 *Quum refugientem,* etc. Le cornac s'était jeté à l'eau pour échapper à l'éléphant, et celui-ci s'était lancé à la suite de son conducteur nageant. Ce *nantem* est peut-être une glose qui s'est introduite dans le texte.

27 *Ut* dans le sens de *prout.*

28 *Ut quemque timentem,* etc. Construisez : *ut vadum destituerat quemque timentem altitudinem,* mot à mot : « à mesure que le fond solide (*vadum*) venait à manquer sous les pieds de chacun de ces animaux, etc. ; » à mesure que l'appréhension que leur causait la profondeur de l'eau leur faisait successivement lâcher pied.

29 *Impetu ipso,* etc. On a quelque peine à comprendre comment le courant du fleuve, même en admettant qu'il a été brisé par le passage des barques et des chevaux, pouvait porter les éléphants à l'autre bord.

30 *Id ut tutius,* etc. « Ce parti était le plus sûr avant l'opération ; » et, du moment que la chose a été effectuée, l'adoption de ce parti est ce qu'il y a de plus croyable. *Ut* opposé à *ita.*

31 *Ratem unam,* « un radeau unique, «composé sans doute d'un grand nombre de barques liées bord à bord et recouvertes d'un plancher formant pont.

32 *A terra in amnem,* etc. On établit ce radeau de 200 pieds de long sur une largeur de 50 pieds dans le fleuve, à partir du bord (*a terra*).

33 *Per solum,* c'est-à-dire *per solidum.*

34 *Actuariis navibus,* des bâtiments légers, » allant à la voile et à la rame. *Actuariæ,* c'est-à-dire *quæ possunt facile agi.*

35 *Expositis,* « débarqués. »

deinde repetiti ac trajecti sunt. Nihil sane trepidabant, donec continenti velut ponte agerentur[36]. Primus erat pavor, quum, soluta ab ceteris[37] rate, in altum raperentur : ibi, urgentes inter se, cedentibus extremis ab aqua, trepidationis[38] aliquantum[39] edebant; donec quietem ipse timor circumspectantibus aquam fecisset[40]. Excidere etiam sævientes[41] quidam in flumen; sed, pondere ipso stabiles, dejectis rectoribus, quærendis pedetentim vadis, in terram evasere.

Dum elephanti trajiciuntur, interim Annibal Numidas equites quingentos ad castra romana miserat speculatum, ubi, et quantæ copiæ essent, et quid pararent. Huic alæ equitum missi ab ostio Rhodani trecenti Romanorum equites occurrunt. Prælium atrocius, quam pro numero pugnantium, editur. Nam præter multa vulnera, cædes etiam prope par utrimque fuit : fugaque et pavor Numidarum Romanis, jam admodum fessis, victoriam dedit. Victores ad centum sexaginta, nec omnes Romani, sed pars Gallorum; victi amplius ducenti ceciderunt. Hoc principium simul omenque belli, ut summæ rerum prosperum eventum, ita haud sane incruentam ancipitisque certaminis[42] victoriam Romanis portendit. (TIT. LIV., XXI, c. 26-29.)

67.—VOYAGE D'ALEXANDRE A L'OCÉAN.

Ce voyage d'Alexandre, roi de Macédoine, raconté également par Arrien, qui ne s'écarte de Quinte-Curce que sur quelques faits de détail, eut lieu l'an 322 av. J.-C.

Pervicax cupido Alexandrum visendi Oceanum, adeundique terminos mundi, sine regionis peritis, flumini ignoto[1] caput suum totque fortissimorum virorum salutem permittere [coegit]. Navigabant ergo, omnium per quæ fere-

36 *Donec continenti*, etc., « tant qu'ils s'avançaient (sur le radeau et sur l'embarcation de transport qui y était attachée) comme sur un pont continu. »

37 *Ab ceteris* ne peut s'entendre que du radeau formé, comme nous l'avons dit, de barques liées bord à bord ; « du reste de l'appareil. »

38 *Cedentibus extremis ab aqua, trepidationis*, etc. « ceux qui étaient aux extrémités de l'embarcation reculant par crainte de l'eau »

39 *Aliquantum*. Voy. Narrat. 51, n. 1.

40 *Quietem fecisset*, « les eût amenés à se tenir tranquilles. »

41 *Sævientes*, « courroucés, exaspérés, se mutinant. »

42 *Certaminis ancipitis*, « d'une lutte douteuse, » qui serait marquée par des alternatives de succès et de revers.

67.—1 *Flumini ignoto*, l'Indus, le Sind, en indien *Zombodipo*.

bantur ignari : quantum inde abesset mare, quæ gentes colerent, quam placidum amnis os, quam patiens longarum navium esset[2], anceps et cæca æstimatio augurabatur. Unum erat temeritatis solatium, perpetua felicitas. Jam quadringenta stadia processerant, quum gubernatores agnoscere ipsos auram maris[3], et haud procul videri sibi Oceanum abesse indicant regi. Lætus ille hortari nauticos cœpit, incumberent remis : adesse finem laboris omnium votis expetitum. Jam nihil gloriæ deesse, nihil obstare virtuti; sine ullo mortis discrimine, sine sanguine orbem terræ[4] ab illis capi : ne naturam quidem longius posse procedere : brevi incognita, nisi immortalibus, esse visuros. Paucos tamen navigio emisit in ripam, qui agrestes vagos exciperent, e quibus certiora nosci posse sperabat : illi, scrutati omnia tuguria, tandem latentes reperere, qui, interrogati quam procul abesset mare, responderunt nullum ipsos mare, ne fama quidem, accepisse; cæterum, tertio die perveniri posse ad aquam amaram quæ corrumperet dulcem. Intellectum est mare destinari[5] ab ignaris naturæ ejus : itaque ingenti alacritate nautici remigant, et proximo quoque die, quo propius spes admovebatur, crescebat ardor animorum. Tertio jam die mixtum flumini subibat mare, leni adhuc æstu[6] confundente dispares[7] undas. Tum aliam insulam[8], medio amni sitam, evecti[9] paulo lentius, quia cursus æstu reverberabatur[10], applicant classem, et ad commeatus petendos discurrunt, securi casus[11] ejus qui supervenit ignaris.

Tertia ferme hora erat, quum stata vice[12] Oceanus exæstuans invehi cœpit[13] et retro flumen urgere; quod

2 *Quam patiens longarum navium esset*, « jusqu'à quel point elle était susceptible d'admettre des vaisseaux longs. » Les *naves longæ* étaient les vaisseaux de guerre (trirèmes, quadrirèmes), parce qu'ils étaient plus longs que les vaisseaux de charge (*onerariæ*).

3 *Auram maris*, « la brise de mer. »

4 *Orbem terræ*, pour *terminum terræ*, par hyperbole.

5 *Destinari*, pour *designari*.

6 *Leni adhuc æstu*, « la marée se faisant encore faiblement sentir. »

7 *Dispares*, « différentes, » soit de couleur, soit même de saveur.

8 *Aliam insulam*. Il est parlé, dans un chapitre précédent, d'une autre île où Alexandre avait relâché.

9 *Evecti*. Notez *evecti insulam*, pour *evecti in insulam*.

10 *Quia cursus*, etc., « parce que la marche des navires était ralentie par le choc des eaux refoulées, » c'est-à-dire par le flux.

11 *Securi casus*, « sans prévoir l'accident. »

12 *Stata vice*, « dans ses retours réguliers, périodiques. »

13 *Exæstuans invehi cœpit*. Quinte-Curce a déjà dit que le flux se faisait sentir, quoique faiblement. On s'étonne de voir ici que la mer commence à pénétrer en bouillonnant dans le fleuve. comme s'il était ques-

primo coercitum[14]; deinde vehementius pulsum, majore impetu adversum[15] agebatur quam torrentia præcipiti alveo incurrunt. Ignota vulgo freti natura erat[16], monstraque et iræ deum indicia cernere videbantur. Identidem intumescere mare, et in campos paulo ante siccos descendere superfusum. Jamque levatis navigiis et tota classe dispersa, qui expositi erant, undique ad naves, trepidi et improviso malo attoniti, recurrunt : sed in tumultu festinatio quoque tarda est[17]. Hi contis navigia appellebant[18]; hi, dum remos aptari prohibebant[19], consederant : quidam enavigare properantes, sed non exspectatis qui simul esse debebant, clauda et inhabilia navigia languide moliebantur[20]; aliæ navium inconsulte ruentes non receperant; pariterque et multitudo et paucitas festinantes morabatur. Clamor, hinc exspectare, hinc ire jubentium, dissonæque voces nusquam idem ac unum tendentium, non oculorum modo usum, sed etiam aurium abstulerant[21]; ne in gubernatoribus quidem quidquam opis erat, quorum nec exaudiri vox a tumultuantibus poterat, nec imperium a territis incompositisque servari. Ergo collidi inter se naves, abstergerique[22] invicem remi, et alii aliorum navigia urgere

tion d'un phénomène nouveau, et non pas du même phénomène de plus en plus prononcé. Si la marée montante, *la barre*, arrive seulement alors, le flux n'agissait donc pas précédemment? Il y a là une inadvertance de l'auteur.

14 *Primo coercitum*, « d'abord arrêté dans son cours. »

15 *Adversum*, c.-à-d. *retrorsum*.

16 *Ignota vulgo freti natura erat*. Voltaire suppose qu'Alexandre devait connaître les effets de la marée d'après ce qu'il avait dû voir de ce phénomène dans le détroit d'Euripe, entre l'Attique et l'Eubée; mais, dans la Méditerranée, le flux et le reflux sont presque insensibles et ne ressemblent en rien aux grandes marées de l'Océan.

17 *In tumultu festinatio tarda est*, « dans le tumulte, le trop d'empressement est une cause de retard. » Tacite a dit (Narration de l'*Incendie de Rome*) : *pars morans, pars festinans cuncta impediebant*.

18 *Appellebant*, sous-entendu *ad terram*.

19 *Hi, dum remos*, etc. « d'autres, se refusant à laisser disposer les rames, s'étaient assis. » Cette phrase, qui a embarrassé les interprètes, ne nous semble pas présenter de difficulté sérieuse. Elle est opposée à celle qui suit, et établit un contraste entre les soldats qui, refusant par peur de se remettre en route, s'étaient assis, probablement sur les rames, afin d'empêcher qu'on ne les ajustât, et ceux de leurs compagnons qui, sous le coup de la première épouvante, s'étaient hâtés de gagner le large.

20 *Clauda et inhabilia*, etc., « boiteux et comme estropiés, marchant *que bien que mal* » faute de bras pour les manœuvrer.

21 *Non oculorum modo*, etc. Il semble qu'il eût été plus logique de dire : *non aurium modo, sed etiam oculorum*. Comment des cris discordants peuvent-ils empêcher non seulement de *voir*, mais même d'*entendre*? On comprendrait que ces cris enlevassent non-seulement l'usage de l'ouïe, mais encore l'usage des yeux; qu'ils rendissent sourd, et jusqu'à un certain point, aveugle. Résolve la difficulté qui pourra.

22 *Abstergeri*. Expression pitto-

cœperunt : crederes, non unius exercitus classem vehi, sed duorum navale inisse certamen; incutiebantur puppibus proræ, premebantur a sequentibus qui antecedentes turbaverant : jurgantium ira perveniebat etiam ad manus.

Jamque æstus totos circa flumen campos inundaverat, tumulis duntaxat eminentibus velut insulis parvis, in quos plerique trepidi, omissis navigiis, enare cœperunt. Dispersa classis partim in præalta aqua[23] stabat, qua subsederant valles[24], partim in vado hærebat, utcumque inæquale terræ fastigium occupaverant undæ[25]; quum subito novus et pristino major terror incutitur : reciprocare cœpit mare magno tractu aquis in suum fretum recurrentibus; reddebatque[26] terras paulo ante profundo salo mersas. Igitur destituta[27] navigia, alia præcipitantur in proras; alia in latera procumbunt; strati erant campi sarcinis, armis, avulsarum tabularum remorumque fragmentis; miles nec egredi in terram, nec in naves[28] subsistere audebat, identidem præsentibus graviora quæ sequerentur exspectans. Vix quæ perpetiebantur videre ipsos credebant; in sicco naufragia[29], in amni mare. Nec finis malorum; quippe æstum paullo post mare relaturum, quo navigia allevarentur[30], ignari, famem et ultima sibimet ominabantur : belluæ quoque, fluctibus destitutæ, terribiles vagabantur[31].

Jamque nox appetebat; et regem quoque desperatio salutis ægritudine affecerat. Non tamen invictum animum curæ obruunt, quin tota nocte persideret in speculis[32], equitesque præmitteret ad os amnis, ut quum mare rursus exæstuare sensissent, præcederent[33]. Navigia quoque et lace-

resque. Par suite du choc des bâtiments, les rames étaient comme *balayées*.

23 *In præalta aqua*, « en plein canal. »

24 *Qua subsederant valles*, m. à m. « à l'endroit où les vallées formaient enfoncement, » où le sol abaissé formait des vallées.

25 *Utcumque inæquale*, etc., « partout où des parties de terrain inégales, proéminentes (tertres, monticules), avaient été envahies par les eaux. »

*26 *Reddebat*, pour *retegebat*, «laissait reparaître. »

27 *Destituta*, « abandonnés par l'eau qui se retirait, » demeurant à sec.

28 *In naves*. Probablement *in nave*. L'*s* final de *naves* doit provenir de l'initiale du mot suivant (*subsistere*), dont le son aura trompé l'oreille du copiste.

29 *In sicco naufragia*, « des naufrages sur la terre, » ou, du moins, l'apparence de naufrages; des vaisseaux échoués.

30 *Allevarentur*, « seraient soulevés, » remis à flot.

31 *Vagabantur*. Il y a ici, comme dans ce qui précède, quelque peu de déclamation et d'emphase.

32 *Quin persideret in speculis*, « au point de l'empêcher de se tenir aux aguets, » en prenant *persidere in speculis* soit au propre, soit au figuré.

33 *Præcederent*, sous-entendu *æstum*. Seulement, si les flots devaient se précipiter comme la première

rata refici, et eversa fluctibus erigi jubet, paratosque esse et intentos, quum rursus mare terras inundasset.

Tota ea nocte inter vigilias adhortationesque consumpta, celeriter et equites ingenti cursu refugere, et secutus est æstus, qui primo, aquis leni tractu subeuntibus[34], cœpit levare navigia ; mox totis campis inundans etiam impulit classem : plaususque militum nauticorumque, insperatam salutem immodico celebrantium gaudio, littoribus ripisque resonabat. Unde tantum redisset subito mare, quo pridie refugisset, quænam esset ejusdem elementi natura, modo discors, modo imperio temporum obnoxia[35], mirabundi requirebant. Rex quum ex eo quod acciderat conjectaret, post solis ortum statum tempus esse[36], media nocte, ut æstum occuparet[37], cum paucis navigiis secundo amne defluxit : evectusque os ejus[38], quadraginta stadia processit in mare : tandem voti sui compos, præsidibusque maris et locorum diis sacrificio facto, ad classem rediit. (QUINT. CURT , IX, c. 9.)

68.—PASSAGE DES ALPES PAR ANNIBAL.

Le passage des Alpes par Annibal se rapporte à l'an 535 de Rome, 218 avant J.-C. Quant au lieu où le passage s'effectua, on est réduit à des conjectures. D'une part on a trouvé des médailles carthaginoises sur le Grand Saint-Bernard; d'autre part, ce sommet susceptible d'un campement, ce promontoire et cette vue des plaines de l'Italie, enfin cette descente si rapide, ne conviennent guère qu'au Mont-Cenis. La tradition veut qu'Annibal y ait passé. Mais l'opinion la plus probable et la plus généralement accréditée aujourd'hui, c'est que le général carthaginois entra dans les Alpes par les sources de l'Isère et par le Petit Saint-Bernard. (Voy. sur ce

fois, *avec la rapidité d'un torrent,* ces cavaliers auraient eu peine à devancer la marée.

34 *Aquis leni tractu subeuntibus.* Ici comme plus haut, on s'explique mal l'effet simultané de cette *barre* impétueuse qui arrive et de ce mouvement de marée montante qui se fait doucement sentir. Ces mots *ingenti cursu* et *leni tractu* semblent impliquer contradiction. L'édition Panckoucke porte : « s'élançant d'abord avec lenteur, » expressions singulières que nous n'imputons qu'à Quinte-Curce.

35 *Modo discors, modo imperio,...* etc., « tantôt désordonné, tantôt soumis à l'ordre du temps, » désordonné, en discorde avec soi-même dans ses convulsions alternatives; soumis à la marche du temps dans la régularité de ses mouvements.

36 *Statum tempus esse,* « que l'heure fixe de la marée. » On sait que la marée n'arrive pas *à heure fixe,* et que par chaque jour *le flot* est d'une heure en retard; mais Alexandre l'ignorait.

37 *Ut æstum occuparet,* « pour prévenir le flux. »

38 *Evectusque os ejus,* c'est-à-dire *ad ostia fluminis delatus.*

sujet l'édition Lemaire; Letronne, *Journal des Savants*, 1819; de Saussure *Voyage dans les Alpes*, etc.)

Annibal ab Druentia [1] campestri maxime itinere cum bona pace [2] ad Alpes incolentium ea loca Gallorum pervenit. Tum quanquam fama prius [3] (qua incerta in majus vero ferri solent) præcepta res erat [4]; tamen ex propinquo visa montium altitudo nivesque cœlo prope immixtæ, tecta[5] informia posita rupibus, pecora jumentaque torrida frigore [6], homines intonsi et inculti, animalia inanimaque omnia rigentia gelu, cetera visu quam dictu fœdiora, terrorem renovarunt. Erigentibus in primos agmen [7] clivos [8] apparuerunt imminentes tumulos insidentes montani[9] : qui, si valles occultiores[10] insedissent, coorti in pugnam repente, ingentem fugam stragemque dedissent. Annibal consistere signa jubet, Gallisque [11] ad visenda loca præmissis, postquam comperit transitum ea [12] non esse, castra inter confragosa omnia præruptaque [13], quam extensissima potest valle locat. Tum per eosdem Gallos, haud sane multum lingua moribusque abhorrentes, quum se immiscuissent colloquiis montanorum [14], edoctus interdiu tantum obsideri saltum [15], nocte in sua quemque dilabi tecta; luce prima subiit tumulos [16], ut ex aperto atque interdiu viam per

68.— [1] *Druentia,* « la Durance, » rivière qui prend sa source dans le mont Genèvre (Alpes Cottiennes), et qui tombe dans le Rhône au-dessous d'Avignon.

[2] *Cum bona pace,* « en restant dans de bons termes, en conservant de bons rapports avec... »

[3] *Prius,* sous-entendu *quam eo venissent.*

[4] *Præcepta res erat* (*fama*), « le fait leur avait été signalé d'avance; » ils étaient préparés à cette impression.

[5] *Tecta,* « les huttes, » ce qu'on appelle aujourd'hui des « chalets. »

[6] *Torrida frigore,* m. à m. « brûlés par le froid; » l'action du froid exerce sur les corps une sorte de racornissement analogue à l'action du feu. La pompe des expressions dans cette magnifique période, ce qu'il y a de brillant, de poétique dans les images n'est pas un simple lieu commun de description. Tite-Live s'est placé au point de vue des Carthaginois, et l'on conçoit en effet la stupéfaction, la terreur que ces glaces, ces neiges éternelles, que tous les étranges spectacles de cette nature alpestre durent inspirer à des hommes du midi, à des Africains.

[7] *Erigentibus... agmen,* « s'échelonnant. »

[8] *Primos... clivos,* « les premières pentes, les premiers contre-forts, les premiers gradins des montagnes. »

[9] *Apparuerunt,* etc. Admirable construction de phrase.

[10] *Occultiores,* « plus reculées, » par rapport à celles que les montagnards avaient entrepris de défendre.

[11] *Gallis.* Ces Gaulois étaient les députés des Boïens qui s'étaient engagés à servir de guides à Annibal.

[12] *Ea,* sous-entendu *parte.*

[13] *Inter confragosa omnia præruptaque,* « parmi tous ces escarpements de rochers perpendiculaires. »

[14] *Quum se immiscuissent,* etc., « ils s'étaient abouchés, ils avaient pris langue avec les montagnards. »

[15] *Saltum,* « gorge, pas. »

[16] *Subiit tumulos,* « il se porta au pied des hauteurs. »

angustias facturus[17]. Die deinde, simulando aliud quam quod parabatur, consumpto, quum eodem quo constiterant loco[18] castra communissent[19]; ubi primum degressos tumulis montanos, laxatasque sensit custodias, pluribus ignibus quam pro numero manentium[20] in speciem[21] factis, impedimentisque cum equite relictis, et maxima parte peditum, ipse cum expeditis, acerrimo quoque viro[22] raptim[23] angustias evadit[24]: iisque ipsis tumulis, quos hostes tenuerant, consedit.

Prima deinde luce castra mota et agmen reliquum incedere cœpit. Jam montani signo dato ex castellis[25] ad stationem solitam conveniebant; quum repente conspiciunt alios, arce occupata sua[26], super caput imminentes, alios via transire hostes. Utraque simul objecta res oculis, animis immobiles parumper eos defixit[27]. Deinde ut trepidationem in angustiis, suoque ipsum tumultu misceri agmen videre[28], equis maxime consternatis, quicquid adjecissent ipsi terroris satis ad perniciem fore rati, perversis rupibus, juxta invia ac devia assueti discurrunt[29]. Tum vero simul ab hostibus, simul ab iniquitate locorum Pœni oppugnabantur; plusque inter ipsos (sibi[30] quoque tendente, ut periculo

17 *Ut ex aperto*, etc. Construisez : *ut facturus viam ex aperto*, « faisant mine de vouloir forcer le passage à découvert, à la vue de l'ennemi (ἐμφανῶς, ἐν καθαρῷ) et en plein jour. »

18 *Eodem loco*, « dans le lieu même » où ils avaient fait halte, dans la vallée dont il vient d'être question.

19 *Castra communissent*. Tite-Live prête ici, sans doute, aux Carthaginois l'usage des Romains, qui ne passaient pas une seule nuit sans établir un camp, et sans le défendre par un retranchement et par un fossé.

20 *Pluribus ignibus quam...*, etc. « plus de feux que n'en comportait le nombre des troupes qui restaient dans le camp. »

21 *In speciem*, « pour la forme. »

22 *Acerrimo quoque viro* (en apposition), « tout ce qu'il y avait d'hommes particulièrement alertes. »

23 *Raptim*, « au pas de course. »

24 *Evadit*, « il enlève. »

25 *Ex castellis*. *Castella* (*parva castra*), « petits camps, petits forts, redoutes, » et, par extension, toute espèce de lieux fortifiés, soit par l'art, soit par la nature. Ici, il ne s'agit que de méchantes bicoques, *vici*, *viculi*.

26 *Arce... sua*, comme *statio solita* qui précède.

27 *Defixit*, « les pétrifia d'étonnement. »

28 *Suoque ipsum tumultu*, etc., « qu'un désordre inévitable (qui tenait à la force même des choses) inséparable d'une telle marche, troublait, confondait les rangs. »

29 *Perversis rupibus*, etc. Passage difficile sur lequel on s'est épuisé en explications. Selon nous, il faut construire : *perversis rupibus, discurrunt juxta invia deviaque assueti*. (*Perversis*, comme *transversis*, *obliquis*; on voit plus loin *occursantes per obliqua*). Ils *contournent* les rochers, et ils se dispersent, ils s'éparpillent dans tous les lieux (*juxta*, κατά) frayés ou non frayés qu'ils sont habitués à parcourir. C'est de leur part une simple *démonstration* qui ajoutera à la terreur des ennemis et qui suffira pour consommer la déroute.

30 *Sibi*, « pour son propre compte. »

prius evaderet), quam cum hostibus certaminis erat. Equi maxime infestum agmen faciebant, qui et clamoribus dissonis, quos nemora etiam[31] repercussæque valles augebant, territi trepidabant[32], et icti forte aut vulnerati adeo consternabantur, ut stragem ingentem simul hominum ac sarcinarum omnis generis facerent; multosque[33] turba[34], quum præcipites deruptæque utrimque angustiæ essent, in immensum altitudinis dejecit; quosdam et armatos[35] : sed ruinæ maximæ modo jumenta cum oneribus devolvebantur[36]. Quæ quanquam fœda visu erant, stetit[37] parumper tamen Annibal, ac suos continuit, ne tumultum ac trepidationem augeret : deinde postquam interrumpi agmen vidit, periculumque esse, ne exutum impedimentis exercitum nequidquam incolumem traduxisset, decurrit ex superiore loco; et, quum impetu ipso fudisset hostem, suis quoque tumultum auxit. Sed is tumultus momento temporis, postquam liberata itinera fuga montanorum erant, sedatur : nec per otium modo, sed prope silentio, mox omnes traducti. Castellum inde, quod caput ejus regionis erat, viculosque circumjectos capit, et captivo frumento ac pecoribus per triduum exercitum aluit; et quia nec montanis primo perculsis, nec loco magnopere impediebantur, aliquantum eo triduo viæ confecit.

Perventum inde ad frequentem cultoribus alium, ut inter montana, populum[38] : ibi non bello aperto, sed suis artibus[39], fraude[40], deinde insidiis[41] est prope circumventus. Magno natu principes castellorum oratores ad

31 *Etiam,* « en outre, par surcroît. »

32 *Trepidabant,* « piaffaient, » ou « se cabraient. »

33 *Multos,* sous-entendu *lixas, calones,* « les valets d'armée. »

34 *Turba,* pour *tumultus.*

35 *Armatos,* opposé à *calones;* quelques soldats probablement de l'arrière-garde, ou de ce que nous appelons le *train.*

36 *Sed ruinæ maximæ,* etc. Mais si beaucoup d'hommes des équipages, si même un certain nombre de soldats roulaient dans les précipices, il y avait comme un vaste *éboulement* de bêtes de charge et de trait (*in modum ruinæ*).

37 *Stetit,* « fit halte. »

38 *Ut inter montana, populum.* Nous ne croyons pas, comme un savant éditeur, que *ut inter montana* se rapporte à *populum,* et signifie « autant du moins qu'un peuple peut être nombreux dans ces montagnes. » *Populus* signifie toute espèce d'agglomération d'hommes, grande ou petite, une *peuplade* aussi bien qu'un *peuple.* D'après cela, le sens doit-être, selon nous : « on arriva à une autre peuplade assez riche en terres cultivables, autant du moins qu'il peut y en avoir dans les montagnes. » *Ut inter montana,* suivant notre traduction, se rapporte à *cultoribus.*

39 *Suis artibus,* « par ses propres pratiques, » par des procédés semblables aux siens.

40 *Fraude,* ici « de fausses protestations d'amitié. »

41 *Insidiis,* « une embuscade. »

Pœnum veniunt : « Alienis malis, utili exemplo [42], doctos, » memorantes, « amicitiam malle, quam vim experiri Pœnorum : itaque obedienter imperata facturos : commeatum, itinerisque duces, et ad fidem promissorum obsides acciperet. » Annibal nec temere credendo, nec aspernando, ne repudiati aperte hostes fierent, benigne quum respondisset, obsidibus, quos dabant, acceptis, et commeatu, quem in viam ipsi detulerant, usus; nequaquam, ut inter pacatos, incomposito agmine duces eorum sequitur [43]. Primum agmen elephanti et equites erant : ipse post cum robore peditum, circumspectans sollicitusque omnia, incedebat. Ubi in angustiorem viam ex parte altera subjectam jugo insuper [44] imminenti ventum est, undique ex insidiis barbari a fronte, ab tergo coorti, cominus eminus petunt; saxa ingentia in agmen devolvunt : maxima ab tergo vis hominum urgebat. In eos versa peditum acies haud dubium fecit, quin, nisi firmata extrema agminis [45] fuissent, ingens in eo saltu accipienda clades fuerit. Tunc quoque ad extremum periculi ac prope perniciem ventum est : nam, dum cunctatur Annibal demittere agmen in angustias [46]; quia non, ut ipse equitibus præsidio erat, ita peditibus quidquam ab tergo auxilii reliquerat; occursantes per obliqua [47] montani, perrupto medio agmine, viam insedere [48] : noxque una Annibali sine equitibus atque impedimentis acta est.

Postero die, jam segnius intercursantibus barbaris, junctæ copiæ [49], saltusque haud sine clade, majore tamen jumentorum, quam hominum pernicie, superatus. Inde

[42] *Utili exemplo*, pour *quod est utile exemplum* (en apposition, comme plus haut *acerrimo quoque viro*).

[43] *Nequaquam*, etc. Construisez : *Duces eorum sequitur nequaquam incomposito agmine, ut inter pacatos* (*fit, fieri solet*), « c'est sans rompre les rangs, comme on les rompt en pays ami, qu'il marche à la suite de leurs guides. »

[44] *Insuper*, comme *desuper, supra eos*.

[45] *Extrema agminis*, « l'arrière-garde. »

[46] *Demittere agmen cunctatur in angustias*, « il hésite à lancer sa colonne (le gros de l'infanterie) dans les défilés. » On vient de voir que les éléphants et les bagages ont pris les devants; Annibal, qui les suit avec la première division de l'infanterie, hésite à s'engager dans les gorges, parce que si, du centre où il est, il appuie l'avant-garde, il ne pourrait, une fois engagé dans les défilés, se porter au secours de l'arrière-garde, que rien désormais ne protégerait plus. Pendant ce temps d'arrêt, les montagnards font une attaque par le flanc et séparent le centre de l'avant-garde, qui continue sa marche. Peut-être même *perrupto medio agmine* veut-il dire qu'ils font trois tronçons de l'armée carthaginoise.

[47]. *Per obliqua*. Voy. note 29.

[48] *Viam insedere*, « s'établirent, prirent position, *se mirent à cheval*, (en style militaire) sur la route. »

[49] *Junctæ copiæ*, « les troupes opérèrent leur jonction. »

montani pauciores jam, et latrocinii magis quam belli more concursabant; modo in primum, modo in novissimum agmen, ut cuique aut locus opportunitatem daret, aut progressi morative aliquam occasionem fecissent. Elephanti, sicut præcipites[50] per arctas vias magna mora agebantur, ita tutum ab hostibus quacumque incederent (quia insuetis adeundi propius metus erat) agmen præbebant[51]. Nono die in jugum Alpium perventum est, per invia pleraque et errores[52], quos aut ducentium fraus, aut ubi fides iis non esset, temere initæ valles[53] a conjectantibus iter, faciebant. Biduum in jugis stativa[54] habita; fessis labore ac pugnando quies data militibus; jumentaque aliquot, quæ prolapsa in rupibus erant, sequendo vestigia agminis in castra pervenere. Fessis tædio tot malorum, nivis etiam casus, occidente jam sidere Vergiliarum[55], ingentem terrorem adjecit. Per omnia nive oppleta quum signis prima luce motis, segniter agmen incederet, pigritiaque[56] et desperatio in omnium vultu emineret; prægressus signa Annibal, in promontorio quodam, unde longe ac late prospectus erat, consistere jussis militibus, Italiam ostentat, subjectosque Alpinis montibus circumpadanos campos : mœniaque eos tum transcendere non Italiæ modo, sed etiam urbis romanæ. Cetera plana, proclivia fore[57], uno, aut summum[58] altero prælio arcem et caput Italiæ in manu ac potestate habituros. Procedere inde agmen cœpit; jam nihil ne hostibus quidem, præter parva furta per occasionem tentantibus. Ceterum iter multo, quam in ascensu fuerat (ut pleraque Alpium ab Italia[59] sicut breviora, ita arrectiora[60] sunt) difficilius fuit : omnis enim ferme via præ-

50 *Præcipites*, c.-à-d. *proni ad lapsum*, « trébuchant, roulant sur les pentes. » D'autres font rapporter *præcipites* à *vias*.

51 *Quia insuetis adeundi*, etc. Construisez : *quia metus adeundi propius erat insuetis*.

52 *Errores*, « des marches et contre-marches inutiles, » sans but et sans résultat.

53 *Temere initæ valles*, m. à m. : « des vallées où l'on s'engageait au hasard; » où le hasard des conjectures leur faisaient chercher leur route.

54 *Stativa*. Si l'armée restait quelque temps dans le même lieu, on appelait l'emplacement qu'elle occupait *castra stativa*, « un camp fixe. »

55 *Sidere Vergiliarum*, « la constellation des Pléiades, » dont le coucher était censé correspondre au commencement de l'hiver.

56 *Pigritia*, « l'accablement. »

57 *Cetera plana*, etc., littéralem. « tout sera plaine et pente douce. » Comme dans la narration des *Fourches Caudines : omnia æqua et plana erunt*.

58 *Summum*, pour *ad summum*, « au plus. »

59 *Alpium ab Italia*, « les Alpes du côté de l'Italie. »

60 *Arrectiora*, « plus roides, plus escarpés. »

ceps, angusta, lubrica erat; ut neque sustinere se a lapsu[61] possent, nec, qui paululum titubassent, hærere afflicti vestigio suo[62]; aliique super alios, et jumenta et homines, occiderent.

Ventum deinde ad multo angustiorem rupem atque ita rectis saxis, ut ægre expeditus miles tentabundus, manibusque retinens virgulta ac stirpes[63] circa eminentes, demittere sese posset. Natura locus jam ante præceps, recenti lapsu terræ[64], in pedum mille admodum[65] altitudinem abruptus erat. Ibi quum, velut ad finem viæ, equites constitissent, miranti Annibali, quæ res moraretur agmen, nuntiatur rupem inviam esse : digressus deinde ipse ad locum[66] visendum; haud dubia res visa, quin per invia circa nec trita antea[67], quamvis longo ambitu, circumduceret agmen. Ea vero via[68] insuperabilis fuit : nam quum super veterem nivem intactam[69] nova[70] modicæ altitudinis esset, molli nec præaltæ nivi facile pedes ingredientium insistebant : ut vero tot hominum jumentorumque incessu dilapsa est, per nudam infra glaciem[71] fluentemque tabem liquescentis nivis ingrediebantur. Tetra ibi luctatio erat[72]; ut a lubrica glacie non recipiente vestigium[73], et in prono

61 *Sustinere se a lapsu*, « se préserver des chutes » se roidir de manière à s'empêcher de tomber.

62 *Nec hærere afflicti vestigio suo*, « ni. une fois qu'ils avaient perdu l'équilibre, rester fermes sur leurs pieds. » Au lieu d'*afflicti* d'autres lisent *affixi*; mais *afflicti* nous semble contenir une idée de plus.

63 *Virgulta ac stirpes*, « ces ronces et ces broussailles » au sommet des Alpes n'ont jamais existé que dans l'imagination de Tite-Live; les crêtes des Alpes n'offrent que des roches nues couvertes de neige.

64 *Lapsu terræ* : par cet « éboulement de terre, » il faut entendre une avalanche.

65 *Admodum*, c'est-à-dire *fere*, *circiter*.

66 *Digressus... ipse ad locum*, « il se porta de sa personne sur les lieux. » Rappelons-nous qu'Annibal, dans cette marche, est au centre.

67 *Haud dubia res visa... quin*, etc. « l'examen des lieux ne lui laissa pas de doute sur la nécessité de tourner l'obstacle. » *Circumduceret*, comme s'il y avait *circumducere deberet; circumducendum esset agmen*.

68 *Ea vero via*, « cette route, ce long circuit, » *per invia nec trita antea*.

69 *Super veterem nivem intactam*, m. à m. « par-dessus la couche de neige *vierge*, » qui s'était accumulée depuis longtemps. Doëring conjecture à tort qu'il faut lire *injecta nova*.

70 *Nova*. Voy. plus haut ce qui est dit de la neige qui était venue à tomber.

71 *Per nudam infra glaciem*, « à travers la couche inférieure de glace mise à nu. » *Nudam*, comme *nudatam*.

72 *Tetra ibi luctatio erat*, « il y eut là une lutte effroyable » (avec les obstacles).

73 *Ut a lubrica*, etc. Voici, selon nous, le texte et le sens de ce passage, qui a été pour les commentateurs et les éditeurs un véritable *bourbier*, analogue à celui dont il est question. D'abord, avec l'édition Lemaire, nous mettons point et virgule après *luctatio erat;* puis, contre l'autorité de cette édition, nous changeons *prolapsis* en *prolapsi si*, vu l'analogie des sons. Maintenant, en raison de la correlation évidente

citius pedes fallente (et, seu manibus in assurgendo, seu genu se adjuvissent, ipsis adminiculis prolapsi, si iterum corruissent, nec stirpes circa radicesve, ad quas pede aut manu quisquam eniti posset, erant); ita in levi tantum glacie tabidaque nive volutabantur. Jumenta secabant interdum[74] : etiamtum, infimam ingredientia nivem, et prolapsa jactandis gravius in continendo ungulis penitus perfringebant; ut pleraque, velut pedica capta, hærerent in durata et alte concreta glacie.

Tandem, nequidquam jumentis atque hominibus fatigatis, castra in jugo posita, ægerrime ad id ipsum loco purgato; tantum nivis fodiendum atque egerendum fuit. Inde ad rupem muniendam[75], per quam unam via esse poterat, milites[76] ducti, quum cædendum esset saxum, arboribus circa immanibus dejectis detruncatisque, struem ingentem lignorum faciunt : eamque, quum et vis venti apta faciendo igni coorta esset, succendunt, ardentiaque saxa infuso aceto[77] putrefaciunt. Ita torridam incendio rupem ferro pandunt, molliuntque anfractibus modicis clivos[78], ut non jumenta solum, sed elephanti etiam deduci

qui existe entre *ut a lubrica glacie* et *ita in levi tantum glacie*, nous expliquons : « de même qu'ils roulaient « (*volutabantur*) en se retirant de « cette glace glissante où le pied ne « pouvait s'imprimer, et qui, dans « ces lieux en pente (*in prono*) fuyait « tout d'abord sous les pas; (or, soit « qu'ils se servissent de leurs mains, « soit qu'ils s'aidàssent du genou « pour se redresser, s'ils venaient, « trahis par ces appuis mêmes, à « tomber de nouveau pêle-même, il « n'y avait là ni souches ni racines, « etc.); de même aussi roulaient-ils, « ne fût-ce que dans les places où il « n'y avait qu'un simple *verglas*, que « de la neige fondue. » *A lubrica glacie*, la couche inférieure de glace (*nudam infra glaciem*) opposé à *in levi tantum glacie*, la croûte supérieure; *et* dans le sens de *or*, ouvre, selon nous, une parenthèse qui se referme à *erant*.

74 *Jumenta secabant*, etc. Ici, contre l'édition Lemaire, nous plaçons deux points après *interdum* et non après *secabant ;* nous supprimons la virgule que l'éditeur a mise après *etiam*, et nous la mettons après *tum*, en rejoignant *etiamtum*, et nous proposons de traduire littéralement : « quant aux bêtes de trait, elles par« venaient quelquefois à la couper « (la glace) : jusque-là même (*etiam« tum*) que, s'engageant dans la « couche inférieure de neige glacée, « et, alors qu'elles tombaient, s'es« crimant de la corne, dans leurs ef« forts pour se relever, elles arri« vaient à la briser entièrement, « profondément, si bien, etc. »

75 *Ad rupem muniendam*, « pour pratiquer un passage dans le roc. » *Munire*, facere meabile et pervium.

76 *Milites*. Ces soldats, dans les armées romaines, s'appelaient *munitores*, et répondaient à nos sapeurs du génie. (Voy. Tite-Live, l. v, c. xix.)

77 *Aceto*. Que croire de ce vinaigre dont le judicieux Polybe ne dit pas un mot, que Plutarque même ne mentionne pas? Il est plus que probable que l'imagination de Tite-Live en a fait les frais. Comment aurait-on pu transporter au sommet des Alpes assez de vinaigre pour dissoudre d'énormes rochers, même en admettant avec Ernesti que le vinaigre entrait dans la boisson des soldats?

78 *Molliunt anfractibus modicis*

possent. Quatriduum circa rupem consumptum; jumentis prope fame absumptis : nuda enim fere cacumina sunt, et, si quid est pabuli, obruunt nives. Inferiora valles et apricos quosdam colles habent, rivosque prope silvas, et jam humano cultu digniora loca. Ibi jumenta in pabulum missa, et quies muniendo[79] fessis hominibus data triduo. Inde ad planum descensum, jam et locis mollioribus et accolarum ingeniis.

Hoc maxime modo in Italiam perventum est, quinto mense a Carthagine nova, ut quidam auctores sunt, quinto decimo die Alpibus superatis. (Tit. Liv., xxi, c. 32-38.)

69.—MORT DE PLINE LE NATURALISTE.

L'éruption du Vésuve, qui fait le sujet de cette narration, eut lieu l'an 79 de J.-C. C'est la première éruption historiquement connue de ce volcan, que l'on avait cru jusqu'alors éteint. Elle détruisit les villes d'Herculanum, de Pompéi et de *Stabies*.

Erat Miseni[1] Plinius, classemque imperio præsens regebat. Nonum kalend. septembres, hora fere septima, mater indicat ei apparere nubem inusitata magnitudine et specie. Usus ille sole, mox frigida[2], gustaverat[3] jacens, studebatque : poscit soleas[4], adscendit locum ex quo maxime miraculum illud conspici poterat. Nubes (incertum procul intuentibus[5] ex quo monte; Vesuvium[6] fuisse postea cognitum est) oriebatur, cujus similitudinem et formam non alia magis arbor quam pinus[7] expresserit. Nam longissimo velut trunco elata in altum, quibusdam ramis diffundebatur; credo, quia recenti[8] spiritu evecta, deinde senescente

clivos, « ils adoucissent les pentes, en pratiquant de petits chemins obliques, » ce qu'on appelle des *lacets*.

[79] *Muniendo*. Voy. note 75.

69.—[1] *Miseni*, « le cap Misène, » sur la côte O. de l'Italie, au S.-O. de Naples. Il forme l'extrémité occidentale du golfe de Naples. Auguste y avait établi une station navale.

[2] *Usus sole, mox frigida*. Il s'était tenu au soleil, puis il avait bu frais. Avant le bain les Romains se tenaient quelquefois au soleil; c'est ce qu'on appelait *sole uti*. (Voy. Sénèque, *Ep*. 73; Pline, *Ep*. III, 1).

[3] *Gustaverat*, « il avait fait collation. » Originairement *gustatio* ou *gustus* était la première partie du souper; mais le mot *gustatio* finit par désigner également une collation accidentelle pendant le jour ou un déjeuner.

[4] *Poscit soleas*, « il demande ses sandales, » c.-à-d. il s'habille.

[5] *Procul intuentibus*. Entre Misène et le Vésuve il y a toute l'étendue du golfe de Naples.

[6] *Vesuvium*, « le Vésuve, » célèbre volcan, à 8 kilom. S.-E. de Naples.

[7] *Pinus*. La forme du pin est analogue à celle d'un parasol.

[8] *Recenti*, pour *recens emisso*.

eo destituta, aut etiam pondere suo victa, in latitudinem vanescebat; candida interdum, interdum sordida et maculosa, prout terram cineremve sustulerat. Magnum propiusque noscendum, ut eruditissimo viro visum.

Jubet liburnicam[9] aptari : mihi, si venire una vellem, facit copiam. Respondi studere me malle; et forte ipse quod scriberem dederat. Egrediebatur domo; accipit codicillos. Retinæ[10] classiarii[11] imminenti periculo exterriti (nam villa ea subjacebat, nec ulla nisi navibus fuga), ut se[12] tanto discrimini eriperet orabant. Vertit ille consilium, et quod studioso animo[13] inchoaverat, obit maximo[14]. Deducit quadriremes[15], adscendit ipse, non Retinæ modo, sed multis (erat enim frequens amœnitas oræ[16]) laturus auxilium. Properat illuc unde alii fugiunt; rectumque cursum, recta gubernacula in periculum tenet, adeo solutus metu, ut omnes illius mali motus, omnes figuras, ut deprehenderat oculis, dictaret enotaretque. Jam navibus cinis incidebat, quo propius accederent, calidior et densior; jam pumices etiam, nigrique et ambusti et fracti igne lapides; jam vadum subitum, ruinaque montis littora obstantia[17]. Cunctatus paulum an retro flecteret, mox gubernatori ut ita faceret monenti : « Fortes, inquit, fortuna juvat : Pomponianum[18]

9 *Liburnicam*, « liburne, » sorte de galère légère adoptée par les Liburniens (*Liburni*), peuple de la Dalmatie, qui s'en servaient pour faire le métier de pirates. Auguste dut en grande partie la victoire d'Actium au secours qu'il tira de cette espèce de vaisseaux; aussi dès-lors la plupart des vaisseaux légers furent construits sur ce modèle. (Voy. la narration du *Siége de Syracuse*, page 156, note 127.)

10 *Retinæ*. Ville au pied du Vésuve, entre Herculanum et Pompéi, auj. *Retina*.

11 *Classiarii*. Le texte de cette phrase est fort altéré dans les mss.; des éditeurs, au lieu de *classiarii*, ont lu *Cæsii Bassi*, d'où ils concluent que *Retina* était la femme de *Cæsius Bassus*, le poëte lyrique, qui périt en effet victime de l'éruption du Vésuve. Le nom de Retina s'étant perpétué dans celui de Resina, doit nous faire regarder ces conjectures comme fort hasardées.

12 *Se* (*ipsos*), se rapportent à *classiarii*, les marins détachés à Rétine.

13 *Studioso animo*, « par amour pour la science. »

14 *Maximo*, sous-entendu *animo*.

15 *Deducit quadriremes*, « il fait mettre à flot des *quadrirèmes*, » (au lieu d'une *liburne* dont il voulait primitivement se servir). *Deducere naves* signifie *tirer* les navires du rivage à l'aide de machines et les mettre à flot. On connaît le vers d'Horace (l. 1, od. 4) :—Trahuntque siccas machinæ carinas.

16 *Frequens amœnitas oræ*, pour *ora propter amœnitatem frequenter inhabitata*.

17 *Vadum subitum... littora obstantia*. Pline, avec une emphase poétique, suppose ici que les pierres lancées par le volcan avaient encombré la plage et formé des bas-fonds qui s'étaient produits subitement. Ce qu'il y a de croyable, et ce que l'auteur dit lui-même dans la lettre qui fait le sujet de la narration suivante, c'est que « la mer semblait être refoulée par le tremblement de terre, que le rivage s'était étendu. »

18 *Pomponianum*, « Pompona-

pete. » Stabiis[19] erat, diremptus sinu medio. Nam sensim circumactis curvatisque littoribus mare infunditur. Ibi, quanquam nondum periculo appropinquante, conspicuo tamen, et, quum cresceret, proximo, sarcinas contulerat in naves, certus fugæ[20], si contrarius ventus resedisset, quo tunc avunculus meus secundissimo invectus, complectitur trepidantem, consolatur, hortatur; utque timorem ejus sua securitate leniret, deferri se in balineum jubet, lotus accubat, cœnat, atque[21] hilaris, aut, quod est æque magnum, similis hilari.

Interim e Vesuvio monte pluribus locis latissimæ flammæ altaque incendia relucebant, quorum fulgor et claritas tenebris noctis excitabatur[22]. Ille agrestium trepidatione ignes relictos desertasque villas per solitudinem ardere, in remedium formidinis[23], dictitabat : tum se quieti dedit, et quievit verissimo quidem somno. Nam meatus animæ, qui illi propter amplitudinem corporis gravior et sonantior erat, ab iis qui limini obversabantur, audiebatur. Sed area[24] ex qua diæta[25] adibatur ita jam cinere mixtisque pumicibus oppleta surrexerat, ut, si longior in cubiculo mora esset, exitus negaretur. Excitatus procedit, seque Pomponiano, ceterisque qui pervigilarant, reddit[26]. In commune consultant intra tecta subsistant, an in aperto vagentur. Nam crebris vastisque tremoribus tecta nutabant, et, quasi emota sedibus suis, nunc huc nunc illuc abire aut referri videbantur. Sub dio rursus, quanquam levium exesorumque pumicum casus metuebatur[27] : quod tamen periculorum collatio elegit; et apud illum quidem ratio rationem, apud alios timorem timor vicit[28]. Cervicalia capitibus imposita linteis constringunt. Id munimentum adversus incidentia fuit. Jam dies alibi, illic nox omnibus noctibus nigrior densiorque, quam tamen faces multæ variaque lumina solve-

nus, » peut-être le fils du poëte Pomponius Secundus.

19 *Stabiis,* « Stabies, » auj. *Castel-a-mare di Stabia.*

20 *Certus fugæ*, « déterminé à fuir. »

21 *Atque.* Il faut sans doute lire *aut.*

22 *Tenebris... excitabatur,* « ressortait, tranchait sur les ténèbres. »

23 *In remedium formidinis,* « pour rassurer ses amis consternés. »

24 *Area,* « une cour intérieure. »

25 *Diæta,* pièce où les convives se réunissaient pour souper; ce mot indique dans plusieurs auteurs une salle à manger ou un salon de compagnie indifféremment.

26 *Se... reddit... Pomponiano,* « il se redonne à Pomponianus. » Expression piquante et délicate : la présence de Pline était un véritable bienfait pour ses amis.

27 *Quanquam levium... pumicum casus.* Construisez : *casus pumicum quanquam levium.*

28 *Ratio rationem... vicit,* « une raison l'emporta sur l'autre; » raison, dans le sens de « motif raisonnable. »

bant[29]. Placuit egredi in littus, et e proximo adspicere ecquid jam mare admitteret, quod adhuc vastum[30] et adversum permanebat. Ibi super abjectum linteum recubans, semel atque iterum frigidam poposcit, hausitque : deinde flammæ, flammarumque prænuntius odor sulfuris, alios in fugam vertunt, excitant illum. Innitens servulis duobus, assurrexit, et statim concidit (ut ego conjecto), crassiore caligine spiritu obstructo, clausoque stomacho[31], qui illi natura invalidus, angustus, et frequenter interæstuans erat. Ubi dies redditus (is, ab eo quem novissime viderat, tertius) corpus inventum integrum, illæsum opertumque, ut fuerat indutus : habitus corporis quiescenti quam defuncto similior. (PLIN. SECUND., VI, *Epist.* 16.)

70.—FUITE DEVANT L'ÉRUPTION DU VÉSUVE.

Cette narration est la suite de la précédente, dont elle complète l'impression.

Profecto avunculo, ipse reliquum tempus studiis (ideo[1] enim remanseram) impendi : mox balineum, cœna, somnus inquietus et brevis. Præcesserat per multos dies tremor terræ minus[2] formidolosus, quia Campaniæ solitus : illa vero nocte ita invaluit, ut non moveri omnia, sed everti crederentur. Irrumpit cubiculum mater : surgebam invicem[3], si quiesceret, excitaturus. Residimus in area[4] domus, quæ mare a tectis modico spatio dividebat. Dubito constantiam vocare an imprudentiam debeam : agebam enim duodevicesimum annum. Posco librum Titi Livii et quasi per otium lego, atque etiam, ut cœperam, excerpo. Ecce amicus avunculi, qui nuper ad eum ex Hispania[5] venerat,

29 *Quam... solvebant*, « que venaient percer. »
30 *Vastum*, « grosse. »
31 *Clauso stomacho*. Pline rapporte ici à l'estomac ce qui appartient évidemment au poumon. Son oncle était asthmatique, et cette infirmité le disposait plus qu'un autre à être promptement asphyxié. On sait aujourd'hui que quand les membranes nerveuses qui tapissent les poumons sont contractées par l'aspiration d'une vapeur délétère, les poumons, qui ne s'enflent que lorsque l'air respirable y pénètre, ne jouent plus, ne chassent plus le sang dans les vaisseaux; la circulation est interrompue et la mort s'ensuit quand l'asphyxie est trop prolongée.

70.—1 *Ideo*, c'est-à-dire *ad studendum*.
2 *Minus*, comme *parum*.
3 *Invicem*, « de mon côté. »
4 *Area*. Voir la narration précédente, page 186, note 24.
5 *Ex Hispania*. Pline l'Ancien avait rempli la charge de procurateur de César en Espagne, depuis le règne de Néron jusqu'à celui de Vespasien, époque de son retour.

ut me et matrem sedentes, me vero etiam legentem videt[6], illius patientiam[7], securitatem meam corripit : nihilo segnius ego intentus in librum. Jam hora diei prima[8], et adhuc dubius et quasi languidus dies : jam quassatis circumjacentibus tectis, quanquam in aperto loco, angusto tamen, magnus et certus ruinæ metus. Tum demum excedere oppido[9] visum. Sequitur vulgus attonitum, quodque in pavore simile prudentiæ, alienum consilium suo præfert, ingentique agmine abeuntes premit et impellit. Egressi tecta[10] consistimus. Multa ibi miranda, multas formidines patimur. Nam vehicula, quæ produci jusseramus, quanquam in planissimo campo, in contrarias partes agebantur, ac ne lapidibus quidem fulta, in eodem vestigio quiescebant. Præterea mare in se resorberi, et tremore terræ quasi repelli videbatur. Certe processerat[11] littus, multaque animalia maris in siccis arenis detinebat. Ab altero latere nubes atra et horrenda, ignei spiritus tortis vibratisque discursibus[12] rupta, in longas flammarum figuras dehiscebat : fulgoribus illæ et similes et majores erant. Tum vero ille idem ex Hispania amicus, acrius et instantius : « Si frater, inquit, tuus, si tuus avunculus vivit, vult esse vos salvos : si periit, superstites voluit : proinde quid cessatis evadere ? » Respondimus, non commissuros, ut de salute ejus[13] incerti nostræ consuleremus. Non moratus ultra, proripit se, effusoque cursu periculo aufertur : nec multo post illa nubes descendere in terras, operire maria. Cinxerat Capreas[14] et absconderat : Miseni quod procurrit[15], abstulerat. Tum mater orare, hortari, jubere, quoquo modo fugerem ; posse enim juvenem : se et annis et corpore gravem bene morituram[16], si mihi caussa mortis non fuisset. Ego

6 *Etiam*, etc., « en outre, » non-seulement assis, mais encore lisant.

7 *Illius patientiam*, « son sang-froid. »

8 *Hora diei prima*, « la première heure du jour, » c'est-à-dire six heures du matin.

9 *Oppido*, de Misène.

10 *Egressi tecta*, « une fois sortis de la ville. » *Egredi* se construit quelquefois avec l'accusatif.

11 *Certe*, etc., « ce qu'il y a de sûr, c'est que... » (Voy. la narration précédente, page 185, note 17.)

12 *Tortis vibratisque discursibus*, « par des feux qui s'élançaient en serpentant. » *Tortis* contient l'idée d'une émission rapide, comme celle des projectiles qui sont lancés par les machines de guerre ; *vibratis*, l'idée de lignes brisées à angles très aigus, ce qu'on appelle *zigzags*.

13 *Ejus*, de Pline.

14 *Capreas*, « Caprée, » auj. Capri, île de la Méditerranée, dans le golfe de Naples. Cette île est fameuse par le séjour qu'y fit Tibère.

15 *Miseni quod procurrit*, m. à m la partie de Misène qui est en pointe, c'est-à-dire « le promontoire. »

16 *Bene morituram*, « elle mourrait avec bonheur »

contra, salvum me, nisi una, non futurum : deinde manum ejus amplexus, addere gradum[17] cogo ; paret ægre, incusatque se, quod me moretur.

Jam cinis, adhuc tamen rarus : respicio ; densa caligo tergis imminebat[18], quæ nos, torrentis modo infusa terræ, sequebatur. « Deflectamus, inquam, dum videmus[19], ne in via strati[20], comitantium turba in tenebris obteramur.» Vix consederamus, et nox, non quasi illunis aut nubila, sed qualis in locis clausis lumine exstincto : audires ululatus feminarum, infantium quiritatus[21], clamores virorum : alii parentes, alii liberos, alii conjuges vocibus requirebant, vocibus noscitabant. Hi suum casum, illi suorum miserebantur : erant qui metu mortis mortem precarentur. Multi ad deos manus tollere : plures, nusquam jam deos ullos, æternamque illam et novissimam noctem mundo interpretabantur[22]. Nec defuerunt qui fictis mentitisque terroribus vera pericula augerent. Aderant, qui Miseni fuisse, illud ruisse, illud ardere, falso, sed credentibus nuntiabant. Paullum reluxit[23] ; quod non dies nobis, sed adventantis ignis indicium videbatur : et ignis quidem[24] longius substitit : tenebræ rursus, cinis rursus multus et gravis. Hunc identidem adsurgentes excutiebamus : operti alioquin[25], atque etiam oblisi pondere essemus. Possem gloriari, non gemitum mihi, non vocem parum fortem in tantis periculis excidisse, nisi me cum omnibus, omnia mecum perire, misero, magno tamen mortalitatis solatio credidissem. Tandem illa caligo tenuata quasi in fumum nebulamve decessit : mox dies vere, sol etiam effulsit, luridus tamen, qualis esse, quum deficit, solet. Occursabant trepidantibus adhuc oculis[26] mutata omnia, altoque cinere, tanquam nive,

17 *Addere gradum*, « doubler le pas. »

18 *Tergis imminebat*, « s'avançait derrière nous. »

19 *Dum videmus*, « tandis que nous voyons encore. »

20 *In via strati*, « renversés sur la route. »

21 *Quiritatus*, « les cris douloureux. » Ce mot vient de *Quiris*, et non de *queror*. *Quiritatus* est l'appel suppliant de ceux qui imploraient du secours (*qui fidem Quiritium implorabant*).

22 *Interpretabantur*, « on se persuadait » (par induction).

23 *Paullum reluxit*, « il parut une faible lueur. »

24 *Quidem*, comme *tamen*.

25 *Aliquin*, « sans cela, sans cette précaution. »

26 *Trepidantibus adhuc oculis*, « à nos yeux encore troublés. » *Trepidantibus* est emprunté au mouvement de la paupière, qui s'ouvre et se referme alternativement lorsqu'on est resté quelque temps dans l'obscurité. Sénèque a dit dans le même sens, avec une énergie plus grande encore, mais qui va jusqu'à l'exagération : *paulum titubat acies*. (*De Tranquillitate animi*, c. 1.)

obducta. Regressi Misenum, curatis utcumque corporibus, suspensam dubiamque noctem spe ac metu exegimus : metus prævalebat; nam et tremor terræ perseverabat, et plerique lymphati terrificis vaticinationibus et sua et aliena mala ludificabantur [17]. Nobis tamen ne tunc quidem, quanquam et expertis periculum, et exspectantibus, abeundi consilium, donec de avunculo nuntius veniret. (PLIN. SECUND., VI, ep. 20.)

71.—BATAILLE DE MARATHON.

La bataille de Marathon, remportée par Miltiade sur les Perses, fut gagnée la troisième année de la soixante-douzième olympiade, c'est-à-dire l'an 490 avant J.-C. Marathon était un bourg de l'Attique, à 31 kilomètres N.-E. d'Athènes.

Darius quum ex Europa in Asiam redisset, hortantibus amicis ut Græciam redigeret in suam potestatem, classem quingentarum navium comparavit, eique Datim præfecit et Artaphernem [1], hisque ducenta peditum, decem millia equitum [2] dedit, causam interserens [3] se hostem esse Atheniensibus, quod eorum auxilio Iones [4] Sardeis [5] expugnassent, suaque præsidia interfecissent. Illi præfecti regii, classe ad Eubœam [6] appulsa, celeriter Eretriam [7] ceperunt, omnesque ejus gentis cives abreptos in Asiam ad regem miserunt. Inde ad Atticam accesserunt, ac suas copias in campum Marathona [8] deduxerunt : is abest ab oppido circiter millia passuum decem [9]. Hoc tumultu Athenienses tam propinquo tamque magno permoti, auxilium nusquam nisi a Lacedæmoniis petiverunt; Philippidemque cursorem ejus generis

[17] *Sua et aliena mala ludificabantur,* « ajoutaient à leurs maux et à ceux d'autrui par des craintes imaginaires, illusoires. »

71. — [1] *Artaphernem,* « Artapherne, » frère de Darius, roi des Perses.

[2] *Ducenta... millia equitum.* Pausanias et Valère-Maxime disent trois cent mille; Lysias (*in Epitaph.*) va jusqu'à cinq cent mille!

[3] *Interserens,* comme *prætexens.*

[4] *Iones.* A l'instigation d'Aristagoras, tyran de Milet. (Voy. Hérodote, VI, 94; Thucydide, VI, 60).

[5] *Sardeis,* « Sardes, » capitale de la Lydie, sur le Pactole, au pied du mont Tmolus, aujourd'hui Tomolitzi.

[6] *Eubœam* « Eubée, » aujourd'hui Négrepont, grande île de la mer Egée. Le détroit d'Euripe la séparait de la Grèce.

[7] *Eretriam,* « Erétrie, » auj. Paleo Castro, ville de l'île d'Eubée.

[8] *Marathona.* La plaine de Marathon est longue et étroite. Vis-à-vis la chaîne de montagnes qui la borde est la mer. Le Pentélique lui sert de limite au sud. CHANDLER, *Voyage en Grèce.*

[9] *Decem.* Cornelius compte par milles romains au lieu de compter par stades. Les 10 milles, ou 80 stades, font près de 15 kilomètres.

qui hemerodromi[10] vocantur, Lacedæmonem miserunt, ut nuntiaret quam celeri opus esset auxilio. Domi autem creant decem prætores, qui exercitui præessent; in eis Militadem; inter quos magna fuit contentio, utrum mœnibus se defenderent, an obviam irent hostibus, acieque decernerent. Unus Militiades maxime nitebatur ut primo quoque tempore castra fierent : id si factum esset, et civibus animum[11] accessurum, quum viderent de eorum virtute non desperari; et hostes eadem re fore tardiores, si animadverterent auderi adversus se tam exiguis copiis dimicare.

Hoc in tempore nulla civitas Atheniensibus auxilio fuit, præter Platæensium; ea mille misit militum. Itaque horum adventu decem millia armatorum completa sunt : quæ manus mirabili flagrabat pugnandi cupiditate. Quo factum est ut plus quam collegæ Miltiades valuerit; ejus enim auctoritate impulsi Athenienses copias ex urbe eduxerunt, locoque idoneo castra fecerunt. Deinde postero die sub montis radicibus[12], acie e regione[13] instructa, nova arte[14], vi summa prælium commiserunt. Namque arbores multis locis erant raræ[15], hoc consilio, ut et montium tegerentur altitudine, et arborum tractu[16] equitatus hostium impediretur, ne multitudine clauderentur. Datis etsi non locum æquum videbat suis, tamen fretus numero copiarum suarum, confligere cupiebat : eoque magis, quod prius, quam Lacedæmonii subsidio venirent, dimicare utile arbitrabatur. Itaque in aciem peditum centum, equitum decem millia produxit, præliumque commisit. In quo tanto plus virtute valuerunt Athenienses, ut decemplicem numerum hostium profligarent; adeoque perterruerunt, ut Persæ non castra, sed naves peterent[17]. Qua pugna nihil adhuc est

10 *Hemerodromi*, « Hémérodromes, » du grec ἡμέρας, δρόμος; coureurs qui faisaient le service des dépêches. Ces messagers ne couraient qu'un jour.

11 *Animum*, « confiance. »

12 *Sub montis radicibus*. Cette montagne doit être le mont de Pan, situé un peu au-delà de la plaine de Marathon, d'après Pausanias.

13 *E regione*, « en face, dans la direction de l'ennemi » (*regio*, de *rego*).

14 *Arte*, « srtatagème. »

15 *Raræ*. Quelques manuscrits portent *stratæ*, qui semble plus en rapport avec *nova arte; stratæ* est la leçon adoptée dans l'édition Lemaire. Mais, d'un autre côté, *raræ*, qui est donné par le plus grand nombre de mss., s'accorde mieux avec *arborum tractu*.

16 *Arborum tractu*, « rangée, rideau d'arbres. »

17 *Peterent*. Il faut voir les détails de cette bataille dans le *Voyage du Jeune Anacharsis* (*Introd.*, part. 2, § 2), et le plan qui en a été donné par l'auteur : on y trouvera de bons éclaircissements.

nobilius, nulla enim unquam tam exigua manus tantas opes prostravit (CORN. NEPOS, *Miltiad.*)

72.—BATAILLE D'ISSUS.

La bataille d'Issus, gagnée par Alexandre sur Darius, l'an 333 avant J.-C., se livra dans une plaine de la Cilicie, bornée d'un côté par le mont Amanus, et de l'autre par la mer. Cette victoire fit tomber entre les mains d'Alexandre la famille du grand roi, et fut suivie de la réduction de Tyr, de Gaza, de la Judée et de l'Egypte.

Jam in conspectu, sed extra teli jactum, utraque acies erat; quum priores Persæ inconditum et trucem sustulere clamorem : redditur et a Macedonibus major exercitus numero[1], jugis[2] montium vastisque saltibus repercussus; quippe semper circumjecta nemora petræque, quantamcumque accepere vocem, multiplicato sono referunt. Alexander ante prima signa ibat, identidem manu suos inhibens, ne suspensi[3], acrius ob nimiam festinationem concitato spiritu, capesserent prælium : quumque agmini obequitaret, varia oratione, ut cujusque animis aptum erat, milites alloquebatur. Macedones, tot bellorum in Europa victores, ad subigendam Asiam atque ultima Orientis, non ipsius magis, quam suo ductu profecti[4], inveteratæ virtutis admonebantur. Illos terrarum orbis liberatores, emensosque olim Herculis et Liberi patris[5] terminos, non Persis modo, sed etiam omnibus gentibus impositaros jugum[6]; Macedonum Bactra et Indos fore; minima esse quæ nunc intuerentur, sed omnia victoria parari : non in præruptis petris Illyricorum et Thraciæ saxis sterilem laborem fore, spolia totius Orientis offerri : vix gladio futu-

72.—[1] *Major exercitus numero*, « plus fort, plus *nourri* que ne le comportait l'effectif de l'armée, le chiffre des troupes. »

[2] *Jugis*, etc. Des éditions portent *sed jugis;* mais *sed* n'est pas donné par les mss., et d'ailleurs est inutile; Quinte-Curce, pour faire comprendre comment le cri de guerre des Macédoniens était *major exercitus numero*, ajoute cette explication : *jugis montium*, comme s'il y avait *utpote jugis montium*.

[3] *Suspensi*, dans le sens de *torpentes, exhausti*, ou simplement de *gradum reprimentes*.

[4] *Non ipsius magis*, etc., c'est-à-dire *non tam ducti quam se ipsi ducentes*, « les Macédoniens avaient moins suivi leur roi qu'ils n'avaient suivi leur propre mouvement, leur propre inspiration. »

[5] *Liberi patris*, « de Bacchus. »

[6] *Liberatores... imposituros jugum.* Comment affranchir et subjuguer à la fois? comme dit Schmieder; mais c'est Alexandre qui parle, et, de la part d'un conquérant, cette contradiction piquante est un excellent trait de caractère.

rum opus; totam aciem[7], suo pavore fluctuantem[8], umbonibus[9] posse propelli. Victor ad hæc Atheniensium Philippus pater invocabatur; domitæque nuper Bœotiæ, et urbis in ea nobilissimæ ad solum dirutæ, species repræsentabatur[10] animis : jam Granicum amnem, jam tot urbes aut expugnatas aut in fidem acceptas, omniaque quæ post tergum erant, strata et pedibus ipsorum subjecta memorabat. Quum adierat Græcos[11], admonebat, ab iis gentibus[12] illata Græciæ bella, Darii prius, deinde Xerxis insolentia aquam ipsam terramque postulantium[13]; ut neque fontium haustum nec solitos cibos relinquerent[14] : dein deum templa ruinis et ignibus esse deleta, urbes eorum expugnatas, fœdera humani divinique juris violata referebat. Illyricos vero et Thracas, rapto vivere assuetos, aciem hostium auro purpuraque fulgentem intueri jubebat, prædam, non arma gestantem : irent, et imbellibus feminis aurum viri eriperent; aspera montium suorum juga, nudosque colles et perpetuo rigentes gelu, ditibus Persarum campis agrisque mutarent.

Jam ad teli jactum[15] pervenerant, quum Persarum equites ferociter in lævum cornu hostium invecti sunt; quippe Darius equestri prælio decernere optabat, phalangem macedonici exercitus robur esse conjectans[16] : jamque etiam dextrum Alexandri cornu circumibatur. Quod ubi Macedo conspexit, duabus alis equitum ad

[7] *Totam aciem*, etc. Belle phrase dans son tour énergique et son emphase militaire.

[8] *Fluctuantem suo pavore*, « qui flotte au gré de ses propres alarmes, » d'une terreur instinctive (*suo*).

[9] *Umbonibus*. *Umbo*, non le bouclier même, mais la partie bombée, proéminente du bouclier.

[10] *Repræsentabatur*, « était évoquée. »

[11] *Quum adierat Græcos*, « s'adressant aux Grecs, » (par opposition aux *Thraces* et aux *Illyriens* dont il est question plus bas.)

[12] *Ab iis gentibus*, les Mèdes et les Perses.

[13] *Aquam terramque postulantium*. Les peuples qui envoyaient au roi de Perse « de l'eau et de la terre» reconnaissaient par cela même leur dépendance absolue. On connaît les formes symboliques de l'Orient.

[14] *Ut neque fontium*, etc. Schmieder, le détracteur acharné de Quinte-Curce, trouve cette phrase absurde; il taxe notre auteur d'ignorance, et, peu s'en faut de stupidité, pour avoir pris au pied de la lettre la formule de la *terre* et de l'*eau*. Il n'a pas compris que dans les paroles d'Alexandre tout est à l'adresse des soldats; qu'il y a dans cette phrase une équivoque, une confusion calculée dont les soldats seront dupes, et qui agira fortement sur ces esprits grossiers.

[15] *Ad teli jactum*, « à la distance d'un jet de flèche ou de pierre. » Les archers, et surtout les frondeurs, selon Végèce (II, 23), pouvaient lancer un projectile à une distance de 600 pieds.

[16] *Conjectans*. Ce n'était qu'une *conjecture* de la part de Darius, qui n'avait pas encore éprouvé par lui-même la puissance de la phalange.

jugum montis[17] jussis subsistere, ceteros in medium belli discrimen strenue transfert : subductis deinde ex acie Thessalis equitibus, præfectum eorum occulte circumire tergum suorum jubet, Parmenionique conjungi[18], et quod is imperasset impigre exsequi. Jamque ipsi[19], in medium[20] undique circumfusi, egregie se tuebantur; sed conserti et quasi cohærentes, tela vibrare non poterant : simul erant emissa[21], in eosdem concurrentia implicabantur[22]; levique et vano ictu pauca in hostem, plura in humum innoxia cadebant. Ergo cominus pugnam coacti conserere, gladios impigre stringunt. Tum vero multum sanguinis fusum est : duæ quippe acies ita cohærebant, ut armis arma pulsarent, mucrones in ora dirigerent. Non timido, non ignavo cessare tum licuit. Collato pede quasi singuli inter se dimicarent, in eodem vestigio stabant, donec vincendo locum sibi facerent[23]; tum demum ergo promovebant gradum, quum hostem prostraverant : at illos[24] novus excipiebat adversarius fatigatos; nec vulnerati, ut alias solent, acie poterant excedere, quum hostis instaret a fronte, a tergo sui urgerent. Alexander non ducis magis quam militis munera exsequebatur, opimum decus[25] cæso rege expetens; quippe Darius curru sublimis eminebat, et suis ad se tuendum, et hostibus ad incessendum, ingens incitamentum. Ergo frater ejus Oxathres, quum Alexandrum instare ei cerneret, equites quibus præerat ante

17 *Ad jugum montis.* Cette montagne est le mont Amanus, auj. Alma-Dagh, petite chaîne qui se détache du Taurus, et ne laisse que deux passages étroits, l'un vers l'Euphrate (Portes Amaniques), l'autre vers la mer (Portes Syriennes).

18 *Parmenioni conjungi.* Parménion commandait l'aile gauche, qui avait ordre de ne pas s'éloigner du rivage, sans quoi l'ennemi aurait pu la tourner. Le mouvement des Perses décide Alexandre à envoyer à son lieutenant ce renfort de cavalerie thessalienne qui fit l'évolution prescrite *a tergo,* pour n'être pas aperçue par l'ennemi.

19 *Ipsi.* Il ne s'agit plus des Thessaliens, mais des deux armées, des Macédoniens et des Perses.

20 *In medium.* Après ces mots certaines éditions portent *Persarum,* leçon évidemment fautive.

21 *Simul erant emissa,* pour *simul ac emittebantur.*

22 *In eosdem concurrentia implicabantur,* phrase embrouillée; en voici la paraphrase et le sens probable : *ab altera acie in alteram eodem tempore ita missa ut inter se ipsa concurrerent et vim perderent,* « sitôt que ces traits étaient lancés, la rencontre de ces projectiles (*in eosdem,* comme *invicem,* qu'il faudrait sans doute lire), produisait un choc, un *conflit* qui en paralysait l'action. »

23 *Donec... locum sibi facerent,* « jusqu'à ce qu'ils se fussent fait place, fait jour. »

24 *At illos,* sous-entendu *victores.*

25 *Opimum decus.* Les dépouilles du général ennemi qu'on avait tué de sa main s'appelaient *dépouilles opimes.* (Voy. Tite-Live, IV, 20; Suet. *in Claud.*, I.)

ipsum currum regis objecit; armis et robore corporis multum super ceteros eminens, animo vero et pietate[26] in paucissimis[27] illo utique prælio clarus, alios improvide instantes prostravit, alios in fugam avertit. At Macedones, ut circa regem erant, mutua adhortatione firmati, cum ipso in equitum agmen irrumpunt. Tum vero similis ruinæ strages erat. Circa currum Darii jacebant nobilissimi duces, ante oculos regis egregia morte defuncti, omnes in ora proni, sicut dimicantes procubuerant, adverso corpore vulneribus acceptis. Inter hos Atizyes[28], et Rheomithres et Sabaces prætor[29] Ægypti, magnorum exercituum præfecti noscitabantur; circa eos cumulata erat peditum equitumque obscurior turba. Macedonum quoque non quidem multi, sed promptissimi tamen, cæsi sunt; inter quos Alexandri dextrum femur leviter mucrone perstrictum est.

Jamque qui Darium vehebant equi, confossi hastis et dolore efferati, jugum quatere, et regem curru excutere cœperant, quum ille, veritus ne vivus veniret in hostium potestatem, desilit, et in equum, qui ad hoc sequebatur, imponitur; insignibus quoque imperii, ne fugam proderent, indecore abjectis. Tum vero ceteri dissipantur metu, et, qua cuique patebat ad fugam via, erumpunt, arma jacientes quæ paulo ante ad tutelam corporum sumpserant: adeo pavor etiam auxilia[30] formidat! Instabat fugientibus eques a Parmenione missus, et forte in id cornu[31] omnes fuga abstulerat. At in dextro Persæ Thessalos equites vehementer urgebant[32], jamque una ala ipso impetu proculcata erat; quum Thessali, strenue circumactis equis dilapsi, rursus in prælium redeunt, sparsosque et incompositos victoriæ fiducia barbaros ingenti cæde prosternunt. Equi

26 *Pietate*, sous-entendu *in fratrem*.

27 *In paucissimis* doit être joint à *clarus*.

28 *Atizyes*, satrape de la grande Phrygie, qui avait déjà combattu au Granique, ainsi que Rheomithrès.

29 *Prætor*, pour *satrapa*.

30 *Etiam auxilia*, « même ce qui peut la secourir. »

31 *Id cornu*, l'aile gauche.

32 *At in dextro... urgebant.* Nous avons vu les Thessaliens passer à l'aile gauche pour soutenir Parménion, et nous les retrouvons ici à l'aile droite: comment expliquer cette contradiction? Faut-il croire qu'Alexandre n'avait envoyé à Parménion qu'un simple détachement de cavalerie thessalienne? Faut-il supposer, en admettant que le corps entier fût passé à l'aile gauche, qu'il avait repris ensuite son ordre de bataille à l'aile droite? Avec un historien aussi inexact que Quinte-Curce, on est réduit aux conjectures, et peut-être ferait-on mieux de n'en point hasarder. Du reste, Tite-Live est souvent tout aussi confus dans ses descriptions de bataille. (Voy. la narration de la *Bataille de Cannes* page 202, notes 36 et 37).

pariter equitesque Persarum, serie laminarum[33] graves, agmen, quod celeritate maxime constat, ægre moliebantur[34]; quippe in circumagendis equis suis Thessali inulti occupaverant[35]. Hac tam prospera pugna nuntiata, Alexander, non ante ausus persequi barbaros, utrimque[36] jam victor, instare fugientibus cœpit. Haud amplius regem quam mille equites sequebantur, quum ingens multitudo hostium caderet[37] : sed quis, aut in victoria aut in fuga, copias numerat? Agebantur ergo a tam paucis pecorum modo, et idem metus qui cogebat fugere, fugientes morabatur[38]. (QUINT. CURT., lib. III, c. 10, 11.)

73.—BATAILLE DE TRASIMÈNE.

Cette bataille, où Annibal vainquit le consul Flaminius, fut livrée pendant la deuxième guerre punique, l'an 536 de Rome, 217 avant J.-C. Trasimène est un lac d'Étrurie, aux environs de Pérouse.

Annibal, æger oculis ex verna primum intemperie variante calores frigoraque, elephanto[1], qui unus superfuerat, quo altius ab aqua exstaret, vectus; vigiliis tamen et nocturno humore palustrique cœlo gravante caput, et quia medendi nec locus nec tempus erat, altero oculo capitur[2]. Multis hominibus jumentisque fœde amissis, quum tandem de paludibus emersisset, ubi primum in sicco potuit, castra locat : certumque per præmissos explora-

33 *Serie laminarum.* Hérodote (VII, 61 et 84) décrit l'armure des Perses, qui se composait de cuirasses de fer travaillées en écailles de poissons, et de longs *hauts-de-chausses* qui leur couvraient la jambe; et Claudien (*in Ruf.*, II, 357), en parle ainsi :—..... Conjuncta per artem—Flexilis inductis animatur lamina membris.— Ces *laminæ* étaient sans doute analogues à ce qu'on appelait les *chausses de mailles* dans le costume de nos anciens chevaliers.

34 *Agmen..... ægre moliebantur*, c'est-à-dire *difficile in agmen se componebant.*

35 *In circumagendis equis.* Les Thessaliens avaient battu, ou feint de battre en retraite; puis, tout-à-coup, ils avaient tourné bride et étaient revenus vivement sur l'ennemi.—*Occupaverant,* sous-entendu *Persas.* Les Thessaliens, en faisant brusquement volte-face, avaient pris les Perses au dépourvu.

36 *Utrimque*, « aux deux ailes. »

37 *Caderet.* Peut-être vaudrait-il mieux lire *cederet,* qui serait en rapport avec *fugientibus.*

38 *Fugientes morabatur.* Idée spirituelle, dont l'analogue se retrouve ailleurs dans Quinte-Curce : *in tumultu festinatio quoque tarda est.*

73.—1 *Elephanto.* Tous les éléphants de l'armée Carthaginoise, à l'exception d'un seul, avaient péri de froid lors de la bataille de la Trébie. (Voy. XXI, 56.)

2 *Altero oculo capitur.* « il perd un œil

tores habuit, exercitum romanum circa Arretii[3] mœnia esse. Consulis deinde consilia atque animum[4], et situm regionum itineraque et copias ad commeatus expediendos, et cetera, quæ cognosse in rem erat[5], summa omnia cum cura inquirendo exsequebatur[6]. Regio erat in primis Italiæ fertilis : etrusci campi, qui Fæsulas[7] inter Arretiumque jacent, frumenti ac pecoris, et omnium copia rerum opulenti. Consul ferox ab consulatu priore, et non modo legum ac patrum majestatis, sed ne deorum quidem satis metuens. Hanc insitam ingenio ejus temeritatem fortuna, prospero civilibus bellicisque rebus successu, aluerat. Itaque satis apparebat, nec deos, nec homines consulentem, ferociter omnia ac præpropere acturum : quoque pronior esset in vitia sua[8], agitare eum atque irritare Pœnus parat; et læva relicto hoste, Fæsulas petens, medio Etruriæ agro prædatum profectus, quantum maximam vastitatem potest, cædibus incendiisque consuli procul ostendit.

Flaminius, qui ne quieto quidem hoste ipse quieturus erat, tum vero, posteaquam res sociorum ante oculos prope suos ferri agique[9] vidit, suum id dedecus ratus per mediam jam Italiam vagari Pœnum, atque, obsistente nullo, ad ipsa romana mœnia ire oppugnanda; ceteris omnibus in consilio salutaria magis quam speciosa[10] suadentibus, collegam exspectandum, ut conjunctis exercitibus, communi animo consilioque rem gererent; interim equitatu auxiliisque levium armorum ab effusa prædandi licentia hostem cohibendum, iratus se ex concilio proripuit, signumque simul itineris pugnæque proposuit : « Quin imo Arretii ante mœnia sedeamus, inquit[11]; hic enim patria et penates sunt. Annibal emissus e manibus perpopuletur Italiam, vastandoque et urendo omnia ad romana mœnia perveniat : nec

3 *Arretii,* « Arretium, » aujourd'hui Arezzo, ville de Toscane, dans la riche plaine de la Chiana.

4 *Animum,* la dispostion d'esprit, le *moral.*

5 *Quæ cognosse in rem erat,* « tout ce qu'il lui importait de connaître. » Expression livienne (voy. liv. I, c. 27: *qua Fortuna rem daret;* ailleurs l. xxv, 32 : *non ab re esse*).

6 *Exsequebatur,* « il suivait de l'œil il étudiait. »

7 *Fæsulas,* « Fésules, » aujourd'hui Fiesole, ville de Toscane au pied de l'Apennin.

8 *Quo pronior esset,* etc., « plus il avait de pente à se laisser aller aux défauts de son caractère. »

9 *Ferri agique. Ferri* doit s'entendre de toutes sortes d'objets qu'on peut emporter; *agi* s'applique plus particulièrement aux troupeaux.

10 *Salutaria magis quam speciosa,* « plutôt des mesures de salut que des actions d'éclat. »

11 *Quin imo Arretii ante,* etc. Ces paroles de Flaminius sont évidemment ironiques.

ante nos hinc moverimus, quam sicut olim Camillum ab Veiis, C. Flaminium ab Arretio patres adsciverint. » Hæc simul increpans, quum ocius signa convelli juberet, et ipse in equum insiluisset, equus repente corruit, consulemque lapsum super caput effudit. Territis omnibus qui circa erant, velut fœdo omine incipiendæ rei, insuper nuntiatur signum, omni vi moliente signifero, convelli nequire. Conversus ad nuntium : « Num litteras quoque ab senatu adfers, quæ me rem gerere vetent. Abi, nuntia signum effodiant, si ad convellendum manus præ metu obtorpuerint. » Incedere inde agmen cœpit; primoribus, superquam quod[12] dissenserant a consilio, territis etiam duplici prodigio; milite in vulgus[13] læto ferocia ducis, quum spem magis ipsam quam causam spei intueretur[14].

Annibal, quod agri est inter Cortonam[15] urbem Trasimenumque lacum omni clade belli pervastat, quo magis iram hosti ad vindicandas sociorum injurias acuat. Et jam pervenerant[16] ad loca insidiis nata, ubi maxime montes Cortonenses Trasimenus subit[17]. Via tantum interest perangusta, velut ad id ipsum[18] de industria relicto spatio; deinde paulo latior patescit campus, inde colles assurgunt. Ibi castra in aperto locat, ubi ipse cum Afris modo Hispanisque consideret. Baleares ceteramque levem armaturam post montes circumducit : equites ad ipsas fauces saltus, tumulis apte tegentibus, locat; ut, ubi intrassent Romani, objecto equitatu, clausa omnia lacu ac montibus essent.

Flaminius quum pridie solis occasu ad lacum pervenisset, inexplorato, postero die, vixdum satis certa luce, angustiis superatis, postquam in patentiorem campum pandi agmen cœpit, id tantum hostium, quod ex adverso erat, conspexit : ab tergo ac super caput decepere[19] insidiæ. Pœnus ubi, id quod petierat, clausum lacu ac montibus et circumfusum suis copiis habuit hostem, signum omnibus dat simul invadendi[20]. Qui ubi, qua cuique pro-

12 *Super quam quod*, c.-à-d. *præter quam quod.*

13 *In vulgus*, c.-à-d. *universe ;* la masse des soldats était enchantée de cette *gaillardise* de leur chef.

14 *Quum spem*, etc., « ils ne voyaient que l'objet même de leur espérance (la victoire) sans s'inquiéter si elle était fondée ou non, s'il y avait ou non raison d'espérer. »

15 *Cortonam*, « Cortone, » ville de Toscane, au S.-E. de Florence.

16 *Pervenerant*, sous-ent. *Pœni.*

17 *Subit*, c.-à-d. *proxime ad eos accedit.*

18 *Ad id ipsum*, « à cet effet, » à l'effet de livrer passage.

19 *Decepere*, p. *fefellere*, « échappèrent à sa vue. »

20 *Invadendi*, « de charger. »

ximum fuit, decucurrerunt, eo magis Romanis subita atque improvisa res fuit, quod orta ex lacu nebula campo, quam montibus, densior sederat[21], agminaque hostium ex pluribus collibus ipsa inter se satis conspecta[22], eoque magis pariter decucurrerunt[23]. Romanus clamore prius[24] undique orto, quam satis cerneret, se circumventum esse sentit; et ante in frontem lateraque pugnari cœptum est, quam satis instrueretur acies, aut expediri arma stringique gladii possent.

Consul, perculsis omnibus, ipse satis, ut in re trepida[25], impavidus, turbatos ordines, vertente se quoque ad dissonos clamores, instruit, ut tempus locusque patitur; et quacumque adire audirique potest, adhortatur, ac stare et pugnare jubet; « nec enim inde votis aut imploratione « deum, sed vi ac virtute evadendum esse. Per medias « acies ferro viam fieri; et quo timoris minus sit, eo « minus ferme periculi esse. » Ceterum præ strepitu ac tumultu nec consilium nec imperium accipi poterat: tantumque aberat ut sua signa atque ordinem et locum[26] nosceret miles, ut vix ad arma capienda aptandaque pugnæ[27] competeret animus[28], opprimerenturque quidam, onerati magis his, quam tecti: et erat in tanta caligine major usus aurium quam oculorum. Ad gemitus vulnerum[29] ictusque corporum aut armorum, et mixtos strepentium paventiumque clamores, circumferebant ora oculosque. Alii fugientes pugnantium globo illati hærebant[30]: alios redeuntes in pugnam avertebat fugientium agmen. Deinde ubi in omnes partes nequidquam impetus capti[31], et ab lateribus montes ac lacus, a fronte et ab tergo hostium acies claudebat[32], apparuitque nullam nisi in dextra

21 *Sederat*, « s'était fixé. »

22 *Ex pluribus collibus*, etc. Comme le brouillard ne faisait que raser la plaine, les collines où les Baléares et les troupes légères avaient pris position, après en avoir tourné les croupes, n'en étaient pas obscurcies, ce qui permettait aux différents corps de se voir les uns les autres (*ipsa inter se*), et de combiner leurs mouvements.

23 *Eoque magis*, etc., « et ils se trouvèrent d'autant plus en état de charger de concert. »

24 *Prius*. Rapprochez *prius* de *quam*.

25 *Ut in re trepida*, « vu la situation critique où il se trouvait. »

26 *Ordinem et locum*. Voy. la narration de *Pulfio et de Varénus*, page 20, note 1; p. 21, note 3.

27 *Aptanda pugnæ*, m. à m. « les ajuster, les disposer pour le combat, » par exemple, baisser les piques.

28 *Competeret*, c.-à-d. *sufficeret, idoneus esset*.

29 *Vulnerum*, pour *vulneratorum*.

30 *Pugnantium globo illàti hærebant*, « venaient donner contre un gros de combattants, s'y heurter. »

31 *Impetus capti*, comme on dit « prendre son élan, prendre du champ. »

32 *Claudebat*, s.-entendu *eos*.

ferroque salutis spem esse; tum sibi quisque dux adhortatorque factus ad rem gerendam, et nova de integro pugna exorta est; non illa ordinata per principes[33] hastatosque ac triarios, nec ut pro signis antesignani[34], post signa alia[35] pugnaret acies; nec ut in sua legione[36] miles aut cohorte, aut manipulo esset. Fors conglobat[37], et animus suus cuique ante aut post pugnandi ordinem dabat: tantusque fuit ardor armorum[38], adeo intentus pugnæ animus, ut eum motum terræ[39], qui multarum urbium Italiæ magnas partes prostravit, avertitque cursu rapido amnes, mare fluminibus invexit, montes lapsu ingenti proruit, nemo pugnantium senserit.

Tres ferme horas pugnatum est, et ubique atrociter. Circa consulem tamen acrior infestiorque pugna est. Eum et robora virorum[40] sequebantur, et ipse, quacumque in parte premi ac laborare senserat suos, impigre ferebat opem; insignemque armis et hostes summa vi petebant, et tuebantur cives: donec insuber eques (Ducario nomen erat) facie quoque noscitans: « Consul en, inquit, hic est, popularibus suis, qui legiones nostras cecidit, agrosque et urbem est depopulatus. Jam ego hanc victimam manibus peremptorum fœde civium dabo: » subditisque calcaribus equo, per confertissimam hostium turbam impetum facit, obtruncatoque prius armigero, qui se infesto venienti obviam objecerat, consulem lancea transfixit: spoliare cupientem, triarii objectis scutis arcuere. Magnæ partis fuga inde primum cœpit: et jam nec lacus, nec montes obstabant pavori: per omnia arcta præruptaque velut cœci evadunt; armaque et viri super alium alii præcipitantur. Pars magna, ubi locus fugæ deest, per prima vada paludis in aquam progressi, quoad capitibus humerisque exstare possunt[41], sese immergunt. Fuere quos incon-

33 *Per principes.* Voy. la narration de *Pulfio et de Varenus,* page 21, note 3.

34 *Antesignani.* C'était le nom sous lequel on désignait les *hastati* et les *principes* qui combattaient en avant des enseignes.

35 *Alia* se rapporte à *acies. Alia acies,* les *Triarii.*

36 *Legione.* Chaque légion se divisait en dix cohortes, une cohorte en trois manipules, et un manipule en deux centuries.

37 *Fors conglobat,* « ils se forment au hasard. »

38 *Armorum,* « de la lutte.

39 *Eum motum terræ.* Ce tremblement de terre est rapporté par Cicéron (*de Divinat.*, I, 35), par Pline (II, 82), par Florus (II, 6), par Plutarque, *Vie de Fabius,* etc.

40 *Robora virorum,* « l'élite des troupes, la fleur des braves. »

41 *Quoad capitibus,* etc., m. à m. « autant du moins que leurs têtes et leurs épaules peuvent rester au-dessus de l'eau. » (Voir la narration n. 56, page 114, note 9.)

sultus pavor nando etiam capessere fugam impulerit. Quæ[42] ubi immensa ac sine spe erat, aut deficientibus animis hauriebantur gurgitibus, aut nequicquam fessi vada[43] retro ægerrime repetebant, atque ibi ab ingressis aquam hostium equitibus passim trucidabantur.

Sex millia ferme primi agminis, per adversos hostes eruptione[44] impigre facta, ignari omuium quæ post se agerentur, ex saltu evasere. Et, quum in tumulo quodam constitissent, clamorem modo ac sonum armorum audientes, quæ fortuna pugnæ esset, neque scire nec perspicere[45] præ caligine poterant. Inclinata denique re[46], quum incalescente[47] sole dispulsa nebula aperuisset diem[48], tum liquida jam luce[49] montes campique perditas res stratamque ostendere fœde romanam aciem. Itaque, ne in conspectos procul immitteretur eques[50], sublatis raptim signis, quam citatissimo poterant agmine, sese abripuerunt.

Postero die, quum super cetera extrema[51] fames etiam instaret, fidem dante Maharbale, qui cum omnibus equestribus copiis nocte consecutus erat, si arma tradidissent, abire cum singulis vestimentis[52] passurum, sese dediderunt. Quæ punica religione[53] servata fides ab Annibale est, atque in vincula omnes conjecit.

Hæc est nobilis ad Trasimenum pugna, atque inter paucas memorata populi romani clades. Quindecim millia Romanorum in acie cæsa sunt; decem millia, sparsa fuga per omnem Etruriam, diversis[54] itineribus Urbem petiere. Mille et quingenti hostium in acie, multi postea ex vulneribus periere. (TIT. LIV., lib. XXII, c. 2-7.)

42 *Quæ*, sous-entendu *fuga*. Mais le trajet à parcourir était énorme et n'offrait aucune chance de salut.

43 *Vada*, « lés gués, » les endroits où l'on avait pied.

44 *Eruptione*, « une charge à fond. »

45 *Perspicere*. Drakenborch préférerait *prospicere*.

46 *Inclinata... re*, « quand l'affaire tirait déjà à sa fin. »

47 *Incalescente*. Peut-être vaudrait-il mieux lire *invalescente*, « le soleil prenant de la force. »

48 *Aperuisset diem*, « eut dégagé l'horizon, éclairci l'atmosphère. »

49 *Liquida jam luce*, « sous une lumière désormais transparente, » qui permettait de distinguer les objets.

50 *Eques*, sous-entendu *Pœnorum*.

51 *Super cetera extrema*. Il faut joindre *extrema* à *cetera* et non à *fames*. *Extrema* (ἐσχατα, δεινοτατα) « par-dessus toutes les autres misères, pour comble de détresse »

52 *Cum singulis vestimentis*. Voy la narration du *Siége de Sagonte*, page 144, note 55.

53 *Punica religione*, « avec une loyauté digne de la foi punique. »

54 *Diversis itineribus*. *Diversis* dans le sens d'*aversis*, « par des chemins détournés, » des chemins de traverse. Les fugitifs ne suivaient pas la grande route, la voie militaire.

74.—BATAILLE DE CANNES.

C'est près d'un village d'Italie, dans l'Apulie ancienne, sur l'Aufide, que se livra l'an 537 de Rome, 216 av. J.-C. cette mémorable bataille qui mit Rome à deux doigts de sa perte. Les habitants du pays appellent encore la plaine de Cannes le champ du sang (*il Campo di sangue*).

Varro, postero die, cui sors ejus diei imperii erat [1], nihil consulto collega signum pugnæ proposuit [2], instructasque copias flumen traduxit, sequente Paulo : quia magis non probare, quam non adjuvare consilium poterat. Transgressi flumen, eas quoque quas in castris minoribus [3] habuerant copias, suis adjungunt : atque ita instructa acie, in dextro cornu (id erat flumini propius) romanos equites locant [4], deinde pedites : lævum cornu extremi [5] equites sociorum, intra pedites [6], ad medium juncti legionibus romanis tenuerunt jaculatores. Ex ceteris levium armorum auxiliis prima acies facta. Consules cornua tenuerunt : Terentius lævum, Æmilius dextrum, Gemino Servilio media pugna tuenda data.

Annibal luce prima Balearibus levique alia armatura præmissa, transgressus flumen, ut quosque traduxerat, ita in acie locabat. Gallos hispanosque equites prope ripam lævo in cornu adversus romanum equitatum : dextrum cornu numidis equitibus datum, media acie peditibus firmata, ita ut Afrorum utraque cornua essent, interponerentur his medii Galli atque Hispani. Afros romanam magna ex parte crederes aciem : ita armati erant [7], armis et ad Trebiam, ceterum magna ex parte ad Trasimenum,

74.—1 *Cui sors ejus diei imperii erat*, « à qui le sort assignait le commandement pour ce jour-là. » Varron était *de jour*, comme on disait au dix-septième siècle.

2 *Signum pugnæ proposuit*, m. à m. « exposa le signe du combat ; » fit déployer sur le *Prætorium* (la tente du général) la *flamme* écarlate, qui, selon Plutarque, était le signal du combat.

3 *In castris minoribus*. Ces *castra minora* étaient établis au-delà de l'Aufide (l'Ofanto actuel).

4 *Romanos equites locant*. L'ordre de bataille, que Tite-Live décrit d'une manière un peu embrouillée, paraît avoir été celui-ci : la cavalerie romaine à l'aile droite ; l'infanterie romaine appuyée à l'aile droite, et formant la moitié du centre ; l'infanterie alliée formant l'autre moitié du centre et se rejoignant à l'aile gauche, où était placée la cavalerie alliée. (Cf. Polybe, III, 113 ; Appien, *Bell. Punic.*, XIX ; Guichard *Mém. Mil.*, I, 48.)

5 *Extremi*, « dont ils occupaient l'extrémité. »

6 *Intra pedites*, sous-entendu *sociorum*, entre la ligne du centre, formée par l'infanterie alliée, et les légions romaines qu'elle se trouvait ainsi rejoindre vers le milieu de l'ordre de bataille (*ad medium*). Cette description est, d'ailleurs, assez vague.

7 *Ita armati erant*, « armés qu'ils étaient. »

captis. Gallis Hispanisque scuta ejusdem formæ fere erant; dispares ac dissimiles gladii: Gallis prælongi, ac sine mucronibus; Hispano punctim magis quam cæsim[8] assueto petere hostem, brevitate habiles[9], et cum mucronibus. Ante ceteros habitus[10] gentium harum tum magnitudine corporum, tum specie terribilis erat. Galli super umbilicum erant nudi: Hispani linteis prætextis purpura tunicis[11], candore miro fulgentibus, constiterant. Numerus omnium peditum qui tum steterunt in acie millium fuit quadraginta; decem equitum. Duces cornibus præerant: sinistro Asdrubal, dextro Maharbal: mediam aciem Annibal ipse cum fratre Magone tenuit. Sol, seu de industria ita locatis, seu quod forte ita starent, peropportune utrique parti obliquus erat, Romanis in meridiem, Pœnis in septentrionem versis. Ventus, quem Vulturnum incolæ regionis vocant, adversus Romanis coortus, multo pulvere in ipsa ora volvendo prospectum ademit.

Clamore sublato, procursum ab auxiliis, et pugna levibus primum armis commissa: deinde equitum gallorum hispanorumque lævum cornu cum dextro romano concurrit, minime equestris more pugnæ[12]: frontibus enim adversis concurrendum erat; quia nullo circa ad evagandum relicto spatio, hinc amnis, hinc peditum acies claudebant in directum utrimque nitentes[13]. Stantibus[14] ac confertis postremo turba equis, vir virum amplexus detrahebat equo. Pedestre magna jam ex parte certamen factum erat: acrius tamen quam diutius pugnatum est; pulsique romani equites terga vertunt.

Sub equestris finem certaminis coorta peditum est pugna. Primo et viribus et animis pares[15] constabant ordines Gallis Hispanisque: tandem Romani, diu ac sæpe connisi, æqua fronte[16] acieque densa[17] impulere hostium cuneum

8 *Punctim magis quam cæsim*, « plutôt d'estoc que de taille, » de la pointe plutôt que du tranchant.

9 *Habiles brevitate*, « faciles à manier en raison de leur peu de longueur. »

10 *Habitus*, m à m. leur extérieur, « les détails caractéristiques de leur extérieur. »

11 *Prætextis purpura*, « bordées de bandes de pourpre. »

12 *Minime equestris more pugnæ*, « sans le moindre rapport avec ce qui se pratique dans les charges de cavalerie. » La cavalerie ne pouvait se développer, faire des évolutions, charger à droite, à gauche.

13 *In directum nitentes*, « chargeant en avant, poussant en ligne droite. »

14 *Stantibus*, c.-à-d. *resistentibus*, « d'abord arrêtés tout court. »

15 *Pares*, « égaux » (aux Romains) en forces et en courage.

16 *Æqua fronte*, « sur une seule ligne. »

17 *Acie densa*, « en colonnes serrées. »

nimis tenuem, eoque parum validum, a cetera prominentem acie [18]. Impulsis deinde ac trepide referentibus pedem insistere [19]: ac tenore uno [20] per præceps pavore fugientium agmen in mediam primum aciem illati, postremo [21], nullo resistente, ad subsidia Afrorum pervenerunt; qui utrimque reductis alis constiterant [22], media, qua Galli Hispanique steterant, aliquantum prominente acie. Qui cuneus ut pulsus æquavit frontem [23] primum, deinde nitendo etiam sinum in medio dedit [24], Afri circa jam cornua fecerant [25]; irruentibusque incaute in medium Romanis, circumdedere alas [26]: mox, cornua extendendo [27], clausere et ab tergo hostes. Hinc Romani, defuncti nequicquam prælio uno [28], omissis Gallis Hispanisque, quorum terga ceciderant, et adversus Afros integram pugnam ineunt, non tantum eo iniquam, quod inclusi adversus circumfusos, sed etiam quod fessi cum recentibus ac vegetis pugnabant.

Jam et sinistro cornu Romanis, ubi sociorum equites adversus Numidas steterant, consertum prælium erat, segne primo, et a Punica cœptum fraude. Quingenti ferme Numidæ, præter solita arma telaque [29], gladios occultos sub

18 *A cetera prominentem acie*, « qui faisait saillie sur le reste de la ligne; qui débordait la ligne de bataille. »

19 *Impulsis ac trepide*, « ces troupes sont rompues et reculent en désordre; les Romains les poursuivent. » *Insistere*, infinitif de narration.

20 *Tenore uno*, c.-à-d. *sine intermissione, spatio non interposito*, « tout de suite, incontinent, d'emblée. »

21 *Per præceps*, etc. Construisez : *illati tenore uno per agmen fugientium præceps pavore*, etc. Le mouvement de panique qui entraîne les fuyards porte les Romains d'emblée et de prime abord dans le centre de l'armée ennemie.

22 *Qui utrimque reductis*, etc., c.-à-d. *qui ita constiterant ut efficerent utrimque alas introrsum reductas ac velut retractas*, « qui occupaient les deux ailes placées en retraite (par rapport au centre). *Alæ* comme *cornua*. (Voy. plus haut l'ordre de bataille des Carthaginois).

23 *Ut æquavit frontem*, « quand le triangle gallo-espagnol se fut replié sur la ligne de bataille, » mot à mot fut à la hauteur du front (de la ligne du centre qu'il débordait.)

24 *Deinde nitendo*, etc., « puis, quand, sous l'effort (des Romains), il eut même fait une trouée dans la ligne du centre. » *Nitendo*, pour *nitentibus Romanis*.—*Sinus*, « enfoncement, creux. »

25 *Cornua fecerant circa*, « avaient décrit un demi-cercle autour des Romains; » avaient fait demi-tour à droite et à gauche. Les deux ailes s'étaient rapprochées, avaient formé *croissant*.

26 *Circumdedere alas*. Décomposez *dedere alas circum*.

27 *Cornua extendendo*, « en se développant toujours en demi-cercle. » Voici, en résumé, quelle est cette suite de manœuvres : les Romains forcent la ligne du centre; les deux ailes de l'armée d'Annibal se courbent alors en croissant. Les Romains poussent leur pointe; les deux ailes ennemies les entourent; puis, en se développant sur une ligne courbe toujours plus étendue, elles leur coupent la retraite.

28 *Defuncti nequicquam*, etc., « après l'inutile succès de leur premier engagement. »

29 *Præter solita arma*, etc., « in-

loricis habentes, specie transfugarum quum ab suis[30], parmas post terga habentes, adequitassent, repente ex equis desiliunt; parmisque et jaculis ante pedes hostium projectis. in mediam aciem accepti[31], ductique ad ultimos[32], considere ab tergo jubentur : ac dum prælium ab omni parte conseritur, quieti manserunt. Postquam omnium animos oculosque occupaverat certamen, tum, arreptis scutis, quæ passim inter acervos cæsorum corporum strata erant, aversam[33] adoriuntur romanam aciem, tergaque ferientes ac poplites cædentes[34], stragem ingentem ac majorem aliquanto pavorem ac tumultum fecerunt. Quum alibi terror ac fuga, alibi pertinax in mala jam spe[35] prælium esset, Asdrubal, qui ea parte præerat[36], subductos ex media acie Numidas[37], quia segnis eorum cum adversis pugna erat, ad persequendos passim fugientes mittit : hispanos et gallos pedites, jam Afris prope fessis cæde magis quam pugna, adjungit.

Parte altera pugnæ, Paulus, quanquam primo statim prælio funda graviter ictus fuerat, tamen et occurrit sæpe cum confertis[38] Annibali, et aliquot locis prælium restituit; protegentibus eum equitibus romanis, emissis[39] postremo equis, quia consulem et ad regendum equum vires deficiebant. Tum denuntianti cuidam, jussisse consulem ad pedes descendere equites, dixisse Annibalem ferunt : « Quam

dépendamment des armes offensives et défensives qu'ils portent d'ordinaire. » (Voy. sur *arma* et *tela* la narration du *Combat des Horaces*, page 53, note 9.)

30 ***Ab suis***, « se séparant des leurs. »

31 ***In mediam aciem accepti***, « reçus, introduits dans la ligne du centre. »

32 *Ultimos*, « les derniers rangs. »

33 *Aversam*, « à dos. »

34 *Poplites cædentes*. Détail caractéristique des combats de l'antiquité. (Voy. Horace, ode III.)

35 *In mala jam spe*, « quoique déjà on n'espérât plus rien de bon. »

36 *Qui ea parte præerat*. On a vu plus haut qu'Annibal commandait l'aile gauche de son armée; il s'agit ici de l'aile gauche des Romains. Comment peut-il diriger l'attaque sur ce point? Faut-il croire qu'il se portait partout de sa personne?

37 *Subductos ex media*, etc. Ici nouvelle obscurité. Il a été dit que les Numides étaient à l'aile droite, comment se fait-il qu'Annibal retire les Numides du centre, où ils n'étaient pas? Cette difficulté paraît insurmontable. Non-seulement Tite-Live est en contradiction avec Polybe, qui raconte qu'Annibal, après avoir vu les Gaulois et les Espagnols qu'il commandait à l'aile gauche, mettre en déroute la cavalerie romaine, passa à l'aile droite où étaient les Numides, et défit à leur tête la cavalerie alliée; mais encore il est en contradiction avec ses propres paroles. Le texte de notre auteur est-il altéré? Ce démenti que Tite-Live se donne à lui-même peut-il s'expliquer par les vicissitudes d'une lutte confuse, qui ont pu changer la position respective des différents corps, et déplacer le théâtre de l'action?

38 ***Cum confertis***, c'est-à-dire *cum densa manu*.

39 ***Omissis equis***, « ayant laissé leurs chevaux, » ayant mis pied à terre.

mallem vinctos mihi traderet[40] ! » Equitum pedestre prælium, quale jam haud dubia hostium victoria, fuit; quum victi mori in vestigio[41] mallent, quam fugere; victores morantibus victoriam irati, trucidarent quos pellere non poterant. Pepulerunt[42] tamen jam paucos superantes[43], et labore ac vulneribus fessos. Inde dissipati omnes sunt, equosque ad fugam, qui poterant, repetebant. Cn. Lentulus, tribunus militum, quum, prætervehens equo, sedentem in saxo cruore oppletum consulem vidisset : « L. Æmili, « inquit, quem unum insontem culpæ cladis hodiernæ Dii « respicere debent, cape hunc equum, dum et tibi virium « aliquid superest. Comes ego te tollere possum ac prote- « gere, ne funestam hanc pugnam morte consulis feceris. « Etiam sine hoc[44] lacrymarum satis luctusque est. » Ad ea consul : « Tu quidem, Cn. Corneli, macte virtute esto ! « Sed cave, frustra miserando, exiguum tempus e manibus « hostium evadendi absumas. Abi, nuntia publice Patri- « bus, urbem romanam muniant, ac prius, quam hostis « victor adveniat, præsidiis firment : privatimque Q. Fabio, « L. Æmilium præceptorum ejus memorem et vixisse et « adhuc mori[45]. Me in hac strage militum meorum patere « exspirare, ne aut reus iterum e consulatu[46] sim, aut « accusator collegæ exsistam, ut alieno crimine innocen- « tiam meam protegam. »

Hæc exigentes[47] prius turba fugientium civium, deinde hostes, oppressere[48] : consulem, ignorantes quis esset, obruerunt telis : Lentulum inter tumultum abripuit equus. Tum inde effuse fugiunt. Septem millia hominum in minora castra, decem in majora, duo ferme in vicum ipsum Cannas perfugerunt : qui extemplo a Carthalone atque equitibus, nullo munimento tegente vicum, circumventi sunt.

40 *Quam mallem vinctos*, etc. Il faut chercher le sens de cette phrase dans la version de Plutarque : Τοῦτο μᾶλλον ἠβουλόμην, ἢ εἰ δεδεμένους παρέλαβον, « j'aime autant cela que si je les recevais enchaînés; autant vaudrait qu'il me les livrât enchaînés. » (Voy. Plut. *in Fab.*, p. 183.) Dans la phrase latine, qui est d'un tour ironique, «que j'aimerais mieux» équivaut à : « ne vaudrait-il pas mieux ?.. » *Quam mallem* est pour *num mallem*.

41 *In vestigio*, « sur place. »

42 *Pepulerunt*, sous-ent. *Pœni*.

43 *Superantes*, pour *superstites*.

44 *Sine hoc*, c.-à-d. *sine morte tua*.

45 *Et adhuc mori*, « et que, de plus, il meurt fidèle à ces souvenirs. » *Adhuc* dans le sens d'*insuper*.

46 *E consulatu*, « au sortir du consulat. »

47 *Hæc exigentes*, pour *hæc agentes* (ἐξηγούμενοι), « tandis qu'ils discutaient, qu'ils devisaient ainsi. » Qui ne sent l'effet sublime de cet *exigentes*, si grave, si héroïque?

48 *Oppressere*, comme *occupavere*.

Consul alter, seu forte, seu consilio, nulli fugientium infertus agmini[49], cum quinquaginta fere equitibus Venusiam perfugit. Quadraginta quinque millia peditum, duo millia septingenti equites, et tanta prope civium sociorumque pars[50] cæsi dicuntur; in his ambo consulum quæstores L. Atilius et L. Furius Bibaculus; unus et viginti tribuni militum; consulares quidam prætoriique et ædilicii; inter eos Cn. Servilium Geminum et M. Minucium numerant, qui magister equitum priore anno, aliquot annis ante consul fuerat; octoginta præterea aut senatores, aut qui eos magistratus gessissent[51], unde in senatum legi deberent, quum sua voluntate milites in legionibus facti essent. Capta eo prælio tria millia peditum et equites trecenti dicuntur. (TIT. LIV., XXII, c. 45, 50.)

75.—BATAILLE DE PISTOIE.—MORT DE CATILINA.

Catilina, démasqué par Cicéron, sortit de Rome, et alla se mettre à la tête d'une armée de ses partisans. Il fut atteint à Pistoie, en Etrurie, par Pétréius, lieutenant d'Antonius, collègue de Cicéron. Se voyant vaincu, il se jeta au milieu des troupes consulaires, et périt en combattant; mort trop honorable pour un pareil scélérat. (An 690 de Rome, 63 av. J.-C.)

Catilina, ex omni copia, quam et ipse adduxerat et Manlius[1] habuerat, duas legiones instituit; cohortes pro numero militum complet[2]: deinde, ut quisque voluntarius, aut ex sociis[3] in castra venit, æqualiter distribuebat; ac brevi

49 *Nulli fugientium*, etc., m. à m. « qui n'avait pas été *fourré* dans une de ces bandes de fuyards, » c.-à-d. « qui n'avait pas été entraîné dans la fuite d'une des trois bandes précitées. » Nous avons corrigé avec Perizonius la ridicule leçon *infestus* par *infertus*, expression de dédain merveilleusement appropriée au sujet.

50 *Et tanta prope*, etc. « et (dans ce nombre) à peu près autant de citoyens que d'alliés. » Forme rare, pour *tanta quanta*.

51 *Eos magistratus*, etc. Les magistrats curules, après leur sortie de charge, conservaient le droit d'assister aux séances du sénat, mais sans voix délibérative. Pour compter parmi les sénateurs, il fallait être inscrit par les censeurs sur la liste du sénat; cette inscription ne se faisait qu'au renouvellement de chaque lustre. Après la bataille de Cannes on créa un dictateur pour recomposer le sénat. (Voy. Tite-Live, XXIII, 22.)

75.—1 *Manlius*. Il est aussi appelé *Mallius*.

2 *Cohortes pro numero*, etc., « il forme des cohortes proportionnées au nombre de ses soldats. » Il y avait originairement 10 cohortes par légion; l'effectif de chaque cohorte était de 420 soldats, ce qui faisait 4200 hommes par légion. Depuis, Marius porta le chiffre de la légion à 6,000 hommes. Catilina n'avait que 2,000 hommes sous son drapeau; il en forma toutefois 20 cohortes qu'il compléta ensuite avec les renforts qui lui arrivèrent de toutes parts

3 *Ex sociis*, « de ses adhérents. » des fauteurs de la conjuration.

spatio legiones numero hominum expleverat, quum initio non amplius duobus millibus habuisset. Sed ex omni copia circiter pars quarta erat militaribus armis instructa; ceteri, ut quemque casus armaverat, sparos[4] aut lanceas, alii præacutas sudes portabant. Sed postquam Antonius cum exercitu adventabat, Catilina per montis iter facere, modo ad Urbem, modo in Galliam[5] versus castra movere; hostibus occasionem pugnandi non dare. Sperabat propediem magnas copias sese habiturum, si Romæ socii incepta patravissent. Interea servitia[6] repudiabat, cujus[7] initio ad eum magnæ copiæ concurrebant, opibus conjurationis fretus; simul alienum suis rationibus[8] existumans, videri caussam civium cum servis fugitivis communicavisse.

Sed postquam in castra nuntius pervenit Romæ conjurationem patefactam, de Lentulo, Cethego, ceteris consciis supplicium sumptum, plerique, quos ad bellum spes rapinarum aut novarum rerum studium illexerat, dilabuntur[9]: reliquos Catilina per montis asperos magnis itineribus in agrum pistoriensem[10] abducit, eo consilio, uti per tramites occulte perfugeret in Galliam.

At Q. Metellus Celer cum tribus legionibus in agro piceno[11] præsidebat[12], ex difficultate rerum[13] eadem illa existumans, quæ supra diximus, Catilinam agitare. Igitur, ubi iter ejus ex perfugis cognovit, castra propere movet, ac sub ipsis radicibus montium consedit qua illi descensus erat[14] in Galliam properanti. Neque tamen Antonius procul

[4] *Sparos* (*a spargendo*, selon Nonnius), sorte de *bâtons à deux bouts*. De Brosses traduit des *bâtons ferrés*.

[5] *In Galliam*, « la Gaule Cisalpine. »

[6] *Servitia*, « les esclaves. » Il était défendu sous peine de mort aux esclaves de s'engager dans le service militaire. Rome ne voulait pour ses soldats que des gens qui eussent un intérêt personnel à la défendre. Dans la suite Justinien modéra la peine de mort ordonnée contre les esclaves et se contenta de statuer que les maîtres pourraient revendiquer ceux qui se seraient engagés sans leur consentement. » (De Brosses.)

[7] *Cujus* se rapporte à l'idée et non au mot exprimé. *Servitium* est un mot collectif, comme nous disons *domestique*, un nombreux *domestique*. Ces *servitia* étaient, dans e langage superbe du droit romain, la *chose* de leurs maîtres; et c'est à l'idée d'une *chose* que s'applique évidemment ce *cujus*.

[8] *Suis rationibus*, pour *suæ utilitati*.

[9] *Dilabuntur*, « se dissipent, désertent. »

[10] *In agrum pistoriensem*. Pistoie, autrefois *Pistorium*, ville du territoire des Arétins dans l'Etrurie, était située sur la rivière Stella, au pied de l'Apennin.

[11] *In agro piceno*, « le Picenum, » aujourd'hui *Marche d'Ancône* sur la mer Adriatique.

[12] *Præsidebat*, « commandait un corps d'observation. »

[13] *Ex difficultate rerum*, c.-à-d. *ex periculo Catilinæ*.

[14] *Descensus erat*, sous-entendu

aberat; utpote qui magno exercitu, locis æquioribus, expeditos in fugam sequeretur[15]. Sed Catilina postquam videt montibus atque copiis hostium sese clausum, in urbe res adversas, neque fugæ, neque præsidii ullam spem : optumum factum ratus in tali re fortunam belli tentare, statuit cum Antonio quam primum confligere. Cum suos adhortatus fuisset, paullulum commoratus, signa canere jubet; atque instructos ordines in locum æquum deducit : dein, remotis omnium equis, quo militibus, exæquato periculo, animus amplior esset, ipse pedes exercitum pro loco, atque copias instruit[16]. Nam, uti planities erat inter sinistros montes[17], et ab dextera rupes aspera, octo cohortes in fronte constituit; reliqua signa[18] in subsidiis[19] artius[20] collocat. Ab his centuriones omnes lectos et evocatos[21], præterea ex gregariis militibus optime quemque armatum[22] in primam aciem subducit. C. Mallium in dextra, Fæsulanum[23] quemdam in sinistra parte curare jubet; cum libertis et colonis[24] propter aquilam adsistit, quam bello cimbrico C. Marius in exercitu habuisse dicebatur. At ex altera parte C. Antonius, pedibus æger[25], quod prælio adesse

in Galliam. Le Picenum est limithrophe de la Gaule cisalpine, où Catilina s'apprêtait à descendre par l'Apennin.

15 *Utpote qui*, etc. Voici la paraphrase de ce passage: «Quia *magnum* quidem, sed *locis æquioribus*, exercitum ducens, licet in *fugam expeditos*, tamen *sequebatur*.» Antoine, quoique ayant à faire manœuvrer des forces considérables, réussissait cependant, grâce aux facilités plus grandes que lui présentait le terrain, à serrer de près la bande de Catilina qui fuyait sans bagages.

16 *Copias instruit*. On voit plus haut *instructos ordines inducit*. C'est qu'avant de ranger une armée en bataille, il faut d'avance former les rangs, disposer, *masser* les troupes.

17 *Nam uti planities*, etc. «Cini, savant italien, place le champ de bataille dans un lieu appelé aujourd'hui *Tizzoro*. Ce lieu forme une espèce d'amphithéâtre entre le *Rheno* et la petite rivière de *Marosca*, resserré à gauche entre les montagnes (c'est l'endroit de tout ce canton où l'Apennin s'abaisse le plus), et à droite par une roche escarpée. » (De Brosses.)

18 *Reliqua signa*, pour *reliquas cohortes*, par métonymie.

19 *In subsidiis*. *Subsidium* est ce que nous appelons la *réserve*.

20 *Artius* (*arctius*), « formant une seconde ligne plus serrée. »

21 *Lectos et evocatos*. L'édition Bipontine porte *electos* et sépare *centuriones* de *electos* par une virgule. Ces *electi* sont-ils les soldats de la première cohorte, correspondant à nos *grenadiers*? Par *evocatos* faut-il entendre, dans le sens propre du mot, des vétérans? Ou bien faut-il faire rapporter *lectos* et *evocatos* aux centurions que Catilina *legit et evocat*? De Brosses est pour le premier sens; nous préférons le second parce qu'il ne s'agit pas d'une armée régulière.

22 *Armatum*, « armé, » entre ceux qui avaient les *arma militaria*.

23 *Fæsulanum*, un capitaine de Fésules (auj. *Fiésole*). Plutarque le nomme Furius, et Cicéron compte ce Furius parmi les principaux conjurés.

24 *Libertis* et *colonis*. « ses affranchis et ses clients de la campagne. » Les *coloni* répondent à nos *métayers*.

25 *Pedibus æger*, littéralement « souffrant des pieds.» Antonius avait ou feignait d'avoir un accès de goutte.

nequibat, M. Petreio legato exercitum permittit. Ille cohortes veteranas, quas tumulti [26] causa conscripserat, in fronte, post eas ceterum exercitum in subsidiis[27] locat. Ipse[28] equo circumiens, unumquemque nominans, appellat, hortatur, rogat, uti meminerint se contra latrones inermos[29], pro patria, pro liberis, aris atque focis suis decernere. Homo militaris, quod amplius annos triginta tribunus, aut præfectus, aut legatus, aut prætor cum magna gloria in exercitu fuerat, plerosque ipsos, factaque eorum fortia noverat, ea commemorando, militum animos accendebat. Sed, ubi, omnibus rebus exploratis, Petreius tuba signum dat, cohortes paulatim incedere jubet. Idem facit hostium exercitus.

Postquam eo ventum est, unde a ferentariis[30] prælium committi posset; maximo clamore, infestis signis[31] concurrunt; pila[32] omittunt; gladiis res geritur. Veterani[33], pristinæ virtutis memores, cominus acriter instare; illi[34] haud timidi resistunt; maxima vi certatur. Interea Catilina cum expeditis in prima acie versari, laborantibus succurrere, integros pro sauciis accersere, omnia providere, multum ipse pugnare, sæpe hostem ferire, strenui militis et boni imperatoris officia simul exsequebatur. Petreius, ubi videt Catilinam, contra ac ratus erat[35], magna vi tendere, cohortem prætoriam[36] in medios hostes inducit, eosque perturbatos, atque alios alibi resistentes, interficit: deinde utrimque ex lateribus ceteros aggreditur. Mallius, et Fæsulanus in primis[37] pugnantes cadunt. Postquam fusas copias, seque cum paucis relictum videt Catilina; memor generis, atque pristinæ dignitatis suæ, in confertissimos hostes incurrit, ibique pugnans confoditur. Sed,

26 *Tumulti*, pour *tumultus*.

27 *In subsidiis*. Voy. plus haut, page 209, note 19.

28 *Ipse*, Pétréius.

29 *Inermos*, archaïsme pour *inermes*.

30 *Ferentariis*. Les corps armés à la légère furent originairement appelés *ferentarii* ou *rorarii* (*quod ante rorat quam pluit*). Ils répondent à nos *tirailleurs*.

31 *Infestis signis*. Ces mots indiquent une *charge à fond*, comme disent les militaires. On n'engagea pas le combat de loin suivant l'ordinaire, *circum signa*, mais il y eut tout d'abord une mêlée, *cum ipsis signis*.

32 *Pila*. Les *pila* étaient de longues javelines qu'on lançait avec la main.

33 *Veterani*, les vétérans de l'armée de Pétréius.

34 *Illi*, les troupes de Catilina.

35 *Contra ac ratus erat*, c'est-à dire *præter opinionem*.

36 *Cohortem prætoriam*, « la cohorte prétorienne » était un corps d'élite qui escortait ordinairement le général. Elle fut établie par Scipion l'Africain.

37 *In primis*, « des premiers, » ou mieux, « à la tête de leur troupe. »

confecto prælio, tum vero cerneres, quanta audacia, quantaque animi vis fuisset in exercitu Catilinæ. Nam fere, quem quisque vivus pugnando locum ceperat, eum, amissa anima, corpore tegebat. Pauci autem, quos medios cohors prætoria disjecerat, paulo diversius[38], sed omnes tamen advorsis volneribus, conciderant. Catilina vero longe a suis inter hostium cadavera repertus est, paullulum etiam spirans, ferociamque animi, quam habuerat vivus, in voltu retinens.

Postremo ex omni copia neque in prælio neque in fuga quisquam civis ingenuus[39] captus est: ita cuncti suæ hostiumque vitæ juxta pepercerant[40]. Neque tamen exercitus populi romani lætam aut incruentam victoriam adeptus erat; nam strenuissumus quisque aut occiderat in prælio, aut graviter volneratus discesserat. Multi autem, qui de castris visundi aut spoliandi gratia processerant, volventes hostilia cadavera, amicum alii, pars hospitem aut cognatum reperiebant: fuere item qui inimicos suos cognoscerent. Ita varie per omnem exercitum lætitia, mœror, luctus[41] atque gaudia agitabantur. (Sall. *Catil.*, c. 56, 57, 59.)

76.—BATAILLE D'IDISTAVISE.

Cette bataille fut gagnée par Germanicus, l'an 769 de Rome, 16 de J.-C. C'est dans les environs d'Idistavise que le maréchal d'Estrées remporta en 1757 la célèbre victoire d'Hastembeck.

Cæsar, transgressus Visurgim[1], indicio perfugæ cognoscit delectum ab Arminio locum pugnæ : convenisse et alias nationes[2] in sylvam Herculi[3] sacram, ausurosque nocturnam castrorum oppugnationem. Habita indici fides; et cernebantur ignes, suggressique propius speculatores,

38 *Paulo diversius*, c'est-à-dire *paulo magis disjuncti.*

39 *Ingenuus*, c'est-à-dire *liber et ex liberis natus.*

40 *Ita cuncti*...etc.,phrase ironique

41 *Mœror, luctus*. Cicéron, dans les *Tusculanes* (II, 8), distingue entre *mœror* et *luctus* : « *luctus* est ægritudo ex ejus qui carus fuerit interitu acerbo; *mœror*, ægritudo flebilis. » *Mœror* est donc justement opposé ici à *lætitia*, comme *luctus* à *gaudium* : l'*allégresse* aux *gémissements*; la *joie* à la *douleur*.

76.—1 *Visurgim*, « le Weser, » fleuve d'Allemagne, au N.-O., se forme près de Münden de la réunion de la *Fulde* et de la *Werra*, et tombe dans la mer du Nord.

2 *Nationes*, « peuplades. »

3 *Herculi*, « l'Hercule » des Germains était apparemment un de leurs anciens guerriers, célèbre par ses voyages et par ses exploits, mais différent du fils d'Alcmène, aussi bien que tant d'autres Hercules adorés par diverses nations. (Voy. Tacite *Germanie*, 2 et 9.)

audiri fremitum equorum immensique et inconditi agminis murmur, attulere. Igitur, propinquo summæ rei[4] discrimine, explorandos militum animos ratus, quonam id modo incorruptum[5] foret, secum agitabat : « Tribunos et centuriones læta sæpius quam comperta nuntiare ; libertorum servilia ingenia ; amicis inesse adulationem ; si concio vocetur, illic quoque, quæ pauci incipiant[6], reliquos adstrepere. Penitus noscendas mentes, quum secreti et incustoditi[7], inter militares cibos, spem aut metum proferrent. » Nocte cœpta, egressus augurali[8], per occulta et vigilibus ignara, comite uno, contectus humeros ferina pelle[9], adit castrorum vias, adsistit tabernaculis, fruiturque fama sui[10] : quum hic nobilitatem ducis, decorem[11] alius, plurimi patientiam, comitatem, per seria, per jocos eumdem animum, laudibus ferrent ; reddendamque gratiam in acie[12] faterentur ; simul perfidos et ruptores pacis, ultioni et gloriæ[13] mactandos. Inter quæ unus hostium latinæ linguæ sciens, acto ad vallum equo, voce magna, conjuges, et agros, et stipendii in dies, donec bellaretur, sestertios centenos[14], si quis transfugisset, Arminii nomine pollicetur. Incendit ea contumelia legionum iras : « Veniret dies, daretur pugna : sumpturum militem Germanorum agros, tracturum conjuges : accipere[15] omen, et matrimonia ac pecunias hostium prædæ destinare[16]. » Tertia ferme vigilia[17] assultatum est castris[18], sine conjectu teli, postquam

4 *Summæ rei*, « d'une affaire décisive. »

5 *Id incorruptum foret*, « cette épreuve serait fidèle. »

6 *Quæ pauci incipiant*, etc. Construisez : *strepere ad* (*ea*) *quæ pauci incipiant*, « quelques-uns commencent, tous les autres répètent en chœur. »

7 *Incustoditi*, « non surveillés. »

8 *Augurali*, « l'augural » était le lieu où les généraux romains prenaient les augures. Il était situé à la droite du Prétoire (tente du général), tandis que le tribunal était construit à gauche. Il est probable que le général pouvait passer de sa tente dans l'augural et sortir de ce lieu par des issues dérobées. C'est ce qui explique comment Germanicus sort de son pavillon en passant par l'augural sans être aperçu des sentinelles.

9 *Ferina pelle*, « d'une peau de bête » qui lui donnait l'apparence de quelque Germain auxiliaire.

10 *Fruitur fama sui*, m. à m. « il jouit du plaisir d'entendre sa renommée, » d'apprendre de quelle réputation il jouissait.

11 *Decorem*, « sa bonne mine. »

12 *Reddendam gratiam in acie*, « ils sauraient le remercier sur le champ de bataille. »

13 *Ultioni et gloriæ*, sous-entendu *Germanici*.

14 *Sestercios centenos*, « cent sesterces, » environ 26 francs.

15 *Accipere*, sous-entendu *se*.

16 *Et matrimonia*, etc. Construisez : *et destinare prædæ matrimonia ac pecunias hostium*, « les femmes et les terres des ennemis sont un butin qu'ils se promettent d'avance. »

17 *Tertia vigilia*, « à la troisième veille, » c.-à-d. vers minuit. (Voy. la narration n° 63, page 161, note 2.)

18 *Assultatum est castris*, « ils firent mine d'attaquer le camp »

crebras pro munimentis cohortes, et nihil remissum[19] sensere.

Nox eadem lætam Germanico quietem[20] tulit, viditque se operatum[21], et sanguine sacro respersa prætexta[22], pulchriorem aliam manibus aviæ Augustæ accepisse. Auctus omine[23], addicentibus auspiciis[24], vocat concionem, et quæ sapientia provisa[25] aptaque imminenti pugnæ disserit. « Non campos modo militi romano ad prælium bonos, sed si ratio adsit[26], silvas et saltus : nec enim immensa barbarorum scuta, enormes hastas, inter truncos arborum, et enata humo virgulta, perinde haberi[27] quam pila[28], et gladios, et hærentia corpori tegmina[29] : denserent ictus[30], ora mucronibus quærerent[31] : non loricam Germano, non galeam; ne scuta quidem ferro nervove[32] firmata, sed viminum textus, sed tenues fucatas colore tabulas[33] : primam utcumque[34] aciem hastatam; ceteris, præusta[35] aut brevia tela : jam corpus, ut visu torvum, et ad brevem impetum validum, sic nulla vulnerum patientia : sine pudore flagitii[36], sine cura ducum, abire, fugere; pavidos adversis, inter secunda, non divini, non humani juris memores. Si tædio viarum ac maris finem cupiant, hac acie

19 *Nihil remissum,* « que la surveillance ne s'était point relâchée. »

20 *Lætam... quietem,* « un repos mêlé de songes agréables. »

21 *Se operatum vidit,* « il lui sembla qu'il faisait un sacrifice. » *Operari,* mot de la langue sacerdotale, qui signifie *sacrifier.*

22 *Prætexta.* Les pontifes et même tous les prêtres étaient revêtus de la prétexte dans l'exercice de leur ministère. »

23 *Auctus omine,* « fortifié par ce présage. » *Auctus,* dans ce sens, est vieux, comme dans ces formules connues : *macte* (*magis aucte*) *animo, macte virtute.* (Voy. page 72, note 17.)

24 *Addicentibus auspiciis,* m. à m. « les auspices y étant conformes. » Cette locution est particulière à Tacite. Proprement ce sont les oiseaux qui sont dits *addicere,* et non les auspices.

25 *Quæ sapientia provisa,* « ce que sa sagesse avait disposé d'avance, » les sages mesures qu'il avait prises dans l'éventualité d'une bataille.

26 *Si ratio adsit,* « si l'on agissait d'une manière rationnelle, » et non « si le soldat profitait de ses avantages. » *Si ratio adsit* se rapporte évidemment à *quæ sapientia provisa.*

27 *Non perinde haberi,* « n'étaient pas d'un usage aussi commode. » *Haberi* dans le sens de *geri, tractari.*

28 *Pila.* Voy. la narration précédente, page 210, note 32.

29 *Tegmina,* les armes défensives, la cuirasse, le bouclier, le casque.

30 *Denserent ictus,* « il fallait presser les coups, » frapper à coups redoublés.

31 *Ora mucronibus quærerent.* On connaît le mot de César à Pharsale : *miles, faciem feri.*

32 *Nervo,* comme *corio.*

33 *Fucatas colore tabulas,* « des tablettes de bois recouvertes de peinture. » Il est curieux de retrouver dans les forêts de l'antique Germanie l'origine de ces boucliers peints et armoriés en usage au moyen-âge.

34 *Utcumque,* «tant bien que mal.»

35 *Præusta,* « durcis au feu. »

36 *Sine pudore flagitii,* « insensibles à la honte, » étrangers au sentiment de l'honneur.

parari : propiorem jam Albim[37], quam Rhenum ; neque bellum ultra ; modo se patris patruique[38] vestigia prementem iisdem in terris victorem sisterent[39]. » Orationem ducis secutus militum ardor : signumque pugnæ datum. Nec Arminius, aut ceteri Germanorum proceres omittebant suos quisque testari : « Hos esse Romanos Variani exercitus fugacissimos[40], qui ne bellum tolerarent, seditionem induerint[41]; quorum pars[42] onusta vulneribus terga, pars fluctibus et procellis fractos artus, infensis rursum[43] hostibus, adversis diis, objiciant, nulla boni spe[44] : classem quippe, et avia Oceani quæsita[45], ne quis venientibus occurreret, ne pulsos premeret : sed ubi miscuerint manus, inane[46] victis ventorum remorumve subsidium : meminissent modo avaritiæ, crudelitatis, superbiæ : aliud sibi reliquum[47], quam tenere libertatem, aut mori ante servitium? »

Sic accensos, et prælium poscentes in campum, cui Idistaviso[48] nomen, deducunt : is medius inter Visurgim et colles, ut ripæ fluminis cedunt[49], aut prominentia montium

37 *Albim*, « l'Elbe, » qui prend sa source dans le Riesen-Gebirge, ou montagnes des Géants, entre la Bohême et la Silésie, et se jette dans la mer du Nord.

38 *Patris patruique*, « de son père et de son oncle, » c'est-à-dire de Drusus et de Tibère.

39 *Modo..... victorem sisterent*, « s'ils le *rendaient* vainqueur; comme Racine a dit dans *Mithridate:*
— Je vous *rends* dans trois mois au pied du Capitole.

40 *Fugacissimos*, litt. « les plus fuyards, » pour les plus lâches

41 *Seditionem induerint;* m. à m. « se sont revêtus de sédition » (comme on prend un manteau pour se garantir du froid); se sont jetés dans la révolte. Allusion à la révolte des légions de Germanie.

42 *Quorum pars*, pour *quorum alii. Onusta* se rapporte à *terga*.

43 *Rursum* se rapporte à la fois à *hostibus* et à *diis*.

44 *Nulla boni spe*, comme *nulla bona spe*, « sans pouvoir se flatter de rien de bon. »

45 *Classem et avia Oceani quæsita*, m. à m. « une flotte et les déserts de l'Océan, voilà à quoi ils ont eu recours ! » *Quæsita* se rapporte à *classem* et à *avia* par un entraînement de phrase, fréquent dans les auteurs.

46 *Inane*, sous-entendu *futurum esse.*

47 *Aliud sibi reliquum*, pour *quid aliud*... « que leur reste-t-il ? » Quand le tour est manifestement interrogatif, on supprime souvent le signe de l'interrogation.

48 *Idistaviso*. On ne sait où placer Idistavise; Juste-Lipse croit reconnaître le champ de bataille dans la belle plaine qui s'étend au-dessous de Brême, dans la direction de la mer, entre le fleuve et les collines voisines; « *son cœur le lui dit*, » ajoute-t-il avec candeur. Mais d'autres le transportent ailleurs, ceux-ci près de Hameln de l'autre côté du Weser, ceux-ci à Hastembeck, ceux-là entre Minden et Ulotho. « Ce qu'il y a de certain, dit M. Burnouf, c'est qu'il faut chercher la vraie position d'Idistavise sur la rive droite du Wéser. »

49 *Ut ripæ fluminis cedunt*, etc., m. à m. « selon que les rives du fleuve s'écartent » (pour laisser la plaine se développer), ou que les saillies des montagnes font résistance (à la plaine) » gênent son développement. Selon nous, ces deux verbes pittoresques *cedunt, resistunt*, s'appliquent, dans l'intention de l'au-

resistunt, inæqualiter sinuatur : pone tergum insurgebat silva, editis in altum ramis[50], et pura humo[51] inter arborum truncos. Campum et prima silvarum[52] barbara acies tenuit : soli Cherusci[53] juga insedere, ut præliantibus Romanis desuper incurrerent. Noster exercitus sic incessit : auxiliares Galli, Germanique in fronte : post quos pedites sagittarii : dein quatuor legiones, et cum duabus prætoriis cohortibus[54], ac delecto equite Cæsar : exin totidem[55] aliæ legiones, et levis armatura cum equite sagittario, ceteræque sociorum cohortes. Intentus paratusque miles, ut ordo agminis in aciem assisteret[56]. Visis Cheruscorum catervis, quæ per ferociam proruperant, validissimos equitum incurrere latus[57], Stertinium cum ceteris turmis circumgredi, tergaque invadere jubet, ipse in tempore[58] affuturus. Interea pulcherrimum augurium, octo aquilæ petere silvas et intrare visæ, imperatorem advertere[59] : exclamat : « Irent, sequerentur romanas aves[60], propria legionum numina; » simul pedestris acies infertur, et præmissus eques, postremos ac latera impulit : mirumque dictu, duo hostium agmina, diversa fuga, qui silvam tenuerant[61], in aperta, qui campis adstiterant, in silvam ruebant : medii inter hos Cherusci collibus detrudebantur : inter quos insignis Arminius manu, voce, vulnere[62], sus

teur, à la plaine « dont l'inégale largeur s'étend ou se resserre en suivant les sinuosités du fleuve et les saillies des montagnes. »

50 *Editis in altum ramis*, « de haute futaie. »

51 *Pura humo*, « la terre était nue. » *Pura* comme *nuda*.

52 *Prima sylvarum*, « l'entrée des bois; » forme fréquente dans Tacite. Nous avons plus haut *avia Oceani*; on lit plus loin (*ibid.*, ch. 68), *avia saltuum*.

53 *Cherusci*, « les Chérusques » habitaient le pays entre le Wéser, l'Aller et la Leine. La forêt Bacenis les séparait des Cattes. C'est dans leur pays qu'était le fameux bois de Teutberg où Varus succomba avec trois légions.

54 *Cum duabus prætoriis cohortibus*. Il ne faut pas confondre ces « cohortes prétoriennes » avec celles qui composaient la garde des empereurs, et qui étaient campées aux portes de Rome; mais il faut y voir un de ces corps d'élite qui, dès la république, servaient de garde particulière au général.

55 *Totidem*, c.-à-d. *quatuor*.

56 *Ut ordo agminis*, etc., « prêt à transformer l'ordre de marche en ordre de bataille, » c'est-à-dire marchant de telle sorte qu'à la première apparition de l'ennemi, au premier signal, les rangs se trouvassent tout formés. *Adsistere in aciem* est une locution analogue à *incessum ita sistere ut stent milites in gradu ad præliandum*.

57 *Incurrere latus*, « d'attaquer en flanc. »

58 *In tempore*, pour *tempestive*.

59 *Imperatorem advertere*, « fixèrent l'attention du général. »

60 *Romanas aves*, « ces oiseaux romains. » Allusion aux aigles qui surmontaient les etendards romains, comme emblème exclusif, depuis l'époque de Marius.

61 *In aperta*, sous-entendu *loca* « dans la plaine. »

62 *Vulnere*, « par sa blessure, » qu'il montrait sans doute à ses com-

tentabat pugnam : incubueratque sagittariis[63], illa rupturus[64], ni Rhætorum Vindelicorumque et gallicæ cohortes signa objecissent[65] : nisu tamen corporis, et impetu equi pervasit, oblitus[66] faciem suo cruore, ne nosceretur : quidam agnitum a Chaucis inter auxilia romana agentibus, emissumque[67] tradiderunt. Virtus seu fraus eadem Inguiomero effugium dedit : ceteri passim trucidati : et plerosque tranare Visurgim conantes, injecta tela, aut vis fluminis, postremo moles ruentium[68], et incidentes ripæ[69], operuere : quidam turpi fuga in summa arborum nisi, ramisque se occultantes, admotis sagittariis per ludibrium figebantur : alios prorutæ arbores afflixere. Magna ea victoria, neque cruenta nobis fuit. Quinta ab hora diei[70] ad noctem cæsi hostes, decem millia passuum cadaveribus atque armis opplevere; repertis inter spolia eorum catenis, quas in Romanos, ut non dubio eventu, portaverant. Miles in loco prælii Tiberium *imperatorem* salutavit[71], struxitque aggerem, et in modum tropæorum arma, subscriptis victarum gentium nominibus, imposuit. (TAC., *Ann.*, lib. II, cap. 12-18.)

77.—SCIPION L'AFRICAIN DEUX FOIS ACCUSÉ.

La hauteur de Scipion et sa partialité pour les patriciens l'avaient rendu odieux au peuple. Toutefois il fut encore nommé consul l'an 559 de Rome, 194 av. J.-C., puis censeur, puis enfin prince du Sénat. Mais, au retour d'une expédition en Asie, qu'il avait dirigée sous le nom de son frère Lucius, en 555, il fut accusé par le tribun Pétilius de s'être laissé cor-

pagnons. Expression hardie et un peu forcée qui rappelle ces vers du *Cid* :—Ou plutôt sa valeur en cet état réduite—Me parlait par sa plaie et hâtait ma poursuite.

63 *Incubuerat sagittariis*, « il s'était jeté sur les archers. »

64 *Illa rupturus*, « prêt à se faire jour par là. » *Illa* est pris adverbialement: *rupturus*, comme *erupturus*.

65 *Signa objecissent*, pour *objectis signis occurrissent*.

66 *Oblitus*, participe passé de *oblino*.

67 *Emissumque*, « et qu'on le laissa échapper. »

68 *Moles ruentium*, « le poids des malheureux qui s'y précipitaient, » derrière eux.

69 *Incidentes ripæ*, « l'éboulement des rives. »

70 *Quinta ab hora diei*, « depuis la cinquième heure du jour, » depuis onze heures du matin, selon notre manière de compter.

71 *Tiberium imperatorem salutavit*, « salua Tibère du titre d'Imperator. » Il semble qu'il eût été plus juste de conférer ce titre à Germanicus, mais, dès les premiers temps, le général qui avait vaincu *sous les auspices d'autrui* (*alienis auspiciis*) n'était pas proclamé *imperator*, et ne triomphait pas. Auguste s'était réservé le droit d'*auspices*, et, par conséquent, l'honneur des expéditions dont il confiait la conduite à ses généraux ou à ses lieutenants. Tibère n'avait eu garde de renoncer à ce droit du chef de l'Etat. (Voy. plus loin la narration du *Retour de Camille*, note 12.)

rompre par Antiochus, et se vit citer devant le peuple. On verta dans cette narration de quelle manière hautaine il répondit à ses accusateurs. Il est sans doute permis d'admirer le grand cœur de Scipion; mais on ne peut s'empêcher de dire avec le général Foy que cet illustre Romain *était un fort mauvais comptable.*

P. Scipioni Africano duo Q. Petilii diem dixerunt. Id, prout cujusque ingenium erat [1], interpretabantur. Alii non tribunos plebis, sed universam civitatem, quæ id pati posset, incusabant. « Duas maximas orbis terrarum urbes ingratas uno prope tempore in principes [2] inventas : Romam ingratiorem; siquidem victa Carthago victum Annibalem in exsilium expulisset, Roma victrix victorem Africanum expellat. » Alii, « Neminem unum civem tantum [3] eminere debere, ut legibus interrogari [4] non possit : nihil tam æquandæ libertatis esse, quam potentissimum quemque posse dicere causam [5]. Quid autem tuto cuiquam, nedum summam rempublicam [6], permitti, si ratio non sit reddenda? Qui jus æquum [7] pati non possit, in eum vim haud injustam esse. » Hæc agitata sermonibus, donec dies dicendæ causæ venit. Nec alius antea quisquam, nec ille ipse Scipio consul censorve majore omnis generis hominum frequentia, quam reus illo die in forum est deductus. Jussus dicere causam, sine ulla criminum mentione, orationem adeo magnificam de rebus ab se gestis est exorsus, ut satis constaret neminem unquam neque melius neque verius laudatum esse. Dicebantur enim ab eodem animo ingenioque [8], a quo gesta erant : et aurium [9] fastidium aberat, quia pro periculo [10], non in gloriam, referebantur.

Tribuni plebis vetera luxuriæ crimina Syracusanorum hibernorum [11], et Locris Pleminianum tumultum [12] quum

77.—1 *Prout cujusque ingenium erat,* « selon son tour d'esprit particulier. »

2 *In principes,* « contre les premiers d'entre leurs citoyens. »

3 *Tantum.* Construisez *tantum* avec *ut.*

4 *Interrogari,* c.-à-d. *accusari, in jus vocari.*

5 *Quam posse dicere causam,* «que d'être exposé à être mis en accusation. »

6 *Nedum summam rempublicam,* «à plus forte raison la direction suprême de l'Etat. »

7 *Qui jus æquum,* etc. On retrouve à peu près dans cette pensée le « *Qui peut tout doit tout craindre,* » de Corneille.

8 *Ab eodem animo,* etc., du même fond de noblesse simple et naturelle. »

9 *Aurium,* pour *auditorum.*

10 *Pro periculo,* sous-entendu *arcendo.*

11 *Crimina Syracusanorum hibernorum.* Les ennemis de Scipion lui reprochaient d'avoir perdu du temps en Sicile, de n'avoir pas poussé avec assez de vigueur les préparatifs de l'expédition contre Carthage. (Voy. Tite-Live, XIX, 5.)

12 *Pleminianum tumultum.* Il s'agit d'une collision qui avait eu lieu à

ad fidem præsentium criminum[13] retulissent; suspicionibus magis, quam argumentis, pecuniæ captæ reum accusarunt. « Filium captum[14] sine pretio redditum, omnibusque aliis rebus Scipionem, tanquam in ejus unius manu pax romana bellumque esset, ab Antiocho cultum. Dictatorem eum consuli[15], non legatum in provincia fuisse : nec ad aliam rem eo profectum, quam ut id quod Hispaniæ, Galliæ, Siciliæ, Africæ jampridem persuasum esset, hoc Græciæ, Asiæque, et omnibus ad orientem versus regibus gentibusque appareret[16]; unum hominem caput columenque imperii romani esse : sub umbra Scipionis civitatem dominam orbis terrarum latere : nutum ejus pro decretis patrum, pro populi jussis esse. » Infamia intactum[17], invidia, qua possunt, urgent. Orationibus in noctem perductis[18] prodicta[19] dies est : ubi ea venit, tribuni in rostris prima luce consederunt. Citatus reus, magno agmine amicorum clientiumque per mediam concionem ad rostra subiit, silentioque facto, « Hoc, inquit, die, tribuni plebis, vosque Quirites, cum Annibale et Carthaginiensibus signis collatis, in Africa bene ac feliciter pugnavi. Itaque quum hodie litibus et jurgiis supersederi æquum sit, ego hinc extemplo in Capitolium ad Jovem Optimum Maximum, Junonemque, et Minervam, ceterosque deos qui Capitolio atque arci præsident, salutandos ibo, hisque gratias agam, quod mihi et hoc ipso die, et sæpe alias egregie reipublicæ gerendæ mentem facultatemque dederunt. Vestrum quoque quibus commodum est, ite mecum, Quirites; et orate deos, ut mei similes principes habeatis : ita[20], si ab annis septemdecim ad senectutem semper vos ætatem meam honoribus

Rhèges entre une partie des troupes de la garnison sous les ordres d'un certain Pleminius, et l'autre partie commandée par des tribuns. Scipion avait donné tort aux tribuns, et maintenu Pleminius dans ses fonctions, quoique cet homme fût, d'ailleurs, peu digne de la confiance du général.

13 *Ad fidem præsentium criminum*, « à l'appui des accusations présentes. »

14 *Filium captum*. Ce fils n'est pas Scipion Emilien, comme Appien le dit par erreur (*Syr.*, 29), mais soit L. Corn. Scipio, ce fils indigne d'un grand homme, qui fut exclu du sénat, soit P. Scipio, son second fils, qui fut le père adoptif du second Africain. Quoi qu'il en soit, il paraît qu'un fils de Scipion avait été pris par Antiochus.

15 *Dictatorem consuli fuisse*. « il s'était conduit en dictateur à l'égard du consul. »

16 *Appareret*, « devînt manifeste. »

17 *Infamia intactum*, etc. On ne pouvait attaquer sa gloire, on cherche à le rendre odieux.

18 *In noctem perductis*. Les séances du sénat se terminaient à la nuit.

19 *Prodicta*, comme *producta*; l'affaire fut remise à un autre jour.

20 *Ita*, « aussi bien, puis-je me dire que si... »

vestris anteistis[21], ego vestros honores rebus gerendis præcessi[22]. »

Ab rostris in Capitolium adscendit : simul se universa concio avertit, et secuta Scipionem est : adeo ut postremo scribæ[23] viatoresque[24] tribunos relinquerent, nec cum iis, præter servilem comitatum, et præconem, qui reum ex rostris citabat, quisquam esset. Scipio non in Capitolio modo, sed per totam urbem omnia templa deum cum populo romano circumiit. Celebratior is prope dies favore hominum et æstimatione veræ magnitudinis[25] ejus fuit, quam quo triumphans de Syphace rege et Carthaginiensibus urbem est invectus.

Hic speciosus[26] ultimus dies P. Scipioni illuxit : post quem, quum invidiam et certamina cum tribunis prospiceret, die longiore prodicta[27], in Literninum[28] concessit, certo consilio ne ad causam dicendam adesset. Major animus et natura erat, ac majori fortunæ assuetus, quam ut reus esse sciret, et summittere se in humilitatem causam dicentium. Ubi dies venit, citarique absens est cœptus, L. Scipio morbum causam esse cur abesset, excusabat. Quam excusationem quum tribuni, qui diem dixerant, non acciperent, et ab eadem superbia[29] non venire ad causam dicendam arguerent, qua judicium et tribunos plebis et concionem reliquisset, et[30], quibus jus de se dicendæ sententiæ, et libertatem ademisset, his comitatus, velut captos trahens, triumphum de populo romano egisset, secessionemque eo die in Capitolium[31] a tribunis plebis fecisset :

21 *Anteistis ætatem meam honoribus*, « vous m'avez accordé des honneurs avant l'âge légal; » vous avez avancé pour moi l'âge des honneurs.

22 *Ego vestros honores*, etc., « de mon côté j'avais devancé vos honneurs par les choses que j'étais capable de faire, » c.-à-d. par mon mérite.

23 *Scribæ*, « scribes » ou clercs, chargés de transcrire les actes publics, les lois et toutes les déterminations des magistrats.

24 *Viatores*, « les viateurs » étaient des officiers publics ainsi nommés parce qu'ils avaient pour fonction d'aller chercher les sénateurs qui habitaient la campagne.

25 *Destinatione veræ magnitudinis*, « par l'hommage rendu à la véritable grandeur. »

26 *Speciosus*, c.-à-d. *quo publice magni viri ostenderet speciem.*

27 *Die longiore prodicta*, « l'affaire avait été de nouveau ajournée à plus long terme. »

28 *Literninum*, « Literne, » auj. *Torre di Patria*, en Campanie, au N.-O. de Naples,

29 *Ab eadem superbia*, « du même fond d'orgueil. »

30 *Et*, pour *et qua*.

31 *Secessionem in Capitolium*. Allusion spirituelle à la retraite du peuple sur le Mont Sacré. Dans la circonstance présente, les rôles étaient renversés; c'était le patriciat triomphant, dans la personne de Scipion, qui, pour prendre une revanche, se séparait de la *Plebs* représentée par ses tribuns et qui se retirait au Capitole

« Habetis ergo temeritatis illius mercedem; quo duce et auctore non reliquistis, ab eo ipsi relicti estis : et tantum animorum in dies nobis decrescit, ut, ad quem, ante annos septemdecim[32], exercitum et classem habentem, tribunos plebis[33] ædilemque in Siciliam mittere ausi sumus, qui prehenderent eum, et Romam reducerent, ad eum privatum ex villa sua extrahendum, ad causam dicendam, mittere non audeamus. »

Tribuni plebis appellati[34] ab L. Scipione ita decreverunt : « Si morbi causa excusaretur, sibi placere accipi eam causam[35], diemque a collegis prodici. » Tribunus plebis eo tempore T. Sempronius Gracchus erat, cui inimicitiæ[36] cum P. Scipione intercedebant. Is, quum vetuisset nomen suum decreto collegarum adscribi, tristioremque omnes sententiam exspectarent, ita decrevit : « Quum L. Scipio excuset morbum esse causam fratri, satis id sibi videri. Se P. Scipionem, priusquam Romam redisset, accusari non passurum; tum quoque, si se appellet[37], auxilio ei futurum, ne causam dicat. Ad id fastigium rebus gestis, honoribus populi romani, P. Scipionem deorum hominumque consensu pervenisse, ut sub rostris reum stare, et præbere aures adolescentium conviciis, populo romano magis deforme, quam ipsi sit. » Adjecit decreto indignationem[38] : « Sub pedibus vestris stabit, tribuni, domitor ille Africæ Scipio? Ideo quatuor nobilissimos duces Pœnorum in Hispania, quatuor exercitus fudit fugavitque, ideo Syphacem cepit, Annibalem devicit, Carthaginem vectigalem nobis fecit, Antiochum (recepit enim fratrem consortem hujus gloriæ L. Scipio) ultra Tauri juga emovit, ut duobus Petiliis succumberet, vos de P. Africano palmam peteretis? Nullisne vestris honoribus unquam in arcem tutam[39] et

[32] *Ante annos septemdecim.* Voy. au livre XXIX, 20, sq.

[33] *Tribunos plebis.* Ces tribuns du peuple, qui avaient été envoyés en Sicile l'an de Rome 548, comme commissaires extraordinaires, pour contrôler les actes de Scipion, étaient M. Claudius Marcellus, et M. Cincius Alimentus.

[34] *Tribuni plebis appellati*... etc., « les autres tribuns du peuple (par opposition à ceux *qui diem dixerant*) invoqués, implorés par L. Scipion. » On pouvait appeler d'un tribun à ses collègues. (Voy. Cic. *pro Quint.*, 7, 20.)

[35] *Eam causam*, « cette excuse. »

[36] *Cui inimicitiæ*, etc. Il suivait une autre ligne politique.

[37] *Si se appellet*, « s'il avait recours à son assistance. »

[38] *Adjecit decreto indignationem*, « après avoir formulé son *décret*, il ajouta d'un ton indigné. » La qualification de *decretum* ne se donnait pas seulement aux actes du sénat; les décisions des tribuns et de plusieurs autres magistrats portaient le même nom.

[39] *In arcem tutam*, pour *in secu-*

velut sanctam clari viri pervenient; ubi, si non venerabilis, inviolata saltem senectus eorum considat? » Movit et decretum, et adjecta oratio, non ceteros modo, sed ipsos etiam accusatores : et deliberaturos se, quid sui juris et officii esset, dixerunt. Senatus deinde, concilio plebis dimisso, haberi est cœptus; ibi gratiæ ingentes ab universo ordine, præcipue a consularibus senioribusque, T. Graccho actæ sunt, quod rempublicam privatis simultatibus potiorem habuisset : et Petilii vexati sunt probris, quod splendere aliena invidia[40] voluissent, et spolia ex Africani triumpho peterent. Silentium deinde de Africano fuit; vitam Literni egit[41], sine desiderio urbis. (Tit. Liv., lib. xxxviii, c. 52 et 53.)

78.—PROCÈS DE PISON.

Pison (Cnéus Calpurnius), dont il s'agit dans cette narration, avait été consul sous Auguste, et fut nommé gouverneur de Syrie par Tibère. La mémoire de Pison est restée chargée d'un grave soupçon : mais a-t-il, en effet, empoisonné Germanicus de complicité avec sa femme Plancine? c'est ce que l'historien impartial ne saurait décider. On lira avec fruit la belle tragédie de *Tibère* par Chénier. Elle se rapporte à cette accusation, qui date de l'an 773 de Rome, 20 de J.-C

Piso, præmisso in urbem filio, datisque mandatis, per quæ principem molliret, ad Drusum pergit : quem haud fratris interitu trucem[1], quam remoto æmulo æquiorem sibi[2] sperabat. Tiberius, quo integrum judicium ostentaret[3], exceptum comiter juvenem, sueta erga filios familiarum nobiles liberalitate auget. Drusus Pisoni, «si vera forent quæ jacerentur, præcipuum in dolore suum locum[4] respondit; sed malle falsa et inania[5], nec cuiquam mortem Germanici exitiosam esse. » Hæc palam, et vitato omni

ritatem et otium. Allusion à la villa où Scipion s'était retiré.

40 ***Splendere aliena invidia,*** « se faire un titre d'honneur de la haine excitée contre autrui. »

41 ***Vitam Literni egit.*** Voy. l'intéressante description de la villa de Scipion dans Senèque, *Lettre* 86.

78. — 1 ***Haud fratris interitu,*** sous-entendu *tam*.

2 ***Æquiorem sibi***, « bien disposé en sa faveur »

3 ***Quo integrum judicium ostentaret,*** « pour faire parade d'impartialité, » pour paraître exempt de prévention.

4 ***Præcipuum in dolore suum locum,*** m. à m. « que sa place en fait de ressentiment était la première, » qu'il serait le premier à demander vengeance.

5 ***Sed malle falsa et inania,*** « mais qu'il aimait mieux que les imputations fussent fausses et chimériques »

secreto[6] : neque dubitabantur præscripta ei a Tiberio, quum, incallidus alioqui et facilis[7] juventa, senilibus[8] tum artibus uteretur. Piso, Dalmatico mari[9] tramisso, relictisque apud Anconam[10] navibus, per Picenum[11], ac mox Flaminiam viam[12], assequitur legionem, quæ e Pannonia[13] in urbem, dein præsidio Africæ[14], ducebatur : eaque res agitata rumoribus, ut[15] in agmine atque itinere crebro se militibus ostentavisset. Ab Narnia[16], vitandæ suspicionis, an quia pavidis consilia in incerto sunt, Nare, ac mox Tiberi devectus, auxit vulgi iras, quia navem tumulo Cæsarum adpulerat; dieque, et ripa frequenti[17], magno clientium agmine ipse, feminarum comitatu Plancina, et vultu alacres incessere. Fuit inter irritamenta invidiæ domus foro imminens, festa ornatu[18], conviviumque et epulæ, et, celebritate loci, nihil occultum.

Postera die Fulcinius Trio Pisonem apud consules postulavit[19] : contra Vitellius, ac Veranius, ceterique, Germanicum comitati, tendebant, « nullas esse partes Trioni[20]; neque se accusatores, sed rerum indices et testes, mandata Germanici perlaturos. » Ille dimissa ejus causæ delatione[21], ut priorem vitam[22] accusaret obtinuit : petitumque est a

6 *Omni secreto*, « toute entrevue secrète, » toute audience particulière.

7 *Facilis*, « franc, » d'un caractère ouvert.

8 *Senilibus*, « d'un vieillard, » c.-à-d. de Tibère.

9 *Dalmatico mari*, « la mer de Dalmatie, » la partie de l'Adriatique qui baigne la côte orientale où se trouvent aujourd'hui Raguse, Zara, etc.

10 *Anconam*, aujourd'hui Ancône, port de l'Italie centrale, sur la mer Adriatique.

11 *Per Picenum*, « le Picenum, » aujourd'hui *Marche* d'Ancône.

12 *Flaminiam viam*, « la voie Flaminia » conduisait de Rome à Ariminum par la Sabine et l'Ombrie. Elle avait 360 milles de long.

13 *Pannonia*, « la Pannonie, » aujourd'hui partie de l'Autriche, de l'Esclavonie et de la Croatie.

14 *Præsidio Africæ*, « pour tenir garnison en Afrique. »

15 *Ea res agitata rumoribus, ut*, etc., « il y eut des bruits qui circulèrent sur ce que... »

16 *Narnia*, « Narni, » aujourd'hui ville de l'Italie centrale, sur la *Nera* (jadis Nar) au N. de Rome.

17 *Ripa frequenti*, « quand la rive était couverte du peuple. »

18 *Festa ornatu*, « parée comme pour une fête, » en l'honneur du retour du maître. Par ces ornements de fête il faut entendre des couronnes, des branches de laurier qu'on suspendait à la porte des maisons où l'on faisait des réjouissances. On y ajoutait souvent des illuminations (lanternes, flambeaux de cire.) Voy. Juvénal, *Sat.* VI, 79.

19 *Postulavit apud consules*, « déféra aux consuls. » L'acte par lequel on citait quelqu'un devant les magistrats s'appelait *postulatio*. Demander un ordre de contrainte se dit, en droit romain, *actionem postulare*.

20 *Nullas esse partes Trioni*, « que Trion n'avait pas à se porter partie, » qu'il intervenait à tort dans la cause, qu'il usurpait un rôle qui ne lui appartenait pas.

21 *Dimissa causæ delatione*, « ayant abandonné la poursuite principale, » le fond de la cause.

22 *Priorem vitam*, sous-entendu *Pisonis*. « Les antécédents de Pison. »

principe, cognitionem exciperet[23] : quod ne reus quidem abnuebat, studia[24] populi et patrum metuens : contra, « Tiberium spernendis rumoribus[25] validum, et conscientiæ matris innexum esse[26] : veraque aut in deterius credita, judice ab uno facilius discerni : odium et invidiam apud multos[27] valere. » Haud fallebat Tiberium moles[28] cognitionis, quaque ipse fama distraheretur[29]. Igitur paucis familiarium adhibitis, minas accusantium, et hinc preces audit, integramque causam ad senatum remittit.

Exin biduum criminibus objiciendis[30] statuitur, utque sex dierum spatio interjecto, reus per triduum defenderetur. Tum Fulcinius vetera et inania orditur : ambitiose avareque habitam Hispaniam : quod neque convictum[31] noxæ reo, si recentia purgaret, neque defensum absolutioni erat[32], si teneretur[33] majoribus flagitiis. Post quem Servæus, et Veranius, et Vitellius consimili studio[34], sed multa eloquentia Vitellius objecere : « odio Germanici, et rerum novarum studio, Pisonem vulgus militum, per licentiam et sociorum injurias, eo usque corrupisse, ut parens legionum a deterrimis appellaretur : contra in optimum quemque, maxime in comites et amicos Germanici, sævisse : postremo ipsum devotionibus[35] et veneno peremisse : sacra hinc et immolationes nefandas[36] ipsius atque Plancinæ : petitam armis rempublicam[37]; utque reus agi posset, acie victum. »

23 *Cognitionem exciperet,* « qu'il prît lui-même connaissance de l'affaire, » qu'il se chargeât de l'instruction du procès. *Exciperet,* comme *susciperet.*

24 *Studia,* « préventions. »

25 *Spernendis rumoribus validum,* « qu'il était assez fort pour braver les clameurs. »

26 *Conscientiæ matris innexum esse,* « engagé dans les secrets de sa mère. » Allusion à l'alliance supposée de l'impératrice mère avec Plancine, laquelle passait pour avoir agi à l'instigation de Livie, et sous l'inspiration de Tibère.

27 *Apud multos,* « dans une assemblée. »

28 *Moles,* « la lourde responsabilité. »

29 *Qua fama ipse distraheretur,* « à quels soupçons il était lui-même en butte. »

30 *Criminibus objiciendis.* « pour l'exposé des griefs. »

31 *Quod convictum,* « allégation qui, prouvée... »

32 *Neque defensum absolutioni erat,* « et qui, réfutée, ne pouvait donner lieu à un acquittement. »

33 *Teneretur*, comme *convinceretur*.

34 *Consimili studio,* « avec une égale chaleur. »

35 *Devotionibus,* « par des maléfices. »

36 *Sacra et immolationes nefandas...* « qu'il y avait eu des sacrifices impies offerts... » Ceci se rapporte à l'allégresse que Pison et Plancine avaient montrée en apprenant la mort de Germanicus, allégresse qui s'était traduite en sacrifices d'actions de grâces offerts dans les temples de l'île de Cos.

37 *Petitam armis rempuolicam*, « la république avait été attaquee par les armes d'un rebelle.» Allusion aux

Defensio in ceteris [38] trepidavit [39] : nam neque ambitionem militarem, neque provinciam pessimo cuique obnoxiam, ne contumelias quidem adversum imperatorem inficiari poterat. Solum veneni crimen visus est diluisse, quod ne accusatores quidem satis firmabant, « in convivio Germanici, quum super eum [40] Piso discumberet, infectos manibus ejus cibos » arguentes. Quippe absurdum videbatur, inter aliena servitia, et tot adstantium visu, ipso Germanico coram, id ausum : offerebatque [41] familiam [42] reus, et ministros in tormenta flagitabat. Sed judices per diversa implacabiles erant : Cæsar, ob bellum provinciæ illatum; senatus, nunquam satis credito [43], sine fraude Germanicum interiisse. Simul populi ante curiam voces audiebantur; « non temperaturos manibus, si patrum sententias evasisset. » Effigiesque Pisonis traxerant in Gemonias [44], ac divellebant, ni jussu principis protectæ repositæque forent. Igitur inditus lecticæ, et a tribuno prætoriæ cohortis deductus est : vario rumore [45], custos salutis, an mortis exactor, sequeretur.

Eadem Plancinæ invidia, major gratia : eoque ambiguum habebatur, quantum Cæsari in eam liceret [46] : atque ipsa, donec mediæ Pisoni spes [47], sociam se cujuscumque [48] for-

préparatifs de défense que Pison avait faits en Cilicie. Il s'était fortifié dans la place de *Celenderis ;* il avait formé une armée de déserteurs et d'esclaves, auxquels il avait joint le contingent envoyé par les petits princes du pays; il avait soutenu un siége en règle, et il n'avait cédé qu'à la force (*acie victum*).

38 *In ceteris*, « sur tous les points, » sauf un seul dont il est question ci-après. Nous avons déjà noté cet hellénisme

39 *Trepidavit*, littéralem., « broncha, » chancela, fut faible.

40 *Super eum*, « au-dessus de lui. » Cela veut dire que Pison occupait le lit de table qu'on appelait *summus lectus*. Dans un *triclinium* romain il y avait trois lits rangés sur trois côtés de la table ; le premier se nommait *summus*, le second *medius*, le troisième *imus*. Le lit du milieu (*medius*) était regardé comme le plus honorable; c'était celui où Germanicus avait dû être assis, ayant Pison « au-dessus de lui » (*super eum*), c'est-à-dire sur le lit appelé *summus*.

41 *Offerebat*, sous-entendu *in tormenta*.

42 *Familiam*, « ses esclaves. »

43 *Nunquam satis credito*, « n'y ayant pas apparence. » Nous avons noté souvent cette forme d'ablatif absolu dans Tacite. (Voy. entre autres exemples, page 60, note 11; page 97, note 29.)

44 *In Gemonias*, « aux Gémonies. » On appelait *Gemoniæ*, ou *Scalæ*, ou *Gemonii gradus*, les degrés de la prison où les cadavres des suppliciés étaient exposés.

45 *Vario rumore*, pour *cum varius interea sermo esset*.

46 *Quantum Cæsari in eam liceret*, « jusqu'à quel point le prince serait l'arbitre de son sort. »

47 *Donec mediæ Pisonis spes*, mot à mot, « tant que les espérances de Pison oscillèrent, » tant que Pison eut encore de l'espoir. L'image, empruntée à la balance, dont se sert Tacite, rappelle ce vers d'Horace (*Epit.*, XVIII, 110) :— ... Neu fluitem dubiæ spe pendulus horæ.

48 *Cujuscumque*, « quelle qu'elle fût. »

tunæ, et, si ita ferret, comitem exitii promittebat. Ut secretis Augustæ precibus veniam obtinuit, paullatim segregari a marito, dividere defensionem[49] cœpit. Quod reus postquam sibi exitiabile intelligit, an adhuc experiretur dubitans, hortantibus filiis, durat mentem[50], senatumque rursum ingreditur : redintegratamque accusationem, infensas patrum voces, adversa et sæva cuncta perpessus, nullo magis exterritus est, quam quod Tiberium sine miseratione, sine ira, obstinatum clausumque[51] vidit, ne quo affectu perrumperetur. Relatus domum, tanquam defensionem in posterum meditaretur, pauca conscribit, obsignatque, et liberto tradit. Tum solita curando corpori exsequitur : dein multam post noctem, egressa cubiculo uxore, operiri fores jussit, et cœpta luce, perfosso jugulo, jacente humi gladio, repertus est. (Tac., *Ann*,, lib. III, cap. 8-10, 13-15.)

79.—SIÉGE DE ROME PAR LES GAULOIS.

Cet événement, dont tous les détails ne sont pas parfaitemen authentiques, eut lieu l'an 389 de la fondation de Rome, 364 av. J.-C.

Gallos quoque velut obstupefactos miraculum victoriæ tam repentinæ tenuit; et ipsi pavore[1] defixi primum steterunt, velut ignari quid accidisset : deinde insidias vereri, postremo cæsorum spolia legere, armorumque cumulos[2], ut mos eis est, coacervare. Tum demum, postquam nihil usquam hostile cernebatur, viam ingressi, haud multo ante solis occasum ab urbem Romam perveniunt : ubi, quum prægressi equites non portas clausas, non stationem pro portis excubare, non armatos esse in muris retulissent, aliud priori simile miraculum[3] eos sustinuit[4] : noctemque

49 *Dividere defensionem*, « elle sépara sa défense de la sienne, » elle ne plaida plus que sa propre cause.

50 *Durat mentem,* « il s'arme de courage. »

51 *Obstinatum clausumque*, « s'enfermant dans une impassibilité opiniâtre. » Admirables expressions.

79.—1 *Pavore,* « émotion, trouble. » Dans Silius (III, 215), *læto pavore,* « trouble qui naît de la joie. »

2 *Armorum cumulos*, « des amas d'armes. » César (*de Bell. Gall.*, VI, 17) confirme cet usage gaulois « *Multis in civitatibus harum rerum exstructos cumulos locis consecratis conspicari licet.* » *Cumulos* (σωρούς). Mais peut-être dans la phrase de César faut-il lire *tumulos*, qui seraient ces *barraws*, ces *galgals* qu'on trouve à chaque pas en Bretagne, et qui sont, comme on sait. des tombeaux gaulois.

3 *Aliud miraculum priori simile* cette autre merveille analogue à la première (leur victoire miraculeuse).

4 *Sustinuit,* c'est-à-dire *ab itinere continuando retinuit*

veriti et ignotæ situm urbis, inter Romam atque Anienem[5] consedere, exploratoribus missis circa mœnia aliasque[6] portas, quænam hostibus in perdita re consilia essent. Romani, quum pars major ex acie Veios petiisset, nemo[7] superesse quemquam præter eos qui Romam refugerant, crederet, complorati omnes pariter vivi mortuique totam prope urbem lamentis impleverunt[8]. Privatos deinde luctus stupefecit publicus pavor, postquam hostes adesse nuntiatum est; mox ululatus cantusque dissonos, vagantibus circa mœnia turmatim barbaris, audiebant. Omne inde tempus suspensos ita tenuit animos usque ad lucem alteram, ut identidem jam in urbem futurus videretur impetus primo adventu[9] quo accesserant ad urbem; mansuros enim ad Alliam fuisse[10], nisi hoc consilii foret[11]. Deinde sub occasum solis, quia haud multum diei supererat, ante noctem rati se invasuros[12]; tum in noctem dilatum consilium esse, quo plus pavoris inferrent. Postremo lux appropinquans exanimare : timorique perpetuo ipsum malum continens fuit[13], quum signa infesta portis sunt illata.

Nequaquam tamen ea nocte, neque insequenti die, similis illi, quæ ad Alliam tam pavide fugerat, civitas fuit[14]. Nam

[5] *Anienem*, « l'Anio, » (Teverone) rivière qui se jette dans le Tibre à 6 kilom. environ au N.-E. de Rome.

[6] *Alias*, « autres » (que celles qu'ils avaient trouvées ouvertes).

[7] *Nemo*, pour *sed quum nemo*.

[8] *Complorati omnes*, etc., se rapporte à *Romani*, qui est le sujet de cette phrase, laquelle a donné lieu à plusieurs corrections et explications différentes. Nous avons adopté le texte de Gronovius, suivi par Drakenborch, et nous expliquons avec ces deux éditeurs : « Quant aux Romains (les fugitifs d'Allia), dont le plus grand nombre s'était réfugié à Veies, mais dont on ne croyait pas qu'il eût survécu un seul, à l'exception de ceux... etc., leur absence, qui mettait sur la même ligne les morts et les vivants, excita un deuil général qui remplit la ville de gémissements. »

[9] *Primo adventu*, suppléez *a*, *cum* ou *simul*: « qu'on pouvait s'attendre d'un moment à l'autre à une attaque, et cela depuis le premier instant de leur arrivée. »

[10] *Mansuros enim*, etc. sous-entendu *rati*, qui est au membre de phrase suivant. Remarquez la beauté de ce tour, de cette forme indirecte, de ces infinitifs accumulés.

[11] *Nisi hoc consilii foret*, « s'ils n'avaient pas ce dessein » (le dessein d'attaquer).

[12] *Se invasuros*. *Se* se rapporte non aux Gaulois, mais aux Romains, « c'était avant la nuit, pensaient-ils, qu'ils les attaqueraient. » L'amphibologie, en latin comme en français, n'est vicieuse que lorsqu'elle nuit à la clarté du sens.

[13] *Timorique perpetuo ipsum malum continens fuit*, m. à m. « et à cette crainte continue vint se joindre immédiatement le mal lui-même. » Les transes des Romains forment comme une chaîne non interrompue, et le mal qu'ils redoutaient (l'attaque) en est le dernier anneau.

[14] *Similis illi... civitas fuit*. Au lieu de *illi quæ fugerat*, Gronovius voudrait lire *illis qui fugerant ;* mais ce tour, loin d'être languissant, a beaucoup d'éclat et d'énergie. Qui ne sent l'effet de ce contraste entre les deux cités personnifiées, la cité peureuse et la cité héroïque, la Rome qui a fui et la Rome qui a eu foi?

quum defendi urbem posse, tam parva relicta manu, spes nulla esset, placuit cum conjugibus ac liberis juventutem militarem[15] senatusque robur[16] in arcem Capitoliumque conscendere; armisque et frumento collatis, ex loco inde munito deos hominesque et romanum nomen defendere; Flaminem[17] sacerdotesque Vestales[18] sacra publica a cæde, ab incendiis procul auferre; nec ante deseri cultum eorum, quam non superessent qui colerent; si arx Capitoliumque sedes deorum, si senatus caput publici consilii, si militaris juventus superfuerit imminenti ruinæ urbis, facilem jacturam esse seniorum, relictæ in urbe utique perituræ turbæ[19]: et, quo id æquiore animo de plebe[20] multitudo ferret, senes triumphales consularesque simul se cum illis palam dicere obituros, nec his corporibus, quibus non arma ferre, non tueri patriam possent, oneraturos inopiam armatorum[21]. Hæc inter seniores morti destinatos jactata solatia[22].

Versæ inde adhortationes ad agmen juvenum, quos in Capitolium atque in arcem prosequebantur, commendantes virtuti eorum juventæque urbis per trecentos sexaginta[23] annos omnibus bellis victricis, quæcumque reliqua esset, fortunam. Digredientibus qui spem omnem atque opem secum ferebant, ab iis qui captæ urbis non superesse statuerant exitio, quum ipsa res speciesque miserabilis erat, tum muliebris fletus et concursatio incerta nunc hos, nunc illos sequentium rogitantiumque viros natosque cui se fato darent, nihil, quod humanis superesset malis, relinquebant[24]. Magna pars tamen earum in arcem suos prose-

15 *Militarem*, « formant la milice. »

16 *Senatus robur*, « la partie énergique, valide du sénat. »

17 *Flaminem*, « le flamine » ou prêtre de Quirinus. (*Flamen Quirinalis.*)

18 *Sacerdotes Vestales*, « les Vestales, » vierges consacrées au culte de Vesta; elles étaient au nombre de six et devaient exercer leur ministère pendant trente années.

19 *Turbæ utique perituræ*, « foule qui n'était bonne, en tous cas, qu'à périr, » (en apposition).

20 *Id de plebe*, sous-entendu *decretum*, « ce sort réservé au petit peuple, » l'extermination en masse.

21 *Non oneraturos inopiam armatorum*, « faibles et vieux qu'ils étaient ils ne prétendaient pas *peser sur la détresse* des défenseurs de la patrie. »

22 *Hæc solatia jactata*, « tels étaient les motifs de consolation, » (παραμύθιαι) qu'échangeaient les vieillards. (*Seniores*, les vieillards de la ville, qu'il ne faut pas confondre avec *senes*, les vieux sénateurs).

23 *Trecentos sexaginta*. Ce chiffre de 360 est, comme l'on dit, un chiffre *rond*, à moins qu'on ne fasse dater la véritable fondation de Rome de la guerre avec les Sabins (l'an 4 de l'ère romaine vulgaire).

24 *Nihil quod humanis... relinquebant*, m. à m. « ne laissaient rien qui restât pour compléter les maux de l'humanité » (la somme des misères humaines). Cette séparation, ces

cutæ sunt, nec prohibente ullo, nec vocante : quia quod utile obsessis[25] ad minuendam imbellem multitudinem, id parum humanum[26] erat. Alia maxime plebis turba, quam nec capere tam exiguus collis, nec alere in tanta inopia frumenti poterat, ex urbe effusa velut agmine jam uno[27] petiit Janiculum; inde pars per agros dilapsi, pars urbes petunt finitimas; sine ullo duce, aut consensu, suam quisque spem, sua consilia, communibus deploratis[28], exsequentes[29]. Flamen interim Quirinalis, virginesque Vestales, omissa rerum cura, quæ sacrorum secum ferenda, quæ (quia vires ad omnia ferenda deerant) relinquenda essent consultantes, quisve ea locus fideli asservaturus custodia esset; optimum ducunt, condita in doliolis sacello proximo, ædibus flaminis Quirinalis, ubi nunc despui religio est, defodere : cetera inter se onere partito ferunt, via quæ Sublicio ponte ducit ad Janiculum. In eo clivo eas quum L. Albinius, de plebe romana homo, conspexisset, plaustro conjugem ac liberos vehens, inter ceteram turbam quæ inutilis bello urbe excedebat; salvo etiam tum discrimine divinarum humanarumque rerum[30], irreligiosum ratus sacerdotes publicos, sacraque populi romani pedibus ire ferrique, se ac suos in vehiculo conspici; descendere uxorem ac pueros jussit, virgines sacraque in plaustrum imposuit; et Cære[31], quo iter sacerdotibus erat, pervexit.

Romæ interim, satis jam omnibus, ut in tali re[32], ad tuendam arcem compositis, turba seniorum domos regressa, adventum hostium, obstinato ad mortem animo, exspectabat; qui eorum curules gesserant magistratus, ut in fortunæ pristinæ honorumque aut virtutis insignibus morerentur, quæ augustissima vestis est thensas[33] ducentibus,

pleurs, ces questions déchirantes, formaient une scène de douleur inexprimable, complétaient l'idée qu'on peut se faire des misères de l'humanité. *Malis humanis* est au datif régi par *superesset*, sous-entendu *explendis*.

25 *Quod utile obsessis esset*, savoir : l'exclusion des femmes.

26 *Parum humanum*, « peu conforme à l'humanité, » inhumain.

27 *Velut agmine jam uno*, « ne formant, pour ainsi dire, dès lors qu'une seule bande. » Ce *jam* suppose qu'il y avait eu précédemment quelques fuites partielles, isolées.

28 *Communibus deploratis*, sous-entendu *consiliis*, « dans l'absence de toute direction publique. » *Deploratis* comme *nullis*, *sublatis*.

29 *Exsequentes*, pour *persequentes*.

30 *Salvo etiam tum discrimine*, « car alors, du moins, on savait encore distinguer... » Réflexion satirique du narrateur, à l'adresse des mœurs et des idées de son temps

31 *Cære*, d'abord Agylla, ville d'Etrurie, à l'O. de Veies.

32 *Ut in tali re*, c.-à-d. *quantum fieri poterat in rebus tam trepidis*

33 *Tensas* ou *thensas*, chariot sacré. Tacite (*Annales*, XII, 42) rapporte

triumphantibusve, ea vestiti medio ædium[34] eburneis sellis sedere. Sunt qui, M. Fabio pontifice maximo præfante carmen[35], devovisse eos se pro patria, Quiritibusque romanis tradant.

Galli, et quia interposita nocte a contentione pugnæ remiserant animos, et quod nec in acie ancipiti[36] usquam certaverant prælio, nec tum impetu aut vi capiebant urbem, sine ira, sine ardore animorum ingressi postero die urbem, patente Collina porta, in forum perveniunt, circumferentes oculos ad templa deûm arcemque, solam belli speciem tenentem[37]. Inde modo relicto præsidio, ne quis in dissipatos ex arce aut Capitolio impetus fieret, dilapsi ad prædam vacuis occursu hominum viis, pars in proxima quæque tectorum agmine ruunt, pars ultima[38], velut ea demum intacta et referta præda, petunt. Inde rursus ipsa solitudine absterriti, ne qua fraus hostilis vagos exciperet, in forum ac propinqua foro loca conglobati[39] redibant : ubi eos, plebis ædificiis[40] obseratis, patentibus atriis principum, major prope cunctatio tenebat[41], aperta quam clausa invadendi : adeo haud secus quam venerabundi intuebantur in ædium vestibulis sedentes viros, præter ornatum habitumque humano augustiorem, majestate etiam, quam vultus gravitasque oris præ se ferebat, simillimos diis. Ad eos velut simulacra versi quum starent, M. Papirius, unus ex his, dicitur Gallo barbam suam, ut tum omnibus promissa erat, permulcenti, scipione eburneo in caput incusso, iram movisse ; atque ab eo initium cædis ortum, ceteros in sedibus suis trucidatos.

qu'Agripine se faisait conduire au Capitole dans un char dont l'usage était autrefois réservé pour les vestales et pour les statues des dieux. Le *carpentum* dont parle Tacite est le même que les *tensæ* dont il est ici question.

34 *Medio ædium*, « dans l'*atrium* de leurs maisons. » Selon Plutarque, ils s'installèrent dans le forum (ἐν ἀγορᾷ).

35 *Præfante carmen*, « prononçant le premier la formule sacramentelle. »

36 *In acie ancipiti*, « dans une affaire où les succès et les revers eussent été balancés, » dans une bataille sérieusement engagée.

37 *Solam*, etc., construisez *solam tenentem belli speciem*

38 *Ultima tecta*, opposé à *proxima*, « les maisons les plus éloignées, » par rapport à la partie de la ville où ils étaient entrés d'abord. »

39 *Conglobati*, « par pelotons. »

40 *Plebis ædificiis*, « les édifices publics. »

41 *Major prope cunctatio*, etc. N'y a-t-il pas quelque peu de subtilité dans cette hésitation que Tite-Live prête aux Gaulois ? Ce temps d'arrêt au seuil de ces maisons ouvertes, ce sentiment de respect plus fort, pour ainsi dire, que les serrures de ces temples fermés, est-ce une idée bien naturelle ? N'est-ce pas abuser de l'amplification que de forcer ainsi les choses, et le simple récit ne vaut-il pas mieux que ces antithèses ?

Post principum cædem, nulli deinde mortalium parci, diripi tecta, exhaustis injici ignes.

Ceterum, seu non omnibus delendi urbem libido erat, seu ita placuerat principibus Gallorum et ostentari quædam incendia[42], terroris causa, si compelli ad deditionem caritate sedium suarum obsessi possent, et non omnia concremari tecta, ut, quodcumque superesset, urbis, id pignus ad flectendos hostium animos haberent, nequaquam perinde atque in capta urbe prima die aut passim aut late vagatus est ignis[43].

Romani, ex arce plenam hostium urbem cernentes, vagosque per vias omnes cursus, quum alia atque alia parte nova aliqua clades oriretur, non mentibus solum concipere[44], sed ne auribus quidem atque oculis satis constare[45] poterant. Quocumque clamor hostium, mulierum puerorumque ploratus, sonitus flammæ et fragor ruentium tectorum advertisset[46], paventes ad omnia, animos, oraque, et oculos flectebant, velut ad spectaculum a fortuna positi occidentis patriæ[47], nec ullius rerum suarum relicti, præterquam corporum, vindices[48] : tanto ante alios miserandi magis, qui unquam obsessi sunt, quod interclusi a patria obsidebantur[49], omnia sua cernentes in hostium potestate. Nec tranquillior nox diem tam fœde actum excepit : lux deinde noctem inquietam[50] insecuta est; nec ullum erat tempus, quod a novæ semper cladis alicujus spectaculo cessaret[51]. Nihil tamen tot onerati atque obruti malis flexe-

[42] *Ostentari quædam incendia*, « qu'il y eût quelques incendies pour la montre, » comme moyen comminatoire.

[43] *Nequaquam*, etc., construisez *nequaquam prima die aut passim aut late vagatus est ignis perinde atque in capta urbe*.

[44] *Concipere*, sous-entendu *magnitudinem cladium*.

[45] *Auribus... constare*, « s'en tenir, s'en rapporter au témoignage de leurs oreilles. »

[46] *Advertisset*, sous-entendu *eos*.

[47] *Velut ad spectaculum*, etc., construisez *velut a fortuna positi ad spectaculum occidentis patriæ*.

[48] *Nec ullius*, etc. « de tout ce qu'ils avaient possédé, il ne leur restait plus rien à sauver que leurs personnes. »

[49] *Interclusi a patria obsidebantur*, « ils étaient tout ensemble assiégés et hors de leur patrie. » Idée subtile. En quoi la situation des Romains était-elle exceptionnelle? n'arrive-t-il pas fréquemment que les habitants d'une place, réduits à s'en fermer dans la citadelle, voient leur ville au pouvoir de l'ennemi? On ne peut pas dire, même figurément, qu'on est *hors de son pays* tant qu'on a le pied dans son pays : on n'est pas à la fois *dedans* et *dehors*. Ces sortes de *pointes* se rencontrent assez souvent dans Tite-Live (Voy. plus haut page 229, note 41); il est bon de les signaler en passant.

[50] *Inquietam*. Peut-être faut-il lire *inquieta*, avec Gronovius.

[51] *Quod cessaret... a spectaculo*, m. à m. «qui mit trêve au spectacle,» où quelque nouveau désastre ne vînt sans cesse varier et prolonger le spectacle lugubre de ces scènes de dévastation.

runt[52] animos, quin, etsi omnia flammis ac ruinis æquata vidissent, quamvis inopem[53] parvumque, quem tenebant collem, libertati relictum, virtute defenderent. Et jam quum eadem quotidie acciderent, velut assueti malis, abalienaverant ab sensu rerum suarum animos; arma tantum, ferrumque in dextris, velut solas reliquias spei suæ, intuentes.

Galli quoque, per aliquot dies in tecta modo urbis nequidquam bello gesto[54], quum inter incendia ac ruinas captæ urbis nihil superesse præter armatos hostes viderent, nec quidquam tot cladibus territos, nec flexuros ad deditionem animos, ni vis adhiberetur, experiri ultima et impetum facere in arcem statuunt. Prima luce signo dato, multitudo omnis in foro instruitur : inde clamore sublato ac testudine facta[55], subeunt. Adversus quos Romani nihil temere[56] nec trepide ad omnes aditus stationibus firmatis, qua signa ferri videbant, ea robore virorum opposito[57], scandere hostem sinunt; quo successerit magis in arduum, eo pelli posse per proclive facilius rati. Medio fere clivo[58] restitere; atque inde ex loco superiore, qui prope sua sponte in hostem inferebat, impetu facto, strage ac ruina fudere Gallos : ut nunquam postea nec pars, nec universi tentaverint tale pugnæ genus. (Tit. Liv. lib. v, c. 39, 40, 41, 42, 43.)

80.—RETOUR DE CAMILLE. DÉFAITE DES GAULOIS.

C'est surtout en ce qui concerne la défaite des Gaulois que le récit de Tite-Live prête à des doutes sérieux. Quelques historiens rapportent l'issue de l'invasion Gauloise d'une manière beaucoup moins favorable aux Romains.

Veiis[1] interim, non animi tantum in dies, sed etiam vires crescebant : nec Romanis solum eo convenientibus ex

[52] *Flexerunt*, pour *desponderunt*.

[53] *Quamvis inopem*. *Quamvis* est construit avec *inopem*, comme dans Virgile (*Enéïd.*, I, 3) : *ut, quamvis arido, parerent arva colono*.

[54] *Nequicquam bello gesto*, « après une guerre stérile sans résultat. » *Bello* est ici par ironie.

[55] *Testudine facta*. Il s'agit ici de la *testudo* des temps héroïques (*συνασπισμὸς*), de la manœuvre qu'on exécutait à l'aide des boucliers disposés en forme de toit. (Voy. la narration de la *prise de Mulucha*, page 125, note 36.)

[56] *Nihil temere*, sous-entendu *facientes*.

[57] *Opposito*, sous-entendu *tamen*, « après avoir pris soin toutefois de leur opposer... »

[58] *Medio clivo restitere*, » ils s'arrêtèrent (les Romains) à peu près à mi-côte. »

80—[1] *Veiis*, «Veies,» la plus méridionale des douze Lucumonies étrusques, qui avait été prise par les Romains, dix ans auparavant, en 395. Les fugitifs d'Allia s'y étaient réfugiés après la bataille.

agris, qui aut prælio adverso[2], aut clade captæ urbis palati fuerant, sed etiam ex Latio voluntariis confluentibus, ut in parte prædæ essent. Maturum jam videbatur repeti patriam, eripique ex hostium manibus : sed corpori valido caput deerat. Locus ipse[3] admonebat Camilli, et magna pars militum erat qui ductu auspicioque ejus res prospere gesserant.

Consensu omnium placuit ab Ardea[4] Camillum acciri, sed antea consulto senatu, qui Romæ esset : adeo regebat omnia pudor[5], discriminaque rerum[6], prope perditis rebus, servabant. Ingenti periculo transeundum per hostium custodias erat; ad eam rem Pontius Cominius, impiger juvenis, operam pollicitus, incubans cortici, secundo Tiberi ad urbem defertur. Inde qua proximum fuit a ripa, per præruptum eoque neglectum hostium custodiæ saxum, in Capitolium evadit; et, ad magistratus ductus, mandata exercitus edit. Accepto inde senatus decreto, et comitiis curiatis[7] revocatus de exsilio, jussu populi Camillus dictator extemplo diceretur, militesque haberent imperatorem quem vellent, eadem[8] digressus, nuntius Veios contendit : missique Ardeam legati ad Camillum, Veios eum perduxere : seu (quod magis credere libet, non prius profectum ab Ardea, quam comperit[9] legem[10] latam : quod nec injussu populi mutari finibus[11] posset, nec nisi dictator dictus auspicia in exercitu habere[12]); lex curiata lata est, dictatorque absens dictus.

2 *Prælio adverso*, la bataille d'Allia.

3 *Locus ipse*, Veïes, dont la prise avait été due principalement à Camille.

4 *Ardea*, « Ardée, » ville du Latium, ancienne capitale des Rutules, au S.-E. de Rome.

5 *Pudor*, « le respect de la règle, » ce que Massillon appelle (*Petit Carême*) : *la pudeur de l'ordre*.

6 *Discrimina rerum*, « les distinctions établies, » les degrés de la hiérarchie politique.

7 *Comitiis curiatis*. Dans ces comices, le peuple donnait ses suffrages partagé en trente curies, et ce que la majorité des curies, c.-à-d. seize, avait adopté passait pour la décision du peuple entier. Ces comices étaient appelés à conférer, en vertu d'un plébiscite, le commandement militaire.

8 *Eadem*, sous-entendu *via*

9 *Comperit*, sous-entendu *Camillus*.

10 *Legem*, « le plébiscite » qui l'investissait du commandement.

11 *Mutari finibus*, « changer de résidence. »

12 *Auspicia habere*, prendre les auspices. » La cérémonie de prendre les auspices consistait, pour le magistrat chargé de ce soin, à se faire accompagner d'un augure qui plaçait une tente hors de l'enceinte de la ville pour reconnaître les présages. (Voy. Cicéron *de Div.*, II, 34), et qui observait soit l'état du ciel, soit le vol des oiseaux. Le droit d'*auspices* était l'attribution du pouvoir suprême (*imperium*) : de là l'expression « *sous les auspices* » pour « *sous les ordres* » de quelqu'un. (Voy. la narration n° 74, *bataille d'Idistavise*, page 216, note 69.)

Dum hæc Veiis agebantur, interim arx Romæ Capitoliumque[13] in ingenti periculo fuit. Namque Galli, seu vestigio notato humano, qua[14] nuntius a Veiis pervenerat, seu sua sponte animadverso ad Carmentis saxum[15] ascensu æquo[16], nocte sublustri, quum primo inermem qui tentaret viam præmisissent, tradentes inde arma, ubi quid iniqui esset, alterni[17] innixi, sublevantesque invicem et trahentes alii alios, prout postularet locus; tanto silentio in summum evasere, ut non custodes solum fallerent, sed ne canes quidem, sollicitum animal ad nocturnos strepitus, excitarent. Anseres non fefellere[18], quibus[19] sacris Junoni, in summa inopia cibi, tamen abstinebatur : quæ res saluti fuit. Namque clangore eorum alarumque crepitu excitus M. Manlius, qui triennio ante consul fuerat, vir bello egregius, armis arreptis, simul ad arma ceteros ciens vadit; et, dum ceteri trepidant, Gallum, qui jam in summo constiterat, umbone ictum deturbat. Cujus casus prolapsi quum proximos sterneret[20], trepidantes alios armisque omissis, saxa, quibus adhærebant, manibus amplexos, trucidat : jamque et alii congregati telis missilibusque saxis proturbare hostes, ruinaque tota prolapsa acies in præceps deferri. Sedato deinde tumultu, reliquum noctis (quantum in turbatis mentibus poterat, quum præteritum quoque periculum sollicitaret[21]) quieti datum est. Luce orta, vocatis classico ad concilium militibus, ad tribunos, quum et recte et perperam facto pretium deberetur, Manlius primum ob virtutem laudatus donatusque, non ab tribunis solum militum, sed consensu etiam militari; cui universi selibras[22] farris, et quartarios[23] vini, ad ædes ejus, quæ in arce erant, contulerunt; rem dictu parvam, ceterum inopia fecerat eam argumentum ingens caritatis, cum se quisque

13 *Arx Romæ Capitoliumque.* Le mont Capitolin renfermait dans ses murs deux sommets : l'un, au midi, portait la *citadelle* (*arx*); l'autre, au nord, le *temple* (*templum*) de Jupiter.

14 *Qua*, sous-entendu *via*.

15 *Ad Carmentis saxum.* Partie de la Roche Tarpéienne, située près de la porte Carmentale, à l'extrémité méridionale du mont Capitolin.

16 *Ascensu æquo saxum*, « que le rocher était facile à escalader. »

17 *Alterni*, pour *alter, alteri.*

18 *Non fefellere*, sous-entendu *Galli.*

19 *Quibus*, sous-entendu *anseribus.*

20 *Cujus casus prolapsi*, etc. Construisez *quum casus cujus* (hujus) *prolapsi sterneret proximos.*

21 *Sollicitaret*, pour *sollicitudini esset.*

22 *Selibras*, « une demi-livre, » (chacun, 163 grammes.)

23 *Quartario*, le *quartarius* était une mesure de capacité pour les liquides qui formait le quart du *sextarius* (sextier). Le sextier contenait 1 livre 8 onces de liquide, soit 750 grammes.

victu suo fraudans, detractum corpori atque usibus necessariis ad honorem unius viri conferret. Tum vigiles ejus loci, qua fefellerat[24] ascendens hostis, citati; et quum in omnes more militari[25] se animadversurum Q. Sulpicius tribunus militum pronuntiasset, consentiente clamore militum, in unum vigilem conjicientium culpam, deterritus, a ceteris abstinuit : reum haud dubium ejus noxæ, approbantibus cunctis, de saxo dejecit. Inde intentiores utrimque custodiæ esse : et apud Gallos, quia vulgatum erat inter Veios Romamque nuntios commeare; et apud Romanos, ab nocturni periculi memoria.

Sed ante omnia obsidionis bellique mala, fames utrumque exercitum urgebat. Gallos pestilentia etiam, quum loco jacente inter tumulos[26] castra habentes, tum ab incendiis torrido et vaporis pleno, cineremque, non pulverem modo ferente, quum quid[27] venti motum esset : quorum[28] intolerantissima gens, humorique ac frigori assueta. Quum æstu et angore vexati[29], vulgatis velut in pecua morbis[30], morerentur[31], jam pigritia[32] singulos sepeliendi, promiscue acervatos cumulos hominum urebant; bustorumque inde Gallicorum[33] nomine insignem locum fecere. Induciæ deinde cum Romanis factæ, et colloquia permissu imperatorum habita : in quibus, quum identidem Galli famem objicerent, eaque necessitate ad deditionem vocarent, dicitur avertendæ ejus opinionis causa, multis locis panis de Capitolio jactatus esse in hostium stationes. Sed jam neque dissimulari, neque ferri ultra fames poterat. Itaque dum dictator delectum per se[34] Ardeæ habet, magistratum equitum L. Valerium a Veiis abducere exercitum jubet, parat instruitque[35] quibus haud impar adoriatur hostes; interim

24 *Fefellerat*, pour *latuerat*.

25 *More militari*. Quand un soldat était condamné pour désertion, parjure, etc., le tribun le frappait d'abord légèrement d'une baguette; puis, à ce signal, tous les soldats de la légion s'élançaient sur lui avec des verges et des bâtons, et le tuaient ordinairement sur place.

26 *Inter tumulos*, « dans l'enceinte des collines. »

27 *Quid*, pour *aliquid*.

28 *Quorum* se rapporte à ce qui précède, la vapeur brûlante des incendies, la cendre.

29 *Æstu et angore vexati*, « accablés par la chaleur et la suffocation » (qui en résultait).

30 *Vulgatis morbis in pecua*, « les maladies qui frappent les troupeaux, » le épizooties. *Pecua*, ancienne forme pour *pecora*.

31 *Morerentur*, au pluriel, parce que *gens* est un nom collectif.

32 *Pigritia*, pour *ob pigritiam*.

33 *Bustorum inde Gallicorum*, « les tombes gauloises. » *Bustum* désigne souvent un tombeau (τύμβος); il est employé dans ce sens par Cicéron. *Tusc.* v, 35; *de Leg.* II, 26, etc. (V. la narration précédente, note 2.)

34 *Per se*, « en personne. »

35 *Parat instruitque*, sous-entendu *armis*.

capitolinus exercitus stationibus vigiliisque fessus, superatis tamen humanis omnibus malis [36], quum famem unam natura vinci non sineret; diem de die prospectans, ecquod auxilium ab dictatore appareret; postremo spe quoque jam, non solum cibo, deficiente, et, quum stationes procederent [37], prope obruentibus infirmum corpus armis, vel dedi vel redimi se, quacumque pactione possent, jussit [38], jactantibus [39] non obscure Gallis haud magna mercede se adduci posse ut obsidionem relinquant. Tum senatus habitus, tribunisque militum negotium datum ut paciscerentur. Inde inter Q. Sulpicium tribunum militum et Brennum regulum Gallorum colloquio transacta res est, et mille pondo auri pretium populi gentibus mox imperaturi factum [40]. Rei fœdissimæ per se adjecta indignitas est : pondera ab Gallis allata iniqua [41], et, tribuno recusante, additus ab insolente Gallo ponderi gladius; auditaque intoleranda Romanis vox : « Væ victis esse ! »

Sed diique et homines prohibuere redemptos vivere Romanos : nam forte quadam, priusquam infanda merces perficeretur [42], per altercationem nondum omni auro appenso, dictator intervenit, auferrique aurum de medio, et Gallos submoveri jubet. Quum illi renitentes pactos dicerent sese [43], negat eam pactionem ratam [44] esse, quæ, postquam ipse dictator creatus esset, injussu suo ab inferioris juris magistratu facta esset; denuntiatque Gallis ut se ad prælium expediant : suos in acervum conjicere sarcinas, et arma aptare, ferroque non auro recuperare patriam jubet; in conspectu habentes fana deum, et conjuges, et liberos, et solum patriæ deforme belli malis, et omnia quæ defendi repetique et ulcisci fas sit. Instruit deinde aciem,

36 *Humanis malis*, « les maux que l'homme peut supporter. »

37 *Quum stationes procederent.* Gronovius entend « comme les tours de garde se renouvelaient sans cesse pour eux. » (*Procedere* dans le sens de *continuari.*) Mais cette interprétation, tout ingénieuse et appuyée d'exemples qu'elle est, nous semble forcée. Nous préférons le sens proposé par Doering et Drakenborch : « quand les hommes de garde s'acheminaient vers les postes » (chargés du poids de leurs armes). *Procedere* indique une marche lente.

38 *Jussit* se rapporte à *Capitolinus exercitus*

39 *Jactantibus*, « répandant le bruit. »

40 *Pretium populi factum*, etc. « On évalua à mille livres pesant d'or (environ 88,000 fr.) un peuple qui...; » phrase expressive.

41 *Pondera iniqua*, « de faux poids. »

42 *Priusquam infanda merces perficeretur*, « avant que cet indigne marché fût conclu, » fût consommé; avant que toute la somme eût été pesée.

43 *Dicerent sese pactos*, « disaient qu'il y avait pacte. »

44 *Ratam*, « ratifiée, » et, par conséquent, régulière.

ut loci natura patiebatur in semirutæ solo urbis et natura inæquali, et omnia, quæ arte belli secunda suis eligi præpararive poterant, providit. Galli, nova re trepidi, arma capiunt, iraque magis quam consilio in Romanos incurrunt. Jam verterat fortuna[45], jam deorum opes[46] humanaque consilia rem romanam adjuvabant. Igitur primo concursu haud majore momento[47] fusi Galli sunt, quam ad Alliam vicerant. Justiore altero deinde prælio[48], ad octavum lapidem Gabina via[49], quo se ex fuga contulerant, ejusdem ductu auspicioque Camilli vincuntur. Ibi cædes omnia obtinuit[50]; castra capiuntur, et ne nuntius quidem cladis relictus. Dictator, recuperata ex hostibus patria, triumphans in urbem redit; interque jocos militares, quos inconditos jaciunt, Romulus ac parens patriæ conditorque alter urbis, haud vanis laudibus, appellatur. Servatam deinde bello patriam, iterum in pace haud dubie servavit, quum prohibuit migrari Veios : et tribunis rem intentius agentibus post incensam urbem, et per se inclinata magis plebe ad id consilium : eaque causa fuit non abdicandæ post triumphum dictaturæ, senatu obsecrante, ne rempublicam in incerto relinqueret statu. (Tit. Liv., v, 46, 47, 48, 49.)

81.—RÉVOLTE DES LÉGIONS DE PANNONIE.

Ce dramatique récit de Tacite se rapporte à la sédition qui éclata l'an 767 de Rome, 14 après J.-C., dans les légions cantonnées en Pannonie. Tibère venait à peine de succéder à Auguste, son pouvoir n'était pas encore affermi. Quoique réprimée par l'énergie de Drusus, cette révolte eut de détestables conséquences; elle inaugure, en quelque sorte, l'ère de ces révoltes militaires qui devinrent plus tard périodiques, et qui précipitèrent l'empire romain.

Auspicante principatum Tiberio, pannonicas legiones seditio incessit[1] : nullis novis causis, nisi quod mutatus

45 *Verterat fortuna*, « la chance avait tourné. » *Verterat* pris activement, comme en français.

46 *Opes*. « les secours, la protection. »

47 *Haud majore momento*, « sans plus de difficulté, » mot à mot, « sans plus de variation. » *Momentum*, l'inclinaison de la balance, ce qui la fait pencher.

48 *Justiore prælio*, « dans une bataille plus en règle. »

49 *Gabina via*, « sur la route de Gabies, » ville du Latium, dans le pays des Volsques. Cette ville était déjà en ruines sous Auguste.

50 *Cædes omnia obtinuit*, « ce fut un massacre général. »

81.—1 *Incessit*, parfait de *incesso*.

princeps licentiam turbarum, et ex civili bello spem præmiorum ostendebat. Castris æstivis tres simul legiones habebantur, præsidente Junio Blæso : qui, fine Augusti et initiis Tiberii auditis, ob justitium aut gaudium[2], intermiserat solita munia. Eo principio lascivire miles, discordare, pessimi cujusque sermonibus præbere aures, denique luxum et otium cupere, disciplinam et laborem aspernari. Erat in castris Percennius quidam, dux olim theatralium operarum[3], dein gregarius miles, procax lingua, et miscere cœtus histrionali studio doctus. Is imperitos animos, et quænam post Augustum militiæ conditio ambigentes, impellere paullatim nocturnis colloquiis, aut, flexo in vesperam die, et dilapsis melioribus[4], deterrimum quemque congregare.

Postremo, promptis jam et aliis seditionis ministris[5], velut concionabundus interrogabat : « Cur paucis centurionibus, paucioribus tribunis[6], in modum servorum obedirent? quando ausuros exposcere remedia, nisi novum et nutantem adhuc principem precibus, vel armis adirent? satis per tot annos ignavia peccatum, quod tricena aut quadragena stipendia[7] senes, et plerique truncato ex vulneribus corpore, tolerent : ne dimissis quidem finem esse militiæ, sed apud vexillum retentos[8], alio vocabulo[9], eosdem labores

[2] *Justitium et gaudium,* « l'interruption de la justice » (causée par la mort d'Auguste); « la joie » (causée par l'avénement de Tibère).

[3] *Dux theatralium operarum.* Juste-Lipse entend par ces mots le chef des factions qui partageaient souvent la foule; Muret entend un chef de ces applaudisseurs apostés qui *coopèrent* trop souvent au succès des pièces. Un autre croit que Tacite désigne un chef d'histrions. M. Burnouf traduit *chef d'entreprises théâtrales.* Le sens de *chef machiniste* paraît le plus naturel.

[4] *Melioribus,* sous-entendu *militibus.*

[5] *Promptis jam et aliis ministris,* m. à m. « d'autres aussi se faisant désormais les ministres actifs de la sédition; » quand il eut réussi à organiser une propagande active.

[6] *Paucis centurionibus, paucioribus tribunis.* Il n'y avait que soixante centurions et seulement six tribuns par légion.

[7] *Tricena aut quadragena stipendia,* « trente ou quarante années de service. » Les soldats ne devaient servir que vingt ans, aux termes de la loi; passé ce temps ils étaient appelés vétérans.

[8] *Apud vexillum retentos.* Dans le principe il n'y avait qu'un seul congé (*missio*), et il était définitif. Sous Auguste on imagina une seconde forme de congé *exauctoratio*. L'*exauctoratio* dégageait les soldats du serment militaire; toutefois ils n'étaient pas congédiés définitivement, mais ils restaient à l'armée *sous une seule enseigne,* comme on disait (*uno sub vexillo*), affranchis du service et des corvées, et n'ayant plus que l'obligation de combattre. Cela avait été établi dans l'intérêt du fisc, parce que, venant à mourir sous le drapeau, ils perdaient leur droit à des récompenses. De là les plaintes des soldats qui étaient retenus *apud vexillum.*

[9] *Alio vocabulo,* pour *veteranorum nomine.*

perferre : ac si quis tot casus vita superaverit, trahi adhuc diversas in terras, ubi per nomen agrorum [10], uligines paludum [11], vel inculta montium accipiant. Enim vero militiam ipsam gravem, infructuosam : denis in diem assibus [12] animam et corpus æstimari : hinc vestem, arma, tentoria, hinc sævitiam centurionum, et vacationes munerum redimi [13]. At hercule verbera, et vulnera, duram hiemem, exercitas æstates, bellum atrox, aut sterilem pacem, sempiterna : nec aliud levamentum, quam si certis sub legibus militia iniretur; ut singulos denarios mererent : sextus decimus stipendii annus finem afferret; ne ultra sub vexillis tenerentur, sed iisdem in castris præmium pecunia solveretur. An prætorias cohortes, quæ binos denarios [14] acciperent, quæ post sexdecim annos penatibus suis reddantur, plus periculorum suscipere! Non obtrectari a se urbanas excubias : sibi tamen apud horridas gentes e contuberniis [15] hostem adspici. »

Adstrepebat vulgus diversis incitamentis : hi verberum notas, illi canitiem, plurimi detrita tegmina et nudum corpus exprobrantes. Postremo eo furoris venere, ut tres legiones miscere in unam [16] agitaverint. Depulsi æmulatione [17], quia suæ quisque legioni eum honorem quærebant, alio vertunt [18], atque una tres aquilas et signa cohortium locant [19] : simul congerunt cespites [20], exstruunt tri-

10 *Agrorum*. Les récompenses (*præmia*) promises aux soldats mis à la retraite étaient des *fonds de terre*.

11 *Uligines paludum*, etc. Cela était contre les réglements militaires; les soldats vétérans ne devaient pas recevoir des terrains arides, mais des lots propres à la culture.

12 *Denis in diem assibus*. Les soldats recevaient 51 centimes d'airain par jour; Percennius demandait un denier d'argent, qui valait 1 fr.

13 *Hinc vestem*, etc. Lorsque Jules César eut porté à 51 c. la paye qui, depuis la deuxième guerre punique, n'était que de 25 c., la loi de Gracchus, qui ordonnait que les soldats recevraient un habillement aux frais de l'Etat, fut abrogée, et ils durent s'habiller et s'armer à leurs frais.

14 *Binos denarios*. Dion (LIII, 11) assure que les cohortes prétoriennes ne recevaient que 20 *asses*, valant alors 1 denier un quart (1 fr. 25) seulement, par suite de la dépréciation du denier; mais Percennius exagère à dessein.

15 *Contuberniis*, « de leurs chambrées. » Chaque tente renfermait ordinairement dix soldats avec leur *decanus*, sous-officier.

16 *Tres legiones miscere in unam*. « Vouloir réunir les trois légions en une seule » constituait un sacrilége; car, en se séparant des *aigles* qui étaient sacrées, et que les soldats juraient de ne jamais abandonner, on commettait une profanation.

17 *Depulsi æmulatione*, « détournés de ce projet par l'esprit de corps. »

18 *Alio vertunt*, « ils tournent ailleurs, » ils prennent un autre parti.

19 *Atque una*, etc. Les enseignes des *cohortes* étaient-elles autres que celles des *manipules*? Il faut entendre par *signa cohortium* les enseignes des *manipules* qui étaient dans chaque cohorte.

20 *Congerunt cespites*. « Ils amas-

bunal, quo magis conspicua sedes[21] foret. Properantibus Blæsus advenit, increpabatque, ac retinebat singulos, clamitans : « Mea potius cæde imbuite manus : leviore flagitio legatum interficietis, quam ab imperatore desciscitis[22]. Aut incolumis fidem legionum retinebo, aut jugulatus pœnitentiam[23] accelerabo. » Aggerebatur nihilominus cespes, jamque pectori usque adcreverat, quum tandem, pervicacia victi incœptum omisere. Blæsus multa dicendi arte, « non per seditionem et turbas desideria[24] militum ad Cæsarem ferenda, ait : neque veteres ab imperatoribus priscis, neque ipsos a divo Augusto tam nova petivisse : et parum in tempore[25] incipientes principis curas[26] onerari. Si tamen tenderent in pace tentare, quæ ne civilium quidem bellorum victores expostulaverint ; cur contra morem obsequii, contra fas disciplinæ, vim meditentur ? decernerent legatos, seque[27] coram mandata darent. » Acclamavere, « ut filius Blæsi tribunus legatione ea fungeretur, peteretque militibus missionem ab sexdecim annis[28] : cetera mandaturos, ubi prima provenissent[29]. » Profecto juvene, modicum otium : sed superbire miles, quod filius legati, orator publicæ causæ, satis ostenderet, necessitate expressa, quæ per modestiam non obtinuissent.

Interea manipuli ante cœptam seditionem Nauportum[30] missi, ob itinera et pontes[31], et alios usus, postquam turbatum in castris accepere, vexilla convellunt[32] : direptisque

sent du gazon. » Le tribunal du général était fait de gazon d'après l'antique usage.

21 *Sedes*, « le siége de leur réunion. »

22 *Quam ab imperatore desciscitis*. L'action d'élever un tribunal, droit qui appartenait au général seul, constituait un crime de trahison au premier chef. Voilà pourquoi Blésus s'oppose avec tant de force au travail des soldats.

23 *Pœnitentiam*. Cujas lisait *pœnam : pœnitentiam* est plus pathétique et plus adroit.

24 *Desideria*, « les vœux, les doléances » des soldats. *Desideria* appartient dans ce sens au siècle de Tacite. Cicéron aurait dit *postulata*.

25 *Parum in tempore (esse)*, pour *parum tempestivum*.

26 *Incipientes curas principis*, « les embarras d'un règne qui commence ; » par hypallage.

27 *Se que*, sous-entendu *Blæso*.

28 *Ab sexdecim annis*, « après seize ans de service, » au lieu de vingt que fixait l'ordonnance d'Auguste.

29 *Ubi prima provenissent*, « quand ce premier point serait accordé. »

30 *Nauportum*. Strabon place cette ville dans le pays des *Taurisci*, à 350 stades d'Aquilée. Cellarius croit que c'est *Oberlaybach* dans la Carniole.

31 *Ob itinera et pontes*. On préparait une expédition, c'est ce qu'indique *itinera et pontes*, des chemins à ouvrir, des ponts à construire.

32 *Vexilla convellunt*. Les révoltés arrachent les enseignes du lieu où elles étaient plantées, à la tête du camp, selon l'usage militaire. *Convellunt* est le mot usité en pareil cas, et ne signifie point *déchirer*, *briser*, comme le veut Freinshemius

proximis vicis, ipsoque Nauporto, quod municipii instar erat, retinentes centuriones irrisu et contumeliis, postremo verberibus insectantur : præcipua in Aufidienum Rufum præfectum castrorum[33] ira, quem dereptum vehiculo, sarcinis gravant, aguntque primo in agmine, per ludibrium rogitantes, « an tam immensa onera, tam longa itinera libenter ferret? » Quippe Rufus diu manipularis, dein centurio, mox castris præfectus, antiquam duramque militiam revocabat, vetus operis ac laboris[34], et eo immitior, quia toleraverat[35]. Horum adventu redintegratur seditio, et vagi circumjecta populabantur. Blæsus paucos, maxime præda onustos, ad terrorem ceterorum, affici verberibus, claudi carcere[36] jubet : nam etiam tum legato a centurionibus, et optimo quoque manipularium parebatur[37]. Illi[38] obniti trahentibus, prensare circumstantium genua, ciere modo nomina singulorum, modo centuriam quisque, cujus manipularis erat, cohortem, legionem[39], eadem omnibus imminere clamitantes : simul probra in legatum cumulant, cœlum ac deos obtestantur, nihil reliqui faciunt, quominus invidiam, misericordiam, metum, et iras permoverent. Accurritur ab universis[40], et carcere effracto, solvunt vincula; desertoresque ac rerum capitalium damnatos, sibi jam miscent.

Flagrantior inde vis, plures seditioni duces; et Vibulenus quidam, gregarius miles, ante tribunal Blæsi adlevatus circumstantium humeris, apud turbatos, et quid pararet intentos : « Vos quidem, inquit, his innocentibus et miserrimis lucem et spiritum reddidistis; sed quis fratri meo vitam, quis fratrem mihi reddit? quem, missum ad vos a germanico exercitu de communibus commodis[41], nocte proxima jugulavit[42] per gladiatores suos[43], quos in exitium

[33] *Præfectum castrorum*, « le préfet du camp » était une sorte d'intendant militaire. Cette charge n'existait pas avant les empereurs.

[34] *Vetus operis ac laboris*, « vieilli dans la peine et le travail. »

[35] *Eo immitior*, etc. Voy. la narration *Un maître assassiné par ses esclaves*, page 2, note 1.

[36] *Claudi carcere*. Il y avait une prison dans les *castra æstiva*, et, lorsqu'on levait le camp, les détenus suivaient la troupe enchaînés.

[37] *Nam etiam tum legato*, etc. Il n'y a pas à changer ici le texte, comme certains commentateurs l'ont voulu, ni à conclure que les centurions se seraient joints plus tard à la révolte. (Voy. à ce sujet l'excellente note de M. Burnouf.)

[38] *Illi*, les coupables.

[39] *Cohortem, legionem*. Répétez *ciere* devant ces mots.

[40] *Ab universis*, « en masse. »

[41] *De communibus commodis*, « pour traiter de nos intérêts communs. »

[42] *Jugulavit*, sous-entendu *Blæsus*.

[43] *Per gladiatores suos*. Les gouverneurs de province, et même les

militum habet atque armat. Responde, Blæse, ubi cadaver abjeceris[44] ? nec hostes quidem sepultura invident[45] : quum osculis, quum lacrymis dolorem meum implevero, me quoque trucidari jube ; dum interfectos nullum ob scelus, sed quia utilitati legionum consulebamus, hi sepeliant. » Incendebat hæc fletu, et pectus atque os manibus verberans : mox disjectis quorum per humeros sustinebatur, præceps, et singulorum pedibus advolutus, tantum consternationis invidiæque concivit, ut pars militum gladiatores, qui e servitio Blæsi erant, pars ceteram ejusdem familiam vincirent, alii ad quærendum corpus effunderentur. Ac ni propere, neque corpus ullum reperiri, et servos, adhibitis cruciatibus, abnuere cædem, neque illi fuisse unquam fratrem pernotuisset, haud multum ab exitio legati aberant. Tribunos tamen, ac præfectum castrorum extrusere ; sarcinæ fugientium direptæ ; et centurio Lucilius interficitur, cui militaribus facetiis[46] vocabulum, « cedo alteram[47], » indiderant ; quia, fracta vite[48] in tergo militis, alteram clara voce, ac rursus aliam poscebat : ceteros latebræ texere, uno retento Clemente Julio, qui perferendis militum mandatis habebatur idoneus, ob promptum ingenium. Quin ipsæ inter se legiones octava et quintadecuma ferrum parabant, dum centurionem cognomento Sirpicum[49], illa morti deposcit, quintadecumani[50] tuentur, ni miles nonanus[51] preces, et adversum adspernantes minas interjecisset.

généraux d'armée, entretenaient alors des gladiateurs qui faisaient partie de leur *maison* (*familia*), indépendamment des *esclaves*, *affranchis* et *colons*. (Voy. la Narration *Rigueur de Pétreïus*, page 86, note 23.) Jules César nourrissait déjà des gladiateurs comme on le voit dans le chap. XIV *de Bello civili*.

44 *Ubi abjeceris*. Remarquez cet *ubi* avec un verbe marquant mouvement. Malgré l'explication fort satisfaisante qu'en donne M. Burnouf, nous croyons qu'il y a là une incorrection calculée et piquante. Vibulénus n'est pas fort sur la grammaire, et fait volontiers le solécisme.

45 *Sepultura invident*. Par la même raison, nous avons conservé dans notre texte *sepultura* que portent les manuscrits (contre l'autorité de M. Burnouf, qui écrit *sepulturæ*), précisément parce que c'est une forme douteuse.

46 *Militaribus facetiis*. Ces sobriquets militaires étaient fréquemment donnés aux généraux. Les soldats appelaient Jules César le *Galant chauve* (*mœchus calvus*) ; Caïus César fut surnommé *Caligula* (*a caliga*) ; Aurélien reçut le sobriquet de *Main au fer* (*manu ad ferrum*), etc.

47 *Cedo alteram*, « encore une, » sous-entendu *virgam* ou *vitem*.

48 *Fracta vite*. Les centurions portaient un cep de vigne dont ils se servaient pour châtier les soldats.

49 *Sirpicum*. *Sirpicus* vient peut-être de *sirpo*, vieux mot qui signifie *lier*, *nouer*, parce que ce centurion mettait souvent aux fers, ou parce qu'il se servait de cet archaïsme. Peut-être aussi vient-il de *sirpus* ou *soirpus*, jonc.

50 *Quintadecumani*, « ceux de la quinzième légion. »

51 *Miles nonanus*, « les soldats de la neuvième. »

Hæc audita, quanquam abstrusum, et tristissima quæque maxime occultantem Tiberium perpulere, ut Drusum filium cum primoribus civitatis, duabusque prætoriis cohortibus mitteret, nullis satis certis mandatis : ex re consulturum. Et cohortes delecto milite supra solitum [52] firmatæ. Additur magna pars prætoriani equitis, et robora Germanorum [53], qui tum custodes imperatori aderant : simul prætorii præfectus Ælius Sejanus, collega Straboni patri suo datus, magna apud Tiberium auctoritate, rector juveni, et ceteris periculorum præmiorumque ostentator [54]. Druso propinquanti, quasi per officium obviæ fuere legiones non lætæ, ut assolet, neque insignibus fulgentes [55], sed illuvie deformi et vultu, quanquam mœstitiam imitarentur, contumaciæ propiores. Postquam vallum introiit, portas stationibus [56] firmant, globos armatorum certis castrorum locis opperiri jubent : ceteri tribunal ingenti agmine circumveniunt. Stabat Drusus silentium manu poscens. Illi, quotiens oculos ad multitudinem retulerant, vocibus truculentis strepere; rursum, viso Cæsare, trepidare : murmur incertum [57]; atrox clamor, et repente quies : diversis animorum motibus, pavebant, terrebantque. Tandem interrupto tumultu, litteras patris recitat in quis perscriptum erat : « Præcipuam ipsi fortissimarum legionum curam, quibuscum plurima bella toleravisset; ubi primum a luctu requiesset animus [58], acturum apud patres de postulatis eorum : misisse interim filium, ut sine cunctatione concederet, quæ statim tribui possent : cetera senatui servanda, quem neque gratiæ, neque severitatis expertem [59] haberi par esset. »

52 *Supra solitum.* Chaque cohorte était de 1,000 hommes.

53 *Robora Germanorum.* La garde germanique avait été dissoute par Auguste, après la défaite de Varus : il paraît qu'elle avait été rétablie par Tibère.

54 *Periculorum præmiorumque ostentator. Periculorum,* dans le sens de *pœnarum,* châtiments à infliger aux rebelles; *præmiorum,* récompenses à accorder à ceux qui rentreraient dans le devoir.

55 *Insignibus fulgentes.* Ces mots nous semblent répondre à l'expression *en grande tenue.* M. Burnouf traduit « parés de leurs décorations »; M. Naudet (Edition Dézobry et Magdeleine), entend *insignibus* des « enseignes parées des ornements de fête. » N'y a-t-il pas moyen de concilier les deux opinions en expliquant *insignibus* comme opposé à *deformi illuvie ; la grande tenue* opposée à *la tenue négligée* ?

56 *Stationibus.* Les *stationes,* postes avancés, se tenaient au delà des portes.

57 *Murmur incertum*, « un murmure confus. » Tout le tableau qui suit est d'une grande beauté.

58 *Ubi a luctu requiesset,* dès que son deuil lui laisserait quelque relâche. » *Luctu,* l'affliction qu'il ressentait de la mort d'Auguste. (Voir la Narration de la *bataille de Pistoie,* page 211, note 41.)

59 *Neque gratiæ neque* etc.

Responsum est a concione, « mandata Clementi centurioni, quæ perferret. » Is orditur : « de missione a sexdecim annis : de præmiis finitæ militiæ : ut denarius diurnum stipendium foret : ne veterani sub vexillo[60] haberentur. » Ad ea Drusus, quum arbitrium senatus et patris obtenderet, clamore turbatur. « Cur venisset, neque augendis militum stipendiis, neque allevandis laboribus, denique nulla benefaciendi licentia? at hercule verbera et necem cunctis permitti. Tiberium olim nomine Augusti desideria legionum frustrari solitum : easdem artes Drusum retulisse : nunquamme ad se nisi filios familiarum[61] venturos? novum id plane[62], quod imperator sola militis commoda ad senatum rejiciat[63] : eumdem ergo senatum consulendum, quotiens supplicia aut prælia indicantur : an præmia sub dominis, pœnas sine arbitro esse[64]? » Postremo deserunt tribunal, ut quis prætorianorum militum amicorumve Cæsaris[65] occurreret, manus intentantes, causam discordiæ[66], et initium armorum : maxime infensi Cn. Lentulo[67], quod is ante alios ætate et gloria belli, firmare Drusum credebatur, et illa militiæ flagitia primus aspernari. Nec multo post, digredientem cum Cæsare, ac provisu periculi hiberna castra[68] repetentem, circumsistunt, rogitantes, « quo pergeret? ad imperatorem, an ad patres? ut illic quoque commodis legionum adversaretur? » Simul in-

« sans participation aux actes de libéralité comme aux mesures de rigueur. »

60 *Sub vexillo*. Voyez plus haut, page, 237, note 8.

61 *Filios familiarum*, « Les fils de famille » étaient sous la puissance paternelle (*in manu patris*), et ne pouvaient rien contracter valablement sans l'autorisation du *père de famille*.

62 *Novum id plane*, « C'est une chose vraiment étrange que... »

63 *Ad senatum rejiciat*. L'expression propre serait *remittat* ou *referat*; mais *rejiciat* a une énergie passionnée que *renvoyer au sénat* ne rend point.

64 *An præmia sub dominis*, etc., « quand il s'agit de récompenser, y a-t-il des *maîtres*, c.-à-d. des dispensateurs suprêmes et absolus, derrière lesquels on se retranche? quand il s'agit de punir, n'y a-t-il point d'*arbitres*, c.-à-d. d'intermédiaires par lesquels l'autorisation doive passer? » En d'autres termes, pour emprunter l'excellente traduction de M. Burnouf : « récompenser est le privilége de quelques-uns, punir le droit de tous. »

65 *Amicorum Cæsaris*, les personnes de la suite de Drusus.

66 *Causam discordiæ*, etc. *Causam* se rapporte à *manus intentantes*, par apposition; c'est comme s'il y avait *quod esset, quod fieret causa discordiæ*. Ils les menacent du geste pour engager une querelle et provoquer une collision.

67 *Lentulo*. Lentulus avait été consul et triomphateur. Tacite lui donne ailleurs (*Ann.* IV, 54) ce bel éloge : « *Gloriæ fuerat bene tolerata paupertas, dein magnæ opes innocenter paratæ et modeste habitæ.* »

68 *Hiberna castra*. L'usage des camps de l'hiver avait été introduit à l'époque du siége de Veïes, c'est-à-dire l'an 352 de Rome, 399 av. J.-C.

gruunt, saxa jaciunt : jamque lapidis ictu cruentus, et exitii certus, accursu multitudinis, quæ cum Druso advenerat, protectus est.

Noctem minacem, et in scelus erupturam fors lenivit : nam luna claro repente cœlo visa languescere. Id miles rationis [69] ignarus omen præsentium accepit, ac suis laboribus defectionem [70] sideris assimilans, « prospereque cessura quæ pergerent, si fulgor et claritudo deæ redderetur. » Igitur æris sono [71], tubarum cornuumque concentu strepere : prout splendidior obscuriorve, lætari, aut mœrere : et postquam ortæ nubes offecere visui, creditumque conditam tenebris, ut sunt mobiles ad superstitionem perculsæ semel mentes, « sibi æternum laborem portendi ; sua facinora aversari deos lamentantur. » Utendum inclinatione ea [72] Cæsar, et quæ casus obtulerat in sapientiam vertenda [73] ratus, circumiri tentoria jubet. Accitur centurio Clemens, et si alii bonis artibus grati in vulgus : ii vigiliis, stationibus, custodiis portarum se inserunt, spem offerunt, metum intendunt. « Quousque filium imperatoris obsidebimus ? quis certaminum finis ? Percennio-ne et Vibuleno sacramentum dicturi sumus ? Percennius et Vibulenus stipendia militibus, agros emeritis largientur ? denique pro Neronibus et Drusis, imperium populi romani capessent ? quin potius, ut novissimi in culpam [74], ita primi ad pœnitentiam sumus ? Tarda sunt quæ in commune expostulantur : privatam gratiam statim mereare, statim recipias. » Commotis per hæc mentibus, et inter se suspectis, tironem a veterano, legionem a legione dissociant. Tum redire paullatim amor obsequii : omittunt portas ; signa, unum in locum principio seditionis congregata, suas in sedes referunt.

Drusus, orto die, et vocata concione, quanquam rudis dicendi, nobilitate ingenita [75], incusat priora, probat præ-

69 *Rationis,* « la raison, la loi astronomique. »

70 *Suis laboribus defectionem,* etc. Il y a ici *un effet,* sinon *un jeu de mots ;* on dit *lunæ labores,* « des éclipses de la lune, » et les soldats voyaient dans les prétendues souffrances de l'astre des nuits l'image, l'emblême de leurs propres souffrances.

71 *Æris sono.* Usage superstitieux à l'effet de soulager la lune dans son prétendu travail.

72 *Inclinatione ea,* « de ce mouvement des esprits. »

73 *In sapientiam vertenda,* « devait tourner au profit de la sagesse, » c.-à-d. de la bonne et saine politique.

74 *Ut novissimi in culpam,* etc., « les premiers à nous repentir, comme nous avons été les derniers à nous compromettre. » Ceci doit s'entendre des meilleurs soldats, de ceux qui n'avaient pris part à la sédition qu'en dernier lieu.

75 *Nobilitate ingenita,* « mais ayant

sentia : negat se terrore et minis vinci : flexos ad modestiam si videat, si supplices audiat, scripturum patri, ut placatus legionum preces exciperet. Orantibus, rursum idem Blæsus et L. Apronius eques romanus e cohorte Drusi[76], Justusque Catonius primi ordinis centurio, ad Tiberium mittuntur. Certatum inde sententiis, quum alii « operiendos legatos, atque interim comitate permulcendum militem censerent; alii fortioribus remediis agendum : nihil in vulgo modicum[77] : terrere, ni paveant : ubi pertimuerint, impune contemni : dum superstitio urgeat, adjiciendos ex duce metus, sublatis seditionis auctoribus.» Promptum ad asperiora ingenium Druso erat : vocatos Vibulenum et Percennium interfici jubet. Tradunt plerique intra tabernaculum ducis obrutos[78] : alii corpora extra vallum[79] abjecta ostentui. Tum, ut quisque præcipuus turbator, conquisiti : et pars extra castra palantes a centurionibus, aut prætoriarum cohortium militibus cæsi : quosdam ipsi manipuli, documentum fidei, tradidere. Auxerat militum curas præmatura hiems, imbribus continuis, adeoque sævis, ut non egredi tentoria[80], congregari inter se, vix tutari signa possent[81], quæ turbine atque unda raptabantur : durabat et formido cœlestis iræ, « nec frustra adversus impios hebescere sidera, ruere tempestates : non aliud malorum levamentum, quam si linquerent castra infausta temerataque, et soluti piaculo[82] suis quisque hibernis redderentur. » Primum octava, dein quintadecuma legio rediere. Nonanus opperiendas Tiberii epistolas clamitaverat : mox desolatus[83] aliorum discessione, imminentem necessitatem sponte prævenit : et Drusus, non exspectato legatorum regressu, quia præsentia satis consederant, in urbem rediit. (TAC., *Ann.*, I, 16-30.)

un air de noblesse naturelle. »

76 *E cohorte Drusi,* de l'escorte de Drusus. *Cohors,* le cortége d'amis qui avaient accompagné Drusus. (Voy. Horace, *Ep.*, l. 1, 3.)

77 *Nihil in vulgo modicum,* « que la multitude est extrême en tout. »

78 *Obrutos,* « enfouis, » et non ensevelis.

79 *Extra vallum.* A l'armée on suppliciait hors du camp, comme dans les villes hors des murs.

80 *Egredi tentoria.* Voy. page 59, note 7.

81 *Vix tutari signa possent,* « on pouvait à peine défendre les enseignes contre le mauvais temps dans la place d'armes *principia*) où elles étaient plantées. »

82 *Soluti piaculo,* « délivré de la contagion du crime. » Il y avait eu pour l'armée *piaculum, labes contracta,* par suite de la violation du serment militaire (*sacramentum*), qui, comme l'indique son nom, était chose sacrée.

83 *Desolatus,* dans le sens « d abandonné. » (μονωθεις.)

82.—LES FOURCHES CAUDINES.

Ce fut sous le consulat de T. Véturius Calvinus et de Sp. Posthumius Albinus, l'an 432 de Rome, 321 av. J.-C., que les Romains se laissèrent enfermer par Pontius Hérennius, général des Samnites, dans le défilé des Fourches Caudines. Plus tard les Romains changèrent un nom de deuil en un nom de victoire; ils défirent complétement les Samnites aux environs de Caudium.

Duæ ad Luceriam[1] ferebant viæ, altera præter oram superi maris patens apertaque, sed quanto tutior, tanto fere longior; altera per Furculas Caudinas[2] brevior[3]; sed ita natus locus est[4]. Saltus[5] duo alti, angusti silvosique sunt, montibus circa perpetuis inter se juncti[6] : jacet inter eos satis patens, clausus in medio[7], campus herbidus aquosusque, per quem medium iter est. Sed antequam venias ad eum, intrandæ primæ angustiæ sunt, et, aut eadem, qua te insinuaveris, retro via repetenda, aut, si ire porro pergas, per alium saltum arctiorem impeditioremque evadendum. In eum campum via alia per cavam rupem Romani demisso agmine[8], quum ad alias angustias protinus[9] pergerent, septas dejectu arborum saxorumque ingentium objacente mole invenere. Quum fraus hostilis apparuisset, præsidium etiam[10] in summo saltu conspicitur. Citati inde retro, qua venerant, pergunt repetere viam : eam quoque clausam sua obice[11] armisque inveniunt. Sistunt inde gradum sine ullius imperio; stuporque omnium animos, ac velut torpor quidam insolitus membra tenet :

82.— 1 *Luceriam,* l'ancienne « Lucérie » faisait partie de l'Apulie, et était célèbre par la beauté de ses laines; elle a donné naissance à la ville actuelle de Lucera dans l'ancien royaume de Naples (Capitanate).

2 *Furculas Caudinas,* aujourd'hui *Forchie,* lieu du Samnium, entre Capoue et Caudium. Les *Fourches Caudines* étoient ainsi nommées parce que les défilés qu'elles forment présentent la figure d'une fourche ou du chiffre V.

3 *Brevior.* Des éditeurs mettent un point après ce mot. Nous mettons point et virgule avec l'édition Lemaire. La symétrie de la phrase, et même le sens, l'exige ainsi.

4 *Sed ita natus locus est,* c.-à-d. *ea est natura loci.*

5 *Saltus,* passage étroit et difficile dans une vallée, dans une montagne, ce qu'on appelle un *pas.*

6 *Perpetuis circa montibus,* « par une chaîne de montagnes circulaires. »

7 *In medio,* dans le sens de *inter eos,* « au milieu de deux gorges. »

8 *Demisso agmine* indique l'ordre de marche qu'il avait fallu suivre à travers le chemin creusé dans le roc. L'armée romaine s'était *coulée,* en quelque sorte, dans cet entonnoir.

9 *Protinus,* « immédiatement. »

10 *Etiam,* « en outre, par surcroît. »

11 *Sua obice.* Un commentateur croit qu'il s'agit d'une barricade en rapport avec la nature des lieux, *propre au terrain,* en opposition avec *armis.* Nous pensons que *sua* est opposé à ce qui est dit de l'autre barricade : la seconde issue est barrée; la première a aussi son *obex* et son *præsidium,* ce qui donne, selon nous, un meilleur sens.

intuentesque alii alios, quum alterum quisque magis mentis compotem ac consilii ducerent, diu immobiles silent. Deinde, ubi prætoria consulum erigi videre, et expedire quosdam utilia operi[12], quanquam ludibrio fore munientes, perditis rebus ac spe omni adempta, cernebant; tamen, ne culpam malis adderent, pro se quisque, nec hortante ullo nec imperante, ad muniendum versi, castra propter aquam vallo circumdant : sua ipsi opera laboremque irritum, præterquam quod hostes superbe increpabant, cum miserabili confessione eludentes[13]. Ad consules mœstos, ne advocantes quidem in consilium, quando nec consilio nec auxilio locus est, sua sponte legati ac tribuni conveniunt : militesque ad prætorium versi, opem, quam vix dii immortales ferre poterant, ab ducibus exposcunt. Querentes magis quam consultantes nox oppressit, quum pro ingenio quisque fremerent[14], alius, « Per obices viarum, » alius, « Per adversa montium[15], per silvas, qua ferri arma poterunt, eamus. Modo ad hostem pervenire liceat, quem per annos jam prope triginta vincimus, omnia æqua ac plana erunt[16] Romano in perfidum Samnitem pugnanti » : alius : « Quo, aut qua eamus? Num montes moliri sede sua paramus? Dum hæc imminebunt juga, qua tu ad hostem venies[17]? Armati, inermes, fortes, ignavi, pariter omnes capti atque victi sumus. Ne ferrum quidem ad bene[18] moriendum oblaturus est hostis; sedens bellum conficiet. » His invicem sermonibus, qua cibi, qua quietis immemor nox[19] traducta est.

Ne Samnitibus quidem consilium in tam lætis suppetebat rebus. Itaque universi Herennium Pontium, patrem imperatoris, per litteras consulendum censent. Jam is gravis

12 *Expedire utilia operi*, « se mettre en devoir de commencer le retranchement, » ce qu'on appelait *vallum jacere*. Les ustensiles que portait le soldat romain, outre ses armes et ses vivres, étaient une *scie*, une *corbeille*, une *bêche*, une *hache*, un *crochet*, une *courroie de cuir*, une *chaîne*, etc., sans compter les pieux; le tout pesant une soixantaine de livres. (Voy. Végèce, I, 10.)

13 *Cum miserabili confessione eludentes*, m. à m. « se raillant de cette vaine besogne, dont ils confessaient piteusement l'inutilité. »

14 *Fremerent*, mot charmant qui exprime à merveille le bourdonnement de cette ruche militaire.

15 *Per adversa montium*, « à travers ces montagnes que voilà en face. » (Sur cette forme *adversa montium*, voy. la narration de la *bataille d'Idistavise*, page 214, note 49.)

16 *Omnia æqua et plana erunt*, « tout sera plaine, tout sera de plain-pied. »

17 *Qua tu*. Ce bout de dialogue est bien piquant; on ne peut guère pousser plus loin l'art de la narration dramatique.

18 *Bene*, pour *honeste*.

19 *Immemor nox*, pour *nox ab immemoribus*; grand et beau style qui touche à la poésie.

annis, non militaribus solum, sed civilibus quoque absces-serat muneribus : in corpore tamen affecto[20] vigebat vis animi consiliique. Is ubi accepit ad Furculas Caudinas inter duos saltus clausos esse exercitus romanos, consultus ab nuntio filii, censuit omnes inde quam primum inviolatos dimittendos : quæ ubi spreta sententia est, iterumque eodem remeante nuntio consulebatur, censuit ad unum omnes interficiendos. Quæ ubi tam discordia inter se, velut ex ancipiti oraculo[21], responsa data sunt; quanquam filius ipse inprimis jam animum quoque patris consenuisse in affecto corpore rebatur; tamen consensu omnium victus est[22], ut ipsum in concilium acciret. Nec gravatus[23] senex plaustro in castra dicitur advectus; vocatusque in concilium, ita ferme locutus esse, ut nihil sententiæ suæ mutaret; causas tantum adjiceret : « Priore se consilio, quod optimum duceret, « cum potentissimo populo per ingens beneficium perpe-« tuam firmare pacem amicitiamque : altero consilio, in « multas ætates, quibus, amissis duobus exercitibus, haud « facile receptura vires romana res esset, bellum differre : « tertium nullum consilium esse. » Quum filius aliique principes percunctando exsequerentur[24] : « Quid, si media « via consilii caperetur ? ut et dimitterentur incolumes, et « leges iis jure belli victis imponerentur ? Ista quidem sen-« tentia, inquit, ea est, quæ neque amicos parat, neque ini-« micos tollit. Servate modo[25] quos ignominia irritaveritis; « ea est romana gens, quæ victa quiescere nesciat. Vivet « semper in pectoribus illorum quicquid istuc[26] præsens « necessitas inusserit; neque eos ante multiplices pœnas « expetitas a vobis quiescere sinet. » Neutra sententia accepta.

Herennius domum e castris est avectus. Et in castris romanis, quum frustra multi conatus ad erumpendum capti essent, et jam omnium rerum inopia esset; victi necessitate legatos mittunt, qui primum pacem æquam peterent,

20 *Affecto*, c.-à-d. *debilitato annis*.

21 *Ancipiti oraculo*, « oracle ambigu, » à deux tranchants, pour ainsi dire.

22 *Consensu omnium victus est*, « il céda à la demande unanime de l'assemblée. »

23 *Nec gravatus*, opposé à *gravis annis*. Le vieil Hérennius, tout chargé d'ans qu'il est, ne recule pas devant l'incommodité d'un dérangement; ce dérangement n'est pas un *fardeau* pour lui.

24 *Percunctando exsequerentur*, « le pressaient, le poussaient de questions; » phrase livienne, comme l'observe justement M. Dübner.

25 *Servate modo*, « sauvez seulement, essayez de sauver, » par ironie.

26 *Istuc*, δεικτικῶς, forme fréquente chez les comiques latins. Elle répond à un geste de la personne qui parle.

si pacem non impetrarent, uti provocarent ad pugnam. Tum Pontius, « debellatum esse respondit : et quoniam ne « victi quidem ac capti fortunam[27] fateri scirent, inermes « cum singulis vestimentis sub jugum missurum : alias « conditiones[28] pacis æquas victis ac victoribus fore ; agro « Samnitium decederetur, coloniæ abducerentur, suis « deinde[29] legibus[30] Romanum ac Samnitem æquo fœdere « victurum ; his conditionibus paratum se esse fœdus cum « consulibus ferire : si quid eorum displiceat, legatos « redire ad se vetuit. »

Hæc quum legatio renuntiaretur, tantus gemitus omnium subito exortus est, tantaque mœstitia incessit, ut non gravius accepturi viderentur, si nuntiaretur omnibus eo loco mortem oppetendam esse. Quum diu silentium fuisset, nec consules aut pro fœdere tam turpi, aut contra fœdus tam necessarium hiscere possent, tum L. Lentulus, qui tum princeps legatorum virtute atque honoribus erat : « Patrem meum, inquit, consules, sæpe audivi memorantem, se in Capitolio unum non fuisse auctorem senatui redimendæ auro a Gallis civitatis, quando nec fossa valloque ab ignavissimo ad opera ac muniendum hoste clausi essent, et erumpere, si non sine periculo magno, tamen sine certa pernicie, possent. Quod si, ut illis decurrere ex Capitolio armatis in hostem licuit (quo sæpe modo obsessi in obsidentes eruperunt), ita nobis æquo aut iniquo loco dimicandi tantummodo cum hoste copia esset, non mihi paterni animi indoles in consilio dando deesset. Equidem mortem pro patria præclaram esse fateor : et me vel devovere pro populo romano legionibusque, vel in medios me immittere hostes paratus sum. Sed hic patriam video ; hic, quidquid romanarum legionum est : quæ, nisi pro se ipsis[31] ad mortem ruere volunt, quid habent quod morte sua servent[32] ? Tecta urbis, dicat aliquis, et mœnia et eam turbam a qua urbs incolitur ; imo, hercule, produntur

27 *Fortunam*, sous-entendu *suam*, leur position.

28 *Alias conditiones*. Doëring entend des conditions *autres* que celles que les députés romains prétendaient stipuler ; sens dur et subtil. Il vaut mieux entendre *alias* dans le sens de *reliquas*. Ils passèrent sous le joug, dépouillés de tout, sauf de leur vêtement. *Quant au reste*, les conditions seront égales entre les vainqueurs et les vaincus, etc. Suit l'énumération des articles.

29 *Deinde*, « à l'avenir. »

30 *Suis legibus*, « se gouvernant d'après leurs lois respectives. »

31 *Pro se ipsis*, « pour leur propre gloire, » pour la satisfaction de leur amour-propre.

32 *Quid habent, quod servent*, « que se proposent-ils donc de sauver ! »

ea omnia deleto hoc exercitu, non servantur. Quis enim ea tuebitur? imbellis videlicet atque inermis multitudo; tam hercule, quam a Gallorum impetu defendit. An a Veiis exercitum, Camillumque ducem implorabunt? Hic omnes spes opesque sunt : quas servando, patriam servamus : dedendo ad necem, patriam deserimus ac prodimus. At[33] fœda atque ignominiosa deditio est; sed ea caritas patriæ est, ut tam ignominia eam quam morte nostra, si opus sit, servemus. Subeatur ergo ista quantacumque est indignitas : et pareatur necessitati, quam ne Dii quidem superant. Ite, Consules, redimite armis[34] civitatem, quam auro majores vestri redemerunt.

Consules profecti ad Pontium in colloquium, quum de fœdere[35] victor agitaret, negarunt, injussu populi fœdus fieri posse : nec sine fecialibus[36], cerimoniaque alia solenni. Itaque non, ut vulgo credunt, Claudiusque etiam scribit, fœdere pax Caudina, sed per sponsionem[37] facta est. Quid enim aut sponsoribus in fœdere opus esset, aut obsidibus[38], ubi precatione[39] res transigitur? « per quem populum « fiat, quo minus legibus dictis stetur, ut eum ita Jupiter « feriat, quemadmodum a fecialibus porcus feriatur. » Spoponderunt[40] consules, legati, quæstores, tribuni militum : nominaque omnium, qui spoponderunt, exstant : ubi si ex fœdere acta res esset, præterquam duorum fecialium non exstarent; et propter necessariam fœderis dilationem[41], obsides etiam sexcenti equites imperati, qui

33 *At,* forme d'objection, « mais dira-t-on. »

34 *Redimite armis,* « rachetez au prix de nos armes. »

35 *De fœdere. Fœdus,* engagement réciproque de deux parties contractantes qui demandent et promettent mutuellement quelque chose; c'était un acte officiel revêtu du caractère de l'autorité publique.

36 *Fecialibus.* « Les Fécials » étaient des prêtres ou ministres sacrés qui étaient envoyés pour déclarer la guerre et pour faire la paix. Le Fécial qui prononçait le serment au nom du peuple romain, lors de la conclusion d'un traité (*fœdus*), était appelé *Pater Patratus* (*quod jusjurandum pro toto populo* PATRABAT). L'institution des Fécials remontait à Numa.

37 *Per sponsionem. Sponsio* (stipulation, capitulation) était en droit public le contrat qui résultait de la demande faite par une des parties et de la promesse faite par l'autre, sous la garantie de certains individus (*sponsores*), qui s'obligeaient personnellement, en donnant leurs noms, jusqu'à ratification des articles stipulés par eux.

38 *Obsidibus.* En cas de *sponsio*, il y avait remise d'otages.

39 *Precatione.* La remise des otages n'avait pas lieu quand il y avait *fœdus*, et cette formalité était remplacée par une formule d'imprécation (*precatio*) que les contractants prononçaient tour-à-tour.

40 *Spoponderunt,* « se portèrent garants » (*sponsores*).

41 *Propter necessariam fœderis dilationem,* en raison de l'ajournement qui était nécessaire pour que la simple *sponsio* fût convertie en traité (*fœdus*)

capite luerent, si pacto non staretur. Tempus inde statutum tradendis obsidibus, exercituque inermi mittendo [42]. Redintegravit luctum in castris consulum adventus, ut vix ab iis abstinerent manus, quorum temeritate in eum locum deducti essent, quorum ignavia fœdius inde quam venissent abituri [43] : illis non ducem locorum, non exploratorem fuisse : belluarum modo cæcos [44] in foveam missos. Alii alios intueri, contemplari arma mox tradenda, et inermes futuras dextras, obnoxiaque corpora hosti; proponere sibimet ipsi ante oculos jugum hostile, et ludibria victoris, et vultus superbos, et per armatos inermium iter : inde fœdi [45] agminis miserabilem viam per sociorum urbes, reditum in patriam ad parentes, quo sæpe ipsi majoresque eorum triumphantes venissent : se solos sine vulnere, sine ferro, sine acie victos; sibi non stringere licuisse gladios, non manum cum hoste conferre : sibi nequicquam arma, nequicquam vires, nequicquam animos datos.

Hæc frementibus hora fatalis ignominiæ advenit, omnia tristiora experiundo factura [46], quam quæ præceperant animis. Jam primum cum singulis vestimentis inermes extra vallum exire jussi, et primi traditi obsides atque in custodiam abducti. Tum a consulibus abire lictores jussi, paludamentaque [47] detracta, tantam inter ipsos, qui paullo ante eos exsecrantes, dedendos lacerandosque censuerant, miserationem fecit [48], ut suæ quisque conditionis oblitus, ab illa deformatione tantæ majestatis, velut ab nefando spectaculo, averteret oculos.

Primi consules prope seminudi sub jugum missi : tum, ut quisque gradu [49] proximus erat, ita ignominiæ objectus : tum deinceps singulæ legiones. Circumdabant armati hostes, exprobrantes eludentesque; gladii etiam plerisque inten-

42 *Mittendo*, sous-entendu *sub jugum*.

43 *Abituri*, sous-entendu *essent*; forme un peu dure.

44 *Cæcos*, c.-à-d. *incautos, improvidos*, « en aveugles. »

45 *Fœdi*, pour *pudendi*, *ignominiosi*. *Fœdum agmen*, « troupe qui marche en désordre, à la débandade. »

46 *Tristiora*, etc. Construisez *factura omnia tristiora experiundo*, « qui devait leur faire paraître la réalité plus affreuse encore que tout ce qu'ils s'étaient représenté en esprit. »

47 *Paludamenta*. On nommait *paludamentum* le manteau du général; il était de couleur écarlate et bordé de pourpre.

48 *Fecit*. Il y a dans cette phrase une anacoluthe remarquable : *fecit* ne se rapporte grammaticalement à rien, si ce n'est à l'idée contenue dans *abire* (τό *abire*) *lictores jussi, paludamenta detracta*. Drakenborch propose d'intercaler *id* entre *tantam* et *inter ipsos*, mais nous préférons de beaucoup l'heureuse irrégularité qui contribue selon nous au mouvement et à l'effet de cette phrase.

49 *Gradu*, « en grade. »

tati : et vulnerati quidam necatique, si vultus eorum indignitate rerum acrior[50] victorem offendisset. Ita traducti sub jugum, et, quod pæne gravius erat, per hostium oculos[51]. Quum ex saltu evasissent, etsi, velut ab inferis extracti tum primum lucem aspicere visi sunt[52], tamen ipsa lux ita deforme intuentibus agmen omni morte tristior fuit. Itaque quum ante noctem Capuam pervenire possent, incerti de fide sociorum, et, quod pudor præpediebat, circa viam haud procul Capua omnium egeni[53] corpora humi prostraverunt. Quod ubi est Capuam nuntiatum, evicit miseratio justa sociorum superbiam ingenitam Campanis. Confestim insignia sua consulibus, fasces, lictores, arma, equos, vestimenta, commeatus militibus benigne mittunt; et venientibus Capuam cunctus senatus populusque obviam egressi, justis omnibus hospitalibus, privatisque et publicis funguntur officiis, neque illis sociorum comitas, vultusque benigni, et alloquia[54] non modo sermonem elicere, sed ne, ut oculos quidem attollerent, aut consolantes amicos contra[55] intuerentur, efficere poterant. Adeo super mœrorem pudor quidam fugere colloquia et cœtus hominum cogebat! Postero die quum juvenes nobiles, missi a Capua, ut proficiscentes ad finem campanum prosequerentur, revertissent; vocatique in curiam, percunctantibus majoribus natu, multo sibi mœstiores et abjectioris animi visos, referrent; adeo silens, ac prope mutum agmen incessisse : « Tacere[56] « indolem illam romanam[57], ablatosque cum armis ani« mos; non reddere salutem, non salutantibus dare res« ponsum, non hiscere quemquam præ metu potuisse; « tanquam ferentibus adhuc cervicibus jugum, sub quo « emissi essent. Habere Samnites victoriam, non præcla-

50 *Indignitate acrior*. « plus fier, plus hautain que ne le comportait l'indigne situation où ils étaient réduits. » selon Bauer. Il nous semble toutefois que le sens le plus naturel est « empreint d'une douleur trop fière, par suite de l'indignité d'un pareil traitement. » *Indignitate* dans le sens de *ob indignitatem*.

51 *Traducti per hostium oculos*, admirable alliance de mots. C'était peu de passer sous le joug; ils passaient *par les yeux de l'ennemi*.

52 *Visi sunt*, sous-entendu *sibi ipsi*. Ils s'imaginaient, ils pouvaient s'imaginer...

53 *Egeni*. Des manuscrits portent *egena*.

54 *Alloquia* (παραμύθιαι), paroles de consolation, compliments de condoléance.

55 *Contra*, « en face. »

56 *Tacere*. D'autres lisent *jacere* au lieu de *tacere*, qui leur semble trop poétique. Mais les formes poétiques se rencontrent souvent dans cette narration : *nox immemor*... *deforme agmen*... *vultusque benigni*, *deploratum nomen*, etc.

57 *Indolem romanam*, pour *ingenia romana*, la fierté romaine.

« ram solum, sed etiam perpetuam [58]; cepisse enim eos « non Romam, sicut ante Gallos, sed, quod multo bellicosius « fuerit, romanam virtutem ferociamque. »

Quum hæc dicerentur audirenturque, et deploratum [59] pene romanum nomen in concilio sociorum fidelium esset, dicitur Ofilius Calavius, Ovii filius, clarus genere factisque, tum etiam ætate verendus, longe aliter se habere rem dixisse; silentium illud obstinatum fixosque in terram oculos, et surdas ad omnia solatia aures, et pudorem intuendæ lucis, ingentem [60] molem irarum [61] ex alto animi cientis indicia esse; aut se romana ignorare ingenia, aut silentium illud Samnitibus flebiles brevi clamores gemitusque excitaturum, caudinæque pacis aliquando Samnitibus quam Romanis tristiorem memoriam fore; quippe suos quemque eorum animos habiturum [62], ubicumque congressuri sint; saltus caudinos non ubique Samnitibus fore. Jam et Romæ sua infamis clades [63] erat. Obsessos primum audierunt: tristior deinde ignominiosæ pacis magis [64] quam periculi nuntius fuit. Ad famam obsidionis delectus haberi cœptus erat: dimissus deinde auxiliorum apparatus, postquam deditionem tam fœde factam acceperunt; extemploque sine ulla publica auctoritate, consensum in omnem formam luctus est. Tabernæ circa forum clausæ, justitiumque [65] in foro sua sponte cœptum prius, quam indictum: lati clavi [66], annuli aurei positi: pene mœstior exercitu ipso civitas esse; nec ducibus solum atque auctoribus sponsoribusque pacis [67] irasci, sed innoxios etiam milites odisse, et negare

58 *Perpetuam victoriam*, pour *fructus perpetui*, « une victoire dont les fruits étaient assurés pour toujours. »

59 *Deploratum*, perdu à jamais, anéanti, *dont il y a à faire son deuil*.

60 *Ingentem*. Construisez *indicia esse animi ex alto cientis ingentem*, etc.

61 *Molem irarum*. « Une âme où la colère s'amasse et gronde comme la lave au fond d'un volcan; quelle grande image.

62 *Quemque eorum*... etc., sous-entendu *Romanorum*, « chacun d'eux aurait toujours son courage (à déployer); » *suos animos*, comme *propriam Romanis virtutem*. Des éditions portent *coram* aulieu de *eorum*; c'est une faute échappée aux Elzévirs.

63 *Sua clades*, « le désastre de ses enfants. » — *Infamis*, pour *tristi fama nota*.

64 *Magis* semble redondant après *tristior*; c'est le μᾶλλον des Grecs après un comparatif. Cette forme rare a pour elle quelques exemples. (Voy. Justin, III, 2; voy. également *potius* redondant employé comme *magis*, Tite-Live, préface; Cicéron, *Epist.*, IX, 2, *ad familiares*.)

65 *Justitium* (de *jus* et *stare*), « interruption du cours de la justice » dans les deuils publics.

66 *Lati clavi*, « la laticlave » bande de pourpre cousue au milieu de la tunique des senateurs.

67 *Auctoribus sponsoribusque pacis*, « ceux qui avaient pris l'initiative et qui s'étaient portés garants de la paix. »

urbe tectisve accipiendos. Quam concitationem animorum fregit adventus exercitus, etiam iratis miserabilis : non enim tanquam in patriam revertentes ex insperato incolumes, sed captorum habitu vultuque ingressi sero in urbem, ita se in suis quisque tectis abdiderunt, ut postero atque insequentibus diebus, nemo eorum forum, aut publicum[68] adspicere vellet. (TIT. LIV., lib. IX, c. 2-7.)

83.—RÉVOLTE DES LÉGIONS DE GERMANIE.

En même temps qu'éclatait la révolte des légions de Pannonie (voy. la narration n° 79), celles de Germanie se mutinaient. Cette sédition fut comprimée comme l'autre. On ne peut trop admirer l'art avec lequel Tacite a su, dans deux narrations du même genre, varier ses couleurs, et faire deux fois le même tableau sans se copier lui-même.

Iisdem ferme diebus, iisdem causis, germanicæ legiones turbatæ, quanto plures, tanto violentius : et magna spe, fore ut Germanicus Cæsar imperium alterius pati nequiret, daretque se legionibus, vi sua cuncta tracturis[1]. Duo apud ripam Rheni exercitus erant : cui nomen superiori, sub C. Silio legato; inferiorem A. Cæcina curabat. Regimen summæ rei penes Germanicum, agendo Galliarum censui[2] tum intentum. Sed quibus Silius moderabatur, mente ambigua fortunam seditionis alienæ speculabantur : inferioris exercitus miles in rabiem prolapsus est, orto ab unaetvicesimanis quintanisque initio, et tractis prima quoque ac vicesima legionibus : nam iisdem æstivis in finibus Ubiorum[3] habebantur, per otium, aut levia munia. Igitur, audito fine Augusti, vernacula multitudo[4], nuper acto in urbe delectu[5], lasciviæ sueta, laborum intolerans, implere[6]

68 *Publicum aspicere*, répond à notre locution *voir le monde*.

83—1 *Tracturis*. La plupart des manuscrits portent *tracturus : tracturis* a été rétabli dans le texte par Freinshemius, suivi par M. Burnouf et les meilleures éditions.

2 *Agendo censui Galliarum*. Le cens ne s'exerçait pas dans les provinces comme à Rome. A Rome, il avait seulement pour but de faire connaître la fortune des citoyens. Dans les provinces, on fixait le tribut à payer d'après les revenus de chacun.

3 *In finibus Ubiorum*. Les Ubiens, peuple germain, habitaient d'abord chez les Suèves : puis ils furent transportés par Auguste dans la 2e Germanique, à l'O. du Rhin, au N. des *Treveri*. Ils avaient pour capitale *oppidum Ubiorum*, depuis *Colonia Agrippina* (Cologne).

4 *Vernacula multitudo*, « une foule de gens de la dernière classe. »

5 *Nuper acto delectu*. A la nouvelle de la défaite de Varus (cinq ans auparavant), Auguste avait fait une levée forcée, une sorte de *presse*, dans Rome, et la plus grande partie des nouvelles recrues était composée de fils d'affranchis (*libertini*).

6 *Implere*, sous-entendu *his sermonibus*. D'autres lisent *impellere*.

ceterorum rudes animos. « Venisse tempus, quo veterani maturam missionem, juvenes largiora stipendia, cuncti modum miseriarum exposcerent, sævitiamque centurionum ulciscerentur. » Non unus hæc, ut pannonicas inter legiones Percennius, nec apud trepidas militum aures alios validiores exercitus respicientium, sed multa seditionis ora vocesque : « Sua in manu sitam rem romanam, suis victoriis augeri rempublicam, in suum cognomentum[7] adsciscl imperatores. »

Nec legatus obviam ibat : quippe plurium vecordia[8] constantiam exemerat[9] : repente lymphati, destrictis gladiis in centuriones invadunt : ea vetustissima militaribus odiis materies, et sæviendi principium : prostratos[10] verberibus mulcant, sexageni singulos[11], ut numerum centurionum adæquarent. Tum convulsos laniatosque, et partim exanimos, ante vallum, aut in amnem Rhenum projiciunt. Septimius, quum perfugisset ad tribunal, pedibusque Cæcinæ advolveretur, eo usque flagitatus est, donec ad exitium dederetur. Cassius Chærea, mox cæde C. Cæsaris memoriam apud posteros adeptus, tum adolescens[12], et animi ferox, inter obstantes et armatos ferro viam patefecit. Non tribunus ultra, non castrorum præfectus[13] jus obtinuit[14] : vigilias, stationes, et si qua alia præsens usus indixerat, ipsi partiebantur. Id militares animos altius conjectantibus præcipuum indicium magni atque implacabilis motus, quod neque disjecti[15], nec paucorum instinctu, sed pariter ardescerent, pariter silerent; tanta æqualitate et constantia, ut regi crederes.

Interea Germanico per Gallias, ut diximus, census accipienti[16] excessisse Augustum affertur. Neptem[17] ejus Agrip-

7 *In suum cognomentum.* Drusus, Tibère et Germanicus lui-même avaient déjà reçu le surnom de *Germanique.*

8 *Vecordia plurium*, « le délire universel. » *Plurium*, τῶν πολλῶν.

9 *Constantiam exemerat*, « lui avait retiré la fermeté, » lui avait fait perdre la tête.

10 *Prostratos*, « couchés » en manière de... ns qui reçoivent les étrivières.

11 *Sexageni singulos*, « soixante contre un. » Dans une légion complète il y avait soixante centurions.

12 *Tum adolescens.* Chæréa devait avoir alors trente ans; il était vieux lorsqu'il tua Caligula. Notez *adolescens* appliqué à un homme de trente ans.

13 *Castrorum præfectus.* (Voir *Révolte des légions de Pannonie*, page 240, note 33.)

14 *Non jus obtinuit*, « ne trouva d'obéissance, n'exerça d'autorité. »

15 *Disjecti*, c.-à-d. *hinc inde fusi, dissipati*, « s'agitant en désordre. »

16 *Census accipienti. Accipere census* était le terme legal qui signifiait « procéder au recensement. »

17 *Neptem.* Agrippine était fille d'Agrippa et de Julie, fille d'Auguste.

pinam in matrimonio pluresque ex ea liberos habebat; ipse Druso fratre Tiberii genitus, Augustæ[18] nepos, sed anxius occultis in se patrui aviæque odiis, quorum causæ acriores, quia iniquæ. Quippe Drusi magna apud populum romanum memoria, credebaturque, si rerum potitus foret, libertatem redditurus[19]: unde in Germanicum favor et spes eadem. Nam juveni civile ingenium[20], mira comitas et diversa a Tiberii sermone, vultu, arrogantibus et obscuris. Accedebant muliebres offensiones novercalibus Liviæ in Agrippinam stimulis; atque ipsa Agrippina paullo commotior[21], nisi quod castitate et mariti amore quamvis indomitum animum in bonum vertebat.

Sed Germanicus, quanto summæ spei propior, tanto impensius pro Tiberio niti. Sequanos proximos[22] et Belgarum civitates in verba ejus adigit. Dehinc audito legionum tumultu, raptim profectus, obvias extra castra habuit, dejectis in terram oculis, velut pœnitentia. Postquam vallum iniit, dissoni questus audiri cœpere: et quidam prensa manu ejus per speciem osculandi, inseruerunt digitos, ut vacua dentibus ora contingeret: alii curvata senio membra ostendebant. Adsistentem concionem, quia permixta videbatur, discedere in manipulos jubet, sic melius audituros responsum: vexilla præferri, ut id saltem discerneret cohortes[23]: tarde obtemperavere. Tunc a veneratione Augusti orsus[24], flexit ad victorias triumphosque Tiberii, præcipuis laudibus celebrans, quæ apud Germanias illis cum legionibus pulcherrima fecisset. Italiæ inde consensum, Galliarum fidem extollit; nil usquam turbidum aut discors.

Silentio hæc, vel murmure modico audita sunt: ut seditionem attigit, « ubi modestia[25] militaris? ubi veteris disciplinæ decus? quonam tribunos, quo centuriones exegis-

18 *Augustæ*, « Livie » femme d'Auguste.

19 *Credebaturque*, etc. Tibère publia une lettre de Drusus, où ce dernier parlait de forcer Auguste à rétablir la liberté (Juste-Lipse).

20 *Civile ingenium*, « un esprit libéral, populaire. »

21 *Paullo commotior*, « un peu trop vive. »

22 *Sequanos proximos*. Les *Sequani* (aujourd'hui Franche-Comté) habitaient sur la rive droite de la Saône. Les Vosges au N., le Jura à l'E., et les Allobroges au S.. bornaient leur territoire. Capitale *Vesontio* (Besançon).

23 *Ut id saltem*, « afin que ce signe (les enseignes), du moins. » Les enseignes des cohortes s'appelaient *vexilla*.

24 *A veneratione Augusti orsus*, « commençant par rendre hommage à Auguste. » Aurélius suppose que Germanicus commença son discours en jetant les yeux sur l'image d'Auguste, placée sur les enseignes, qu'il fléchit le genou et porta la main à sa bouche en signe de respect.

25 *Modestia*, « la subordination. »

sent? » rogitans; nudant universi corpora, cicatrices ex vulneribus, verberum notas exprobrant; mox indiscretis vocibus pretia vacationum[26], angustias stipendii, duritiam operum, ac propriis nominibus, incusant vallum, fossas, pabuli, materiæ, lignorum aggestus[27], et si qua alia ex necessitate aut adversus otium castrorum quæruntur. Atrocissimus veteranorum clamor oriebatur, qui, tricena aut supra stipendia numerantes, mederetur fessis, neu mortem in iisdem laboribus, sed finem tam exercitæ militiæ, neque inopem requiem, orabant : fuere etiam qui legatam a divo Augusto pecuniam reposcerent, faustis in Germanicum ominibus; et si vellet imperium, promptos ostentavere. Tum vero quasi scelere contaminaretur, præceps tribunali desiluit : opposuerunt abeunti arma, minitantes ni regrederetur. At ille « moriturum potius, quam fidem exueret » clamitans, ferrum a latere deripuit[28], elatumque deferebat in pectus, ni proximi prensam dextram vi attinuissent : extrema et conglobata inter se pars concionis, ac vix credibile dictu, quidam singuli[29] propius incedentes, feriret, hortabantur; et miles nomine Calusidius, strictum obtulit gladium, addito acutiorem esse. Sævum id malique moris[30], etiam furentibus visum; ac spatium fuit, quo Cæsar ab amicis in tabernaculum raperetur.

Consultatum ibi de remedio[31] : etenim nuntiabatur parari legatos, qui superiorem exercitum ad causam eamdem traherent : destinatum excidio Ubiorum oppidum[32] : imbutasque præda manus[33] in direptionem Galliarum erupturas. Augebat metum gnarus romanæ seditionis, et si omitteretur ripa, invasurus hostis : ac si auxilia et socii[34]

26 *Pretia vacationum,* « le trafic des exemptions. » Les dispenses des corvées pouvaient être accordées pour plusieurs motifs légitimes, l'âge, une maladie, des fonctions particulières auprès des chefs. (Voir la Narration de *Rigueur de Pétreïus*, page 86, note 24.) Il paraît que l'on vendait quelquefois les exemptions de service.

27 *Materiæ, lignorum aggestus. Materiæ* s'entend spécialement des bois qui servaient à construire les palissades du camp : *lignorum*, du bois de chauffage (pour cuire les aliments).

28 *Ferrum a latere deripuit,* « il tira son épée. » L'épée était suspendue à l'épaule et pendait au côté droit, pour les soldats.

29 *Singuli quidam,* opposé à *conglobata pars*, « quelques individus qui sortirent du groupe. »

30 *Mali moris*, pour *contra morem*, « inconvenant, révoltant. »

31 *De remedio*, sous-entendu *seditionis*.

32 *Oppidum Ubiorum.* (Voir plus haut, page 254, note 3.)

33 *Imbutas manus,* « Que les mains une fois souillées, » une fois qu'elles auraient *trempé* dans le pillage.

34 *Auxilia et socii. Auxilia*, « les cohortes auxiliaires » qui etaient attachées aux légions; *socii*, « les renforts à demander aux peuples alliés. »

adversum abscedentes legiones armarentur, civile bellum suscipi : periculosa severitas ; flagitiosa largitio : seu nihil militi, seu omnia concederentur, in ancipiti respublica. Igitur volutatis inter se rationibus, placitum ut epistola nomine principis scriberentur : « Missionem dari vicena stipendia meritis : exauctorari[35] qui sena dena fecissent, ac retineri sub vexillo[36], ceterorum immunes, nisi propulsandi hostis : legata[37] quæ petiverant exsolvi duplicarique. » Sensit miles in tempus conficta, statimque flagitavit : missio per tribunos maturatur : largitio differebatur in hiberna cujusque[38]. Non abscessere quintani unaetvicesimanique, donec iisdem in æstivis contracta ex viatico amicorum[39] ipsiusque Cæsaris pecunia persolveretur. Primam ac vicesimam legiones Cæcina legatus in civitatem Ubiorum reduxit, turpi agmine, quum fisci de imperatore rapti[40] inter signa interque aquilas veherentur. Germanicus superiorem ad exercitum profectus secundam et tertiamdecumam et sextamdecumam legiones nihil cunctatas sacramento adigit. Quartadecumani paullum dubitaverant ; pecunia et missio quamvis non flagitantibus oblata est.

At in Chaucis[41] cœptavere seditionem præsidium agitantes vexillarii[42] discordium legionum, et præsenti duorum militum supplicio paullum repressi sunt. Jusserat id Mennius, castrorum præfectus, bono magis exemplo quam concesso jure[43]. Deinde intumescente motu profugus reper-

[35] *Exauctorari.* (Voy. la *Révolte de Pannonie*, page 237, note 8).

[36] *Sub vexillo.* (Voy. *ibid.*, même page, même note.)

[37] *Legata*, « le legs » fait par Auguste. Ce legs fut en effet doublé. (Voy. Suétone.) Du reste, ce fut la seule largesse de Tibère envers les soldats.

[38] *Cujusque.* Au lieu de *cujusque*, on a proposé *usque*, *usquam* ; mais *cujusque* est la bonne leçon. Quoique les légions fussent réunies dans le camp d'été, *chacune* avait son camp d'hiver.

[39] *Ex viatico amicorum. Viaticum* ne doit pas s'entendre ici de l'argent qui était donné à ceux qui partaient pour les provinces (comme chez Cicéron), mais de l'argent que chacun avait apporté pour ses dépenses personnelles.

[40] *Fisci de imperatore rapti.* Ceci se rapporte à l'usage de déposer la caisse militaire (*fisci*) parmi les aigles des légions (*inter signa*).

[41] *In Chaucis.* Après la défaite de Varus, on avait mis garnison dans l'intérieur de la Germanie. Les Chauques ou Cauques, s'étendaient depuis l'Ems jusqu'à l'Elbe. Le Weser les séparait en deux cités, dont la moins considérable occupait l'Oost-Frise, et l'autre le duché de Brème. Ils s'étaient distingués par leur fidélité aux Romains.

[42] *Vexillarii.* « les Vexillaires » étaient des corps détachés de la légion : ils étaient formés tantôt de vétérans, tantôt de cavalerie. Dureau de la Malle émet l'opinion que c'étaient des soldats de la 1re centurie qui avaient la garde du *vexillum* de la cohorte ; mais cette conjecture lui est particulière.

[43] *Bono exemplo magis*, etc., « mesure qui était bonne pour l'exemple plus qu'elle n'était légale. » Juste-Lipse prétend que le droit de punir

tusque, postquam intutæ latebræ, præsidium ab audacia mutuatur : « non præfectum ab iis, sed Germanicum « ducem, sed Tiberium imperatorem violari : » simul exterritis qui obstiterant, raptum vexillum ad ripam vertit, et, « si quis agmine decessisset, pro desertore fore » clamitans, reduxit in hiberna turbidos et nihil ausos.

Interea legati ab senatu, regressum jam apud Aram Ubiorum[44] Germanicum adeunt. Duæ ibi legiones, prima atque vicesima, veteranique nuper missi sub vexillo hiemabant. Pavidos et conscientia vecordes intrat metus, venisse patrum jussu, qui irrita facerent, quæ per seditionem expresserant : utque mos vulgo quamvis falsis reum subdere, Munatium Plancum[45], consulatu functum, principem legationis, auctorem senatusconsulti incusant : et nocte concubia vexillum in domo Germanici situm[46] flagitare occipiunt : concursuque ad januam facto, moliuntur fores : extractum cubili Cæsarem tradere vexillum, intento mortis metu, subigunt. Mox vagi per vias, obvios habuere legatos, audita consternatione[47], ad Germanicum tendentes : ingerunt contumelias ; cædem parant, Planco maxime, quem dignitas fuga impediverat : neque aliud periclitanti subsidium, quam castra primæ legionis. Illic signa et aquilam amplexus, religione sese tutabatur[48] : ac ni aquilifer Calpurnius vim extremam arcuisset, rarum etiam inter hostes, legatus populi romani, romanis in castris, sanguine suo altaria[49] deum commaculavisset. Luce

de mort n'appartenait qu'au général. I dit qu'Auguste l'accorda seulement aux propréteurs, puis aux proconsuls et à tous les gouverneurs de province. Donc Ménnius, qui était préfet du camp, n'avait pas ce droit.

44 *Aram Ubiorum*, « l'autel des Ubiens, » aujourd'hui Bonn ou Cologne.

45 *Munatium Plancum*. Munatius Plancus avait été consul l'année d'avant, 732.

46 *Vexillum*, etc. Quel est ce *vexillum*? Juste-Lipse ne croit pas qu'il s'agit de l'enseigne des vétérans. Il entend par ce mot l'étendard de pourpre qu'on arborait au moment du combat, et qui était gardé dans la tente du général. Gronovius, au contraire, suppose qu'il est question de l'enseigne des vétérans, du drapeau qui était le symbole de leur *exauctoratio*, et qu'ils pensaient devoir leur être enlevé par les députés. Maintenant pourquoi ce drapeau était-il dans la tente du général lorsque toutes les autres enseignes étaient plantées en terre, à la tête du camp, sur la place d'armes (*principia*)? Sans doute parce que Germanicus s'était fait remettre le *vexillum*, comme un gage de la fidélité des vétérans, pour s'assurer d'eux. Oberlin, suivi par M. Burnouf, adopte l'avis de Juste-Lipse : il explique *vexillum* par le drapeau rouge, et il regarde l'action des vexillaires comme un acte de rébellion analogue à celui de construire un tribunal.

47 *Consternatione*, « émeute. »

48 *Religione sese tutabatur*. « Il s'abritait derrière ces signes révérés. » Les aigles étaient sacrées.

49 *Altaria*. Ces autels étaient sans

demum, postquam dux et miles, et facta noscebantur, ingressus castra Germanicus, perduci ad se Plancum imperat, recipitque in tribunal. Tum fatalem[50] increpans rabiem, neque militum, sed deum ira resurgere, cur venerint legati aperit : jus legationis, atque ipsius Planci gravem et immeritum casum, simul quantum dedecoris adierit legio, facunde miseratur : attonitaque magis, quam quieta concione, legatos præsidio auxiliarium equitum dimittit. Eo in metu arguere Germanicum omnes, « quod non ad superiorem exercitum pergeret, ubi obsequia, et contra rebelles auxilium. Satis superque missione[51] et pecunia, et mollibus consultis peccatum : vel si vilis ipsi salus, cur filium parvulum, cur gravidam conjugem, inter furentes, et omnis humani juris violatores haberet? illos saltem avo et reipublicæ redderet. » Diu cunctatus, adspernantem[52] uxorem, quum se divo Augusto ortam, neque degenerem ad pericula, testaretur, postremo uterum ejus, et communem filium multo cum fletu complexus, ut abiret perpulit. Incedebat muliebre et miserabile agmen, profuga ducis uxor parvulum sinu filium gerens; lamentantes circum amicorum[53] conjuges, quæ simul trahebantur; nec minus tristes qui manebant.

Non florentis Cæsaris[54], neque suis in castris, sed velut in urbe victa, facies, gemitusque ac planctus, etiam militum aures oraque advertere. Progrediuntur contuberniis : « quis ille flebilis sonus? quod tam triste? feminas illustres, non centurionem ad tutelam, non militem, nihil imperatoriæ uxoris, aut comitatus soliti, pergere ad Treveros[55], et externæ fidei[56]. » Pudor inde et miseratio, et patris Agrippæ, Augusti avi memoria, socer Drusus; ipsa insigni fecunditate, præclara pudicitia : jam infans in castris genitus, in contubernio legionum eductus, quem militari vocabulo Caligulam appellabant, quia plerumque ad conci-

doute élevés sur la place d'armes en l'honneur des aigles et des princes dont elles portaient les images.

[50] *Fatalem*, c.-à-d. *fati malignitate animis injectam.*

[51] *Missione*, sous-entendu *concessa.*

[52] *Adspernantem*, « qui s'y refusait avec hauteur. »

[53] *Amicorum*, sous-entendu *imperatoris.*

[54] *Non florentis Cæsaris... facies*, « ce tableau qui n'avait rien de ce que suppose la brillante fortune d'un César. »

[55] *Pergere ad Treveros.* Les Trévères n'étaient pas encore colonie romaine : ce droit ne leur fut donné que sous Claude.

[56] *Et externæ fidei*, sous-entendu *homines*, qui a sans doute disparu du texte par la faute d'un copiste.

lianda vulgi studia eo tegmine[57] pedum induebatur. Sed nihil æque flexit, quam invidia in Treveros : orant, obsistunt, rediret, maneret : pars Agrippinæ occursantes, plurimi ad Germanicum regressi[58]. Supplices orabant, « puniret noxios, ignosceret lapsis[59], et duceret in hostem ; revocaretur conjux, rediret legionum alumnus, ne obses Gallis traderetur. » Reditum Agrippinæ[60] excusavit ob imminentem partum, et hiemem : venturum filium : cetera ipsi exsequerentur. Discurrunt mutati, et seditiosissimum quemque vinctos trahunt ad legatum legionis primæ C. Cetronium, qui judicium et pœnas de singulis in hunc modum exercuit. Stabant pro concione[61] legiones, destrictis gladiis : reus in suggestu per tribunum ostendebatur : si nocentem acclamaverant, præceps datus trucidabatur : et gaudebat cædibus miles, tanquam semet absolveret[62] : nec Cæsar arcebat, quando nullo ipsius jussu, penes eosdem sævitia facti et invidia erat. Centurionatum inde egit[63] : citatus ab imperatore nomen, ordinem, patriam, numerum stipendiorum, quæ strenue in præliis fecisset, et cui erant dona militaria, edebat : si tribuni, si legio, industriam innocentiamque approbaverant, retinebat ordinem : ubi avaritiam aut crudelitatem consensu objectavissent, solvebatur militia. (Tac. *Ann.* lib. I, c. 31-44.)

57 *Eo tegmine*, c.-à-d. de la *caliga*, espèce de chaussure garnie de clous à l'usage des simples soldats, d'où *caligatus* pour signifier *gregarius miles* (Suet. *Aug.*, 25).

58 *Regressi*. Ici se place le beau discours de Germanicus, que nous avons dû supprimer pour ne pas empiéter sur le *Conciones : cuique suum*. (Voy. le *Conciones*, édit. de M. J. Girard, page 368.)

59 *Lapsis*, « aux égarés, » à ceux qui n'avaient failli que par erreur.

60 *Reditum Agrippinæ excusavit*, « il donna les raisons qui s'opposaient au retour d'Agrippine ; » expression délicate et presque intraduisible.

61 *Stabant pro concione. Pro concione* est l'analogue de notre locution militaire : *à l'ordre*. Cet exemple est le premier de soldats constitués juges de leurs égaux. Ammien Marcellin en cite un autre du même genre.

62 *Tanquam semet absolveret*. Imitation de Virgile : — Assensere omnes; et quæ sibi quisque timebat — Unius in miseri exitium conversa tulere. (*Enéide*, II, 129, 130, édit. de M. Bouchot.)

63 *Centurionatum egit*. Juste-Lipse pense que *egit* est synonyme de *legit*, et que cette phrase veut dire fit choix de nouveaux centurions, en prenant l'avis des soldats, sans leur abandonner toutefois l'élection. Gronovius n'adopte pas ce sens : il combat l'explication de *egit*, dans le sens de *legit*, parce que les centurions ne forment pas un corps comme les sénateurs. Le sens qu'il donne à ce passage est celui-ci : *il fit la revue des centurions*, quoiqu'il avoue que c'est forcer le sens du mot *agere* que de lui faire signifier *recensere*; mais ne dit-on pas *censum agere* ?

84.—GERMANICUS REND LES DERNIERS DEVOIRS AUX LÉGIONS DE VARUS.

Q. Varus, gouverneur de la Germanie, province qui supportait impatiemment la domination romaine, s'étant laissé attirer dans le cœur du pays, tomba dans une embuscade avec trois légions qui furent massacrées; lui-même se tua de désespoir, l'an 763 de Rome. Six ans après, Germanicus, faisant la guerre dans le même pays, pénétra en vainqueur dans la forêt de Teutberg, où les légions romaines étaient restées sans sépulture, et leur rendit les derniers devoirs, l'an 769 de Rome, 16 de J.-C.

Truces etiam tum animos cupido involat eundi in hostem, piaculum furoris[1] : nec aliter posse placari commilitonum manes, quam si pectoribus impiis honesta vulnera accepissent. Sequitur ardorem militum Cæsar, junctoque ponte[2] tramittit duodecim millia e legionibus[3], sex et viginti socias cohortes[4], octo equitum alas[5], quarum ea seditione intemerata modestia fuit. Chauci[6], quum auxilia pollicerentur, in commilitium adsciti sunt. Bructeros[7] sua urentes, expedita cum manu L. Stertinius, missu Germanici, fudit; interque cædem et prædam reperit undevicesimæ legionis aquilam cum Varo amissam. Ductum inde agmen ad ultimos Bructerorum : quantumque Amisiam et Luppiam[8] amnes inter, vastatum, haud procul Teutoburgiensi saltu[9], in quo reliquiæ Vari legionumque insepultæ dicebantur.

Igitur cupido Cæsarem invadit solvendi suprema militi-

84.—1 *Piaculum furoris,* comme s'il y avait *ut furorem expiarent.*

2 *Juncto ponte,* sous-entendu *supra Rhenum,* « ayant jeté un pont sur le Rhin. » *Juncto ponte* peut signifier *junctis per pontem ripis,* par hypallage; ou mieux, *conflato junctis lintribus ponte.* Pour jeter un pont on se servait de bateaux qu'on liait bord à bord.

3 *Duodecim millia e legionibus.* Germanicus avait quatre légions qui formaient 24,000 hommes. Il ne prit donc que la moitié de chaque légion.

4 *Socias cohortes.* Les cohortes d'infanterie auxiliaire étaient de mille hommes chacune.

5 *Octo equitum alas.* L'expression *alæ* vient de ce que la cavalerie se tenait le plus souvent aux *ailes.* On désignait ordinairement sous ce nom la cavalerie des alliés (*alarii equites*) pour les distinguer de la cavalerie des légions (*equites legionarii*).

6 *Chauci.* Voy. la narration précédente, page 258, note 41.

7 *Bructeros,* « les Bructères, » peuple germanique qui habitait sur les bords de l'Ems. Ils occupaient l'emplacement d'une partie de la Prusse Rhénane (Westphalie) et de l'ancien royaume de Hanovre

8 *Amisiam et Luppiam,* « l'Ems et la Lippe, » rivières d'Allemagne L'Ems prend sa source en Westphalie et se jette dans la mer du Nord, la Lippe naît dans la province de Münden, et tombe dans le Rhin près de Wesel.

9 *Teutoburgiensi saltu,* « la forêt de Teutberg. » Ces bois, dit La Bletterie, dont l'ancien nom subsiste encore, et la plaine voisine appelée *Winfeld,* c'est-à-dire *champ de la victoire,* sont dans le voisinage de la petite ville de Horn, en Westphalie. » Horn est entre Lemgow et Paderborn.

bus, ducique; permoto ad miserationem omni qui aderat exercitu, ob propinquos, amicos, denique ob casus bellorum et sortem hominum. Præmisso Cæcina ut occulta saltuum [10] scrutaretur, pontesque et aggeres humido paludum et fallacibus campis [11] imponeret, incedunt mœstos locos, visuque ac memoria deformes. Prima Vari castra lato ambitu [12], et dimensis principiis [13], trium legionum manus ostentabant: dein semiruto vallo [14], humili fossa, accisæ jam reliquiæ consedisse [15] intelligebantur: medio campi albentia ossa, ut fugerant, ut restiterant, disjecta vel aggerata: adjacebant fragmina telorum, equorumque artus, simul truncis arborum antefixa ora; lucis propinquis barbaræ aræ, apud quas tribunos ac primorum ordinum centuriones [16] mactaverant: et cladis ejus superstites pugnam aut vincula elapsi, referebant, hic cecidisse legatos; illic raptas aquilas; primum ubi vulnus Varo adactum; ubi infelici dextra, et suo ictu mortem invenerit; quo tribunali concionatus Arminius; quot patibula captivis, quæ scrobes [17]; utque signis et aquilis per superbiam illuserit.

10 *Occulta saltuum*. Voy. sur cette forme la narration de la *Bataille d'Idistavise*, page 215, note 51. Même observation pour *humido paludum* qui suit.

11 *Fallacibus campis*, « des terrains d'une solidité trompeuse. »

12 *Lato ambitu*, « tracé sur un vaste développement, » formant une vaste enceinte.

13 *Dimensis principiis*, « offrant une place d'armes régulièrement dessinée. » Juste-Lipse avance à tort que toutes les fois que plusieurs légions étaient réunies dans le même camp elles avaient chacune leur place d'armes. Dans un camp romain il n'y avait jamais qu'une seule place d'armes, dix légions y fussent-elles rassemblées. *Principia* signifie « une place d'armes. » On sait que la place d'armes était le lieu où l'on gardait les aigles et les enseignes des légions. Là s'élevait la tente du général; là le tribunal; là on lisait les lettres du prince, etc.

14 *Dein semiruto vallo*, etc. Ces mots donnent à penser qu'il y avait eu deux camps établis par Varus à peu de distance l'un de l'autre; ce qui est indiqué, en outre, par *prima castra*. L'établissement du premier camp avait précédé le désastre; il avait les dimensions voulues. Le second, tracé légèrement et à la hâte, n'avait été qu'une sorte de lieu de refuge, et il était demeuré imparfait.

15 *Consedisse*, « s'étaient retranchés, ralliés. »

16 *Primorum ordinum centuriones*. Voy. la narration de *Pulfio et de Varénus*, page 20, note 1.

17 *Quæ scrobes*, sous-entendu *fuerint*, « combien il y eut de fosses creusées. » On se demande à quelle fin Arminius avait fait creuser ces fosses. Était-ce pour y jeter les morts, dont le chef germain ne se donna probablement pas la peine de faire brûler les cadavres? Cette opinion n'est guère soutenable: il ne s'agit pas des morts, mais des vivants, des prisonniers; *scrobes* est en rapport évident avec *patibula*. Était-ce un mode de supplice? cela paraît clair: mais quel supplice? S'agit-il, comme le pense un commentateur, de fosses où l'on jetait les malheureux pour les faire dévorer par des bêtes féroces? S'agit-il de ces fosses où l'on faisait descendre les patients pour les y frapper et les y enterrer ensuite? Est-il question du supplice dont parle Polybe (I, 80), qui consistait à enterrer les condamnés tout vivants? Nous penchons vers cette

Igitur romanus qui aderat[18] exercitus, sextum post cladis annum, trium legionum ossa, nullo noscente alienas reliquias an suorum humo tegeret, omnes ut conjunctos, ut consanguineos, aucta in hostem ira, mœsti simul et infensi condebant. Primum exstruendo tumulo cespitem[19] Cæsar posuit, gratissimo munere in defunctos, et præsentibus doloris socius. Quod Tiberio haud probatum, seu cuncta Germanici[20] in deterius trahenti, sive exercitum imagine cæsorum insepultorumque tardatum ad prælia[21] et formidolosiorem hostium credebat : « neque imperatorem, « auguratu[22] et vetustissimis cærimoniis[23] præditum, attrectare feralia[24] debuisse. (TAC. *Ann.* lib. I, c. 49, 60, 61, 62.)

85.—MALADIE D'ALEXANDRE A TARSE.

La noble confiance qu'Alexandre témoigna à son médecin Philippe, dans la circonstance qui est le sujet de ce récit, a certainement un côté brillant et héroïque. Une chose, cependant, fait peine, si tout s'est passé comme le raconte Quinte-Curce, c'est qu'Alexandre ait bu la potion que Philippe lui présentait, avant d'avoir observé l'effet que la lecture de la lettre de Parménion ne pouvait manquer de produire sur l'inculpé. Un homme chargé du sort de tant d'hommes ne devait pas jouer sa vie sur une chance périlleuse; la générosité ne devait point passer avant la prudence. Le fait en question appartient à l'année 333 av. J.-C.

Mediam Cydnus amnis Tarsum[1] interfluit : et tunc æstas

dernière explication que justifient les mœurs barbares des Germains.

18 *Qui aderat* n'est pas oiseux, quoiqu'en dise *Ernesti*; ces mots sont nécessaires et font même beauté : cette armée romaine qui est là, sur le théâtre du désastre, cette armée *présente et spectatrice* contraste fortement avec ces légions anéanties, *trium legionum ossa*.

19 *Primum cespitem*, « le premier gazon, » la première motte de gazon qui devait servir au revêtement du tertre funèbre.

20 *Seu cuncta Germanici*, etc., « soit qu'il tournât à mal tous les actes de Germanicus, » soit que Germanicus ne pût rien faire qu'il n'y trouvât un crime.

21 *Tardatum ad prælia*, « refroidi pour les combats. »

22 *Auguratu*. On voit plus loin (*Annales*, II, 83) que Germanicus était augure et flamine d'Auguste.

23 *Vetustissimis cærimoniis præditum*, « dépositaire des rites les plus antiques, » attachés au titre d'augure.

24 *Attrectare feralia*, « approcher ses mains d'objets funèbres. » Il était interdit non-seulement aux augures, mais aux pontifes, et en général à tous les prêtres, de toucher à des objets impurs. La simple vue était censée une souillure pour eux. Aussi losque Auguste et Tibère prononçaient un éloge funèbre, ils plaçaient un voile entre eux et le lit où reposait le mort. Plutarque rapporte que Sylla, la veille de la mort de sa femme Métella, la fit transporter dans une autre maison, pour que le contact de la mourante ne souillât point le caractère sacré dont il était revêtu. (*Sylla*, page 474.)

85.—1 *Mediam Tarsum*. Tarse, auj. *Tarsous*, en Asie-Mineure, était la capitale de la Cilicie des Plaines.

erat, cujus calor non aliam magis quam Ciliciæ oram[2] vapore solis[3] accendit, et diei fervidissimum tempus cœperat. Pulvere ac sudore simul perfusum regem invitavit liquor fluminis, ut calidum adhuc corpus ablueret. Itaque, veste deposita in conspectu agminis, decorum quoque futurum ratus, si ostendisset suis levi ac parabili cultu[4] corporis se esse contentum, descendit in flumen : vixque ingressi[5] subito horrore artus rigere cœperunt; pallor deinde suffusus est, et totum propemodum corpus vitalis calor reliquit. Exspiranti similem ministri manu excipiunt, nec satis compotem mentis in tabernaculum deferunt. Ingens sollicitudo, et pene jam luctus[6], in castris erat. Flentes querebantur, in tanto impetu cursuque rerum[7], omnis ætatis ac memoriæ clarissimum regem, non in acie saltem, non ab hoste dejectum, sed abluentem aqua corpus, ereptum esse et exstinctum : instare Darium, victorem antequam vidisset hostem : sibi easdem terras quas victores peragrassent repetendas; omnia aut ipsos aut hostes populatos; per vastas solitudines, etiamsi nemo insequi velit, euntes, fame atque inopia debellari posse : quem signum daturum fugientibus[8]? quem ausurum Alexandro succedere? Jam ut ad Hellespontum fuga penetrarent[9], classem[10]

[2] *Cujus calor,* etc., comme s'il y avait *qua calente, sol accendit,* etc. La Cilicie des Plaines est une contrée riante, fertile, très-boisée dans sa partie septentrionale qui regarde le Taurus. La partie du sud, quoique arrosée de rivières et de ruisseaux, est soumise à une température brûlante. (Voy. Solin, ch. II, *de Tauro.*)

[3] *Vapore solis,* « les bouffées de chaleur produites par le soleil. »

[4] *Cultu corporis levi ac parabili,* « qu'il se montrait simple et modeste dans ce qui se rapportait à sa personne. » *Cultus* signifie ici soit les différentes parties de l'ajustement, soit les soins relatifs à la toilette, ou même l'un et l'autre.

[5] *Vixque ingressi.* Le même accident arriva au même lieu, dans les mêmes circonstances, bien des siècles après, à l'empereur Frédéric Barberousse (10 juin 1190) ; mais, moins heureux qu'Alexandre, Fréderic paya son imprudence de la vie.

[6] *Jam luctus,* « un deuil anticipé. »

[7] *In tanto impetu cursuque rerum,* « dans le cours d'une fortune si rapide. » Senèque a dit : « In ipso actu bene cedentium rerum, in ipso procurrentis pecuniæ impetu. » (*Epist.* CI.)

[8] *Quem signum daturum fugientibus,* « qui dans leur fuite leur donnerait des ordres ? » ou « le mot d'ordre ? » et non pas, « qui leur donnerait le signal de la fuite ? » comme on a traduit dans l'édition Panckoucke. *Signum* veut dire à la fois le *signal du combat* et le *mot d'ordre ;* il se trouve employé dans ces deux sens par César (*De Bello Gallico,* II, 20) : *signum tuba dandum,* et plus bas, *signum dandum.* Quand le général prenait la résolution de combattre, il faisait déployer un drapeau rouge (*signum pugnæ proponebatur*); de même il donnait le *mot d'ordre* (*signum*) soit de vive voix, soit sur une tablette (*tessera*).

[9] *Jam ut,* etc., c.-à-d. *si etiam contingat ut,* « en admettant même que... »

[10] *Classem.* Après la bataille du Granique Alexandre avait renvoye en Grèce la flotte qui lui avait servi

qua transeant quem præparaturum? Rursus in ipsum regem misericordia versa, illum florem juventæ, illam vim animi, eumdem regem et commilitonem, divelli a se et abripi, immemores sui, querebantur.

Inter hæc liberius meare spiritus cœperat; allevabat rex oculos, et paulatim redeunte animo circumstantes amicos agnoverat; laxataque vis morbi ad hoc solum [11] videbatur, quia magnitudinem mali sentiebat. Animum autem ægritudo corporis urgebat; quippe Darium quinto die in Ciliciam fore [12] nuntiabatur : vinctum ergo se tradi, et tantam victoriam eripi sibi e manibus, obscuraque et ignobili morte in tabernaculo suo exstingui se querebatur. Admissisque amicis pariter et medicis, « in quo me, inquit, articulo rerum mearum fortuna deprehenderit, cernitis. Strepitum hostilium armorum exaudire mihi videor; et qui ultro intuli bellum, jam provocor. Darius ergo, quum tam superbas litteras [13] scriberet, fortunam meam in consilio habuit [14]; sed nequidquam [15], si mihi arbitrio meo curari licet. Lenta remedia et segnes medicos non exspectant tempora mea [16] : vel mori strenue quam tarde convalescere mihi melius est : proinde, si quid opis, si quid artis in medicis est, sciant me non tam mortis quam belli remedium [17] quærere. » Ingentem omnibus incusserat curam tam præceps temeritas [18] ejus. Ergo pro se quisque [19] precari cœpere, ne festinatione periculum augeret, sed esset in potestate medentium : inexperta remedia haud injuria ipsis esse suspecta, quum ad perniciem ejus etiam a latere ipsius [20] pecunia sollicitaret hostis (quippe Darius mille

à passer l'Hellespont, sous prétexte d'économie, mais en réalité pour enlever aux siens l'espoir de fuir, et pour les forcer ainsi à vaincre.

11 *Ad hoc solum*, pour *huc usque tantum, hactenus tantum.*

12 *In Ciliciam fore. Fore* dans le sens de *venturum*, ce qui explique l'accusatif.

13 *Tam superbas litteras.* Il s'agit probablement de lettres que Darius avait adressées aux Grecs avec de l'argent pour les exciter à s'armer contre Alexandre. Il en est question dans Arrien (liv. II, ch. 14.)

14 *Fortunam meam in consilio habuit*, « il était d'intelligence avec ma fortune, » ma destinée.

15 *Sed nequidquam*, pour *sed frustra erit.*

16 *Tempora mea*, « les circonstances présentes, l'état de mes affaires. »

17 *Non tam mortis quam*, etc., « non pas tant un remède contre la mort qu'un remède contre les éventualités de la guerre. » Il est sous le coup de deux maux, de la *mort* qui ne menace que sa personne, de la *guerre* qui menace son armée; il tient moins à son propre salut qu'au salut des siens.

18 *Tam præceps temeritas*, « une si fougueuse impatience. »

19 *Pro se quisque*, « chacun en particulier, en son propre nom. » (Voy. page 17, note 19.)

20 *Etiam a latere ipsius*, « même

talenta interfectori Alexandri daturum se pronuntiari jusserat); itaque, ne ausurum quidem quemquam [arbitrabantur[21]] experiri remedium quod propter novitatem posset esse suspectum.

Erat inter nobiles medicos e Macedonia regem secutus Philippus, natione Acarnan[22], fidus admodum regi : puero comes et custos salutis[23] datus, non ut regem modo, sed etiam ut alumnum, eximia caritate diligebat. Is non præceps[24] se, sed strenuum[25] remedium afferre, tantamque vim morbi potione medicata levaturum esse promisit. Nulli promissum ejus placebat, præter ipsum cujus periculo pollicebatur[26]. Omnia quippe facilius quam moram perpeti poterat : arma et acies in oculis erant, et victoriam in eo positam esse arbitrabatur, si tantum ante signa stare potuisset; id ipsum, quod post diem tertium medicamentum sumpturus esset (ita enim medicus prædixerat) ægre ferens. Inter hæc a Parmenione, fidissimo purpuratorum[27], litteras accipit, quibus ei denuntiabat ne salutem suam Philippo committeret; mille talentis a Dario, et spe nuptiarum sororis ejus, esse corruptum. Ingentem animo sollicitudinem litteræ incusserant; et quidquid in utramque partem aut metus aut spes subjecerat, secreta æstimatione pensabat. « Bibere perseverem[28]; ut, si venenum datum fuerit, ne immerito quidem[29], quidquid acciderit, evenisse videatur? Damnem medici fidem? In tabernaculo[30] ergo me opprimi patiar? At satius est alieno me mori scelere quam metu

à ses côtés, même parmi ses intimes. » Peut-être est-ce une allusion à Alexandre Lyncestes, fils d'Æropus, qui avait reçu une somme de mille talents d'or d'un agent de Darius pour faire périr le conquérant, et qui fut mis à mort trois ans après la découverte de son crime avec les complices de Philotas. (Voy. *Suppl.* de Freinshemius, II, 11.)

21 *Arbitrabantur* est probablement une glose qui s'est introduite dans le texte.

22 *Acarnan.* L'Acarnanie était une contrée de la Grèce, sur la mer, à l'O. de l'Etolie, au S. de l'Epire. Les habitants en étaient grossiers, de là le proverbe *porcus Acarnan.*

23 *Salutis,* pour *valetudinis.*

24 *Præceps remedium,* un remède qui enlèverait le mal comme par enchantement, en un clin d'œil. Dans Sénèque (*Ep.* CI) : *præceps morbi genus*, une maladie qui mène le malade grand train, par exemple, une apoplexie *foudroyante.*

25 *Strenuum,* « actif, énergique. »

26 *Pollicebatur,* s.-ent. *Philippus.*

27 *Fidissimo purpuratorum,* « le plus fidèle de ses dignitaires. » *Purpurati* est une expression empruntée au costume des Perses, et appliquée un peu arbitrairement aux chefs macédoniens, qui ne portaient point d'ornements de pourpre. On désigne en italien les cardinaux sous le nom de *porporati.*

28 *Bibere perseverem,* « persisterai-je à prendre ce breuvage ? »

29 *Ne immerito quidem,* « non sans que je l'aie bien mérité. »

30 *In tabernaculo.* Il faut sous-entendre : « [dans le cas contraire] me laisserai-je donc... »

meo. » Diu animo in diversa versato, nulli, quid scriptum esset enunciat; epistolamque, sigillo annuli sui impressam, pulvino cui incumbebat subjecit. Inter has cogitationes biduo absumpto, illuxit a medico destinatus dies, et ille cum poculo, in quo medicamentum diluerat, intravit. Quo viso, Alexander, levato corpore in cubitum, epistolam a Parmenione missam sinistra manu tenens, accipit poculum et haurit interritus: tum epistolam Philippum legere jubet; nec a vultu legentis movit[31] oculos, ratus aliquas conscientiæ notas in ipso ore posse deprehendere.

Ille, epistola perlecta, plus indignationis quam pavoris ostendit, projectisque amiculo et litteris ante lectum, « Rex, inquit, semper quidem spiritus meus ex te pependit; sed nunc vere, arbitror, sacro et venerabili ore trahitur[32]. Crimen parricidii quod mihi objectum est tua salus diluet: servatus a me vitam mihi dederis; oro quæsoque: omissoque metu patere medicamentum concipi venis; laxa paulisper animum, quem intempestiva sollicitudine amici, sane fideles, sed moleste seduli, turbant. » Non securum modo hæc vox, sed etiam lætum regem ac plenum bonæ spei fecit. Itaque, « Si dii, inquit, Philippe, tibi permisissent quo maxime modo animum[33] velles experiri meum, alio profecto voluisses; sed certiorem quam expertus es ne optasses quidem: hac epistola accepta, tamen quod dilueras bibi; et nunc crede me non minus pro tua fide[34] quam pro mea salute esse sollicitum. » Hæc elocutus, dextram Philippo offert. Ceterum, tanta vis medicaminis fuit, ut quæ secuta sunt criminationem Parmenionis adjuverint[35]. Interclusus spiritus arcte meabat. Nec Philippus quidquam inexpertum omisit: ille fomenta corpori admovit; ille torpentem, nunc cibi nunc vini odore[36] excitavit: atque ut primum mentis compotem esse sensit, modo matris sororumque[37], modo tantæ victoriæ appropinquantis admonere

31 *Movit, avertit.*

32 *Trahitur*, pour *ducitur*. Admirable idée, admirable image. Il est impossible de mieux faire comprendre l'intime, l'étroite union de ces deux existences, dont l'une ne peut se rompre sans que l'autre se brise à l'instant.

33 *Animum meum*, « mes sentiments à ton égard. »

34 *Tua fide* « ton honneur. »

35 *Adjuverint*, pour *auxerint, verisimiliorem effecerint.*

36 *Nunc cibi odore.* Il s'agit probablement de l'odeur de pain grillé que les médecins de l'antiquité faisaient respirer aux malades.

37 *Modo matris sororumque*. Philippe connaissait l'influence du moral sur le physique, non moins marquée, assurément, que celle du physique sur le moral.

non destitit. Ut vero medicamentum se diffudit in venas, et sensim toto corpore salubritas[38] percipi potuit, primo animus vigorem suum, deinde corpus quoque exspectatione maturius[39] recuperavit; quippe post tertium diem quam in hoc statu fuerat, in conspectum militum venit. Nec avidius ipsum regem quam Philippum intuebatur exercitus; pro se quisque[40], dextram ejus amplexi, grates habebant velut præsenti deo[41] : namque haud facile dictu est, præter ingenitam illi genti erga reges suos venerationem, quantum hujus utique regis vel admirationi dediti fuerint, vel caritate flagraverint. (Quint. Curt. lib. iii, c. 5-6.)

86.—AVÈNEMENT, RÈGNE ET MORT D'HIÉRONYME.

Hiéronyme, petit-fils d'Hiéron II, roi de Syracuse, lui succéda l'an 215 av. J.-C. Il rompit l'alliance que son père avait faite avec les Romains, et se rendit odieux à ses sujets par ses débauches et ses cruautés. Il périt, au bout d'un an, victime d'une conspiration.

In Sicilia Romanis omnia mutaverat mors Hieronis[1], regnumque ad Hieronymum nepotem ejus translatum. Puerum[2] vixdum libertatem, nedum dominationem, modice laturum, et ætas, et ingenium, et tutores atque amici præcipitandum in omnia vitia acceperunt. Quæ ita futura cernens Hiero, ultima senecta voluisse dicitur liberas Syracusas relinquere, ne sub dominatu puerili, per ludibrium, bonis artibus partum firmatumque interiret[3] regnum. Huic consilio ejus summa ope obstitere filiæ[4], nomen regium penes puerum futurum ratæ, regimen rerum omnium penes se virosque suos, Andranodorum et Zoippum : nam ii tutorum primi relinquebantur. Non facile erat nonagesi-

38 *Salubritas*, « l'effet salutaire. »

39 *Exspectatione maturius*, « avec une promptitude qui surpassa toute attente. »

40 *Pro se quisque*. Voy. page 266, note 19.

41 *Præsenti deo*, « un dieu tutélaire, » ou, dans un sens un peu différent, « un dieu sur la terre, une providence visible. »

86.—1 *Hieronis*, « Hiéron II, » descendant de Gélon. Ce prince, après avoir été l'ennemi des Romains, était devenu leur ami le plus fidèle pendant les 50 ans qu'il régna. Il mourut l'an 215 avant J.-C.

2 *Puerum*, etc. « Cet enfant qui était à peine capable de porter le poids de la liberté, à plus forte raison le fardeau d'une couronne... » *Libertatem*, la liberté du mineur émancipé. *Modice laturum*, comme on dit en grec μετριως φερειν.

3 *Per ludibrium... interiret*, « périt misérablement, » comme un hochet que brise un enfant.

4 *Filiæ*, les filles d'Hiéron; elles se nommaient Démarata et Héraclea. La première avait épousé Andranodore, et la seconde Zoippus.

mum jam agenti[5] annum, circumsesso[6] dies noctesque muliebribus blanditiis, liberare animum, et convertere ad publicam privata curam[7]. Itaque tutores modo quindecim puero reliquit[8]: quos precatus est moriens, ut fidem erga populum romanum, quinquaginta annos[9] ab se cultam inviolatam servarent, juvenemque suis potissimum vestigiis insistere vellent disciplinæque[10], in qua edoctus esset. Hæc mandata. Quum exspirasset, per tutores testamento prolato, pueroque in concionem producto (erat autem quindecim tunc ferme annorum), paucis, qui per concionem ad excitandos clamores dispositi erant[11], approbantibus testamentum, ceteris, velut patre amisso, in orba civitate omnia timentibus, funus[12] fit regium, magis amore civium et caritate[13], quam cura suorum celebre. Deinde ceteros tutores summovet Andranodorus, juvenem jam esse dictitans Hieronymum, ac regni potentem[14]; deponendoque tutelam ipse, quæ cum pluribus communis erat, in se unum omnium vires[15] convertit[16].

Vix quidem ulli bono moderatoque regi facilis erat favor apud Syracusanos, succedenti tantæ caritati Hieronis. Verum enimvero[17] Hieronymus, velut[18] suis vitiis desiderabilem efficere vellet avum, primo statim conspectu omnia quam disparia essent, ostendit. Nam qui per tot annos Hieronem filiumque ejus Gelonem, nec vestis habitu, nec alio ullo insigni differentes a ceteris civibus vidissent, conspexere purpuram, ac diadema, ac satellites armatos, quadrigisque etiam alborum equorum interdum ex regia pro-

5 *Jam agenti*, sous-entendu *Hieroni*.

6 *Circumsesso*, etc. Racine semble s'être inspiré de ces expressions dans *Britannicus* (acte II, sc. 11).

7 *Convertere ad publicam privata curam*, c'est-à-d. *attemperare privata publicis*, « régler les affaires de sa famille de manière à les faire tourner au bien public. »

8 *Itaque modo*, etc. « Aussi la seule précaution qu'il prit fut de laisser quinze tuteurs à son petit-fils » (au lieu de confier seulement la tutelle à ses deux gendres).

9 *Quinquaginta annos* « cinquante ans, » chiffre rond; de 489 à 537.

10 *Disciplinæ*, « les maximes de conduite. »

11 *Paucis qui ad excitandos clamores dispositi erant.* Ces mots ont un rapport frappant avec ces deux vers de *Britannicus* (IV, 4) :—Tandis que ses soldats, de moments en moments, —Vont arracher pour lui des applaudissements.

12 *Funus*, sous-entendu *Hieronis*. La construction de cette phrase est embarrassée.

13 *Magis amore civium*, etc., « qui dut à l'amour des sujets d'Hiéron, plutôt qu'à la piété de sa famille, la pompe dont il fut entouré. »

14 *Regni potentem*, comme *regni capacem*.

15 *Omnium vires*, les forces publiques, la toute-puissance.

16 *Convertit*, pour *ad se traxit*.

17 *Verum enim vero* a ici la force de notre locution vulgaire : *par-dessus le marché*.

18 *Velut*, pour *quasi*.

cedentem, more Dionysii tyranni. Hunc tam superbum apparatum habitumque, convenientes [19] sequebantur mores: contemptus omnium hominum, superbæ aures [20], contumeliosa dicta, rari aditus non alienis modo sed tutoribus etiam, libidines novæ, inhumana crudelitas. Itaque tantus omnes terror invaserat, ut quidam ex tutoribus, aut morte voluntaria, aut fuga præverterent metum suppliciorum. Tres ex iis, quibus solis aditus in domum familiarior erat, Andranodorus et Zoippus, generi Hieronis, et Thraso quidam, de aliis quidem rebus haud magnopere audiebantur [21]; tendendo [22] autem duo [23] ad Carthaginienses, Thraso ad societatem romanam, certamine ac studiis [24] interdum in se convertebant animum adolescentis: quum conjuratio in tyranni caput facta, indicatur per Calonem quemdam æqualem [25] Hieronymi, et jam inde a puero in omnia familiaria jura assuetum [26]. Index [27] unum ex conjuratis Theodotum, a quo ipse appellatus erat [28], nominare potuit. Qui comprehensus extemplo, traditusque Andranodoro torquendus, de se ipse haud cunctanter fassus, conscios celabat. Postremo quum omnibus intolerandis patientiæ humanæ cruciatibus lacerаretur, victum malis se simulans, avertit ab consciis in insontes indicium, Thrasonem esse auctorem consilii mentitus, nec, nisi tam potenti duce confisos, rem tantam ausuros [29], ab latere tyranni [30], quorum capita vilissima fingenti [31] inter dolores gemitusque occurrere [32].

Maxime animo tyranni credibile indicium Thraso nominatus fecit. Itaque extemplo traditur [33] ad supplicium; adjectique pœnæ ceteri juxta [34] insontes. Consciorum nemo, quum diu socius [35] consilii torqueretur, aut latuit, aut

[19] *Convenientes* se rapporte à *apparatus* et à *habitus*, « des allures conformes, à l'avenant. »

[20] *Superbæ aures*, m. à m. « des oreilles chatouilleuses, » faciles à blesser.

[21] *Haud magnopere audiebantur*, « ne se faisaient guère écouter. »

[22] *Tendendo*, « lorsqu'ils montraient leur inclination.

[23] *Duo*, « les deux beaux-frères. »

[24] *Studiis*, « leurs brigues. »

[25] *Æqualem*, « du même âge. »

[26] *Assuetum*, comme *adsumptum*, *adscitum*.

[27] *Index*, c'est-à-dire *Calo*.

[28] *A quo ipse appellatus erat*, « qui lui avait fait des ouvertures à lui-même. »

[29] *Rem tantam ausuros*, sous-ent *alios dicens*.

[30] *Ab latere tyranni*, « attachés à la personne du tyran, » satellites, familiers, domestiques. Construisez : *inde nominat eos ab latere tyranni, quorum...* (Voy. la narration précédente, note 20.)

[31] *Fingenti*, sous-entendu *Theodoto*, « se présentèrent à son imagination. »

[32] *Occurrere*, pour *occurrerunt*.

[33] *Traditur*. Peut-être faut-il lire *trahitur*.

[34] *Juxta*, pour *perinde æque, pariter*.

[35] *Socius*, c.-à-d. *Theodotus*.

fugit : tantum illis in virtute ac fide Theodoti fiduciæ fuit, tantumque ipsi Theodoto virium ad arcana occultanda. Ita, quod unum vinculum cum Romanis societatis erat, Thrasone sublato e medio, extemplo haud dubie ad defectionem res spectabat. Inflatus assentationibus eorum, qui eum non Hieronis tantum, sed Pyrrhi etiam regis materni avi [36] jubebant meminisse, Hieronymus legationem ad Carthaginienses misit, qua æquum censebat [37], Sicilia sibi omni cedi, Italiæ imperium proprium [38] quæri carthaginiensi populo. Hanc levitatem ac jactationem [39] animi neque mirabantur in juvene furioso, neque arguebant, dummodo averterent eum ab Romanis. Sed omnia in eo præcipitia ad exitium [40] fuerunt. Nam quum præmissis Hippocrate atque Epicyde, cum binis millibus [41] armatorum, ad tentandas urbes [42], quæ præsidiis tenebantur romanis; et ipse in Leontinos [43] cum cetero omni exercitu (erant autem ad quindecim millia peditum equitumque) profectus esset; liberas ædes [44] conjurati, et omnes forte militabant, imminentes viæ angustæ [45], qua descendere ad forum [46] rex solebat, sumpserunt. Ibi, quum instructi armatique ceteri transitum [47] exspectantes starent, uni ex eis, Dinomeni fuit nomen, quia custos corporis erat, partes datæ sunt [48], ut quum appropinquaret januæ rex, per causam aliquam in angustiis sustineret [49] ab tergo agmen [50]. Ita ut convenerat, factum est : tanquam laxaret elatum pedem ab stricto nodo [51], moratus turbam Dinomenes, tantum inter-

36 *Materni avi.* Gélon, père d'Hiéronyme, avait épousé Néreis, fille de Pyrrhus, roi d'Épire.

37 *Qua æquum censebat,* « par laquelle il demandait comme chose équitable. »

38 *Italiæ proprium imperium,* etc. « il réclamait pour les Carthaginois l'empire de l'Italie comme leur appartenant en propre. »

39 *Jactationem,* comme *jactantiam.*

40 *Omnia præcipitia ad exitium,* « tout l'acheminait à sa perte. »

41 *Cum binis millibus,* « avec deux corps de mille hommes chacun. »

42 *Ad tentandas urbes,* « pour solliciter à la défection les villes. »

43 *Leontinos* « les Léontins. » La ville des *Leontini,* qu'on désigne mal à propos sous le nom de *Leontium,* était située dans la Sicile orientale, au N. de Syracuse.

44 *Liberas ædes,* « une maison banale, » affectée probablement à recevoir les troupes en passage.

45 *Imminentes viæ angustæ,* « qui commandaient une rue étroite. Cette circonstance était favorable à l'exécution du complot.

46 *Ad forum.* La place publique des *Leontini* occupait le milieu du bassin autour duquel la ville s'élevait en amphithéâtre ; d'où *descendere in forum.*

47 *Transitum,* sous-ent. *regis.*

48 *Partes datæ sunt,* « on lui confia l'emploi, le rôle. »

49 *Sustineret,* comme *retineret a progressu.*

50 *Agmen,* « l'escorte royale, la suite du roi. »

51 *Tanquam laxaret,* etc. m. à m. « faisant mine de soulager son pied,

valli fecit, ut, quum in prætereuntem sine armatis regem impetus fieret, confoderetur aliquot prius vulneribus, quam succurri posset. Clamore et tumultu audito in Dinomenem jam haud dubie obstantem[52] tela conjiciuntur; inter quæ tamen duobus acceptis vulneribus evasit. Fuga satellitum, ut jacentem videre regem, facta est. Interfectores pars in forum ad multitudinem lætam libertate, pars Syracusas pergunt, ad præoccupanda[53] Andranodori regiorumque aliorum[54] consilia. (Tit. Liv., lib. xxiv, cap. 4-6.)

87.—MORT D'ANDRANODORE ET DE THÉMISTUS.

Les deux personnages dont il est question dans ce récit étaient, le premier, l'oncle maternel d'Hiéronyme par sa femme Démarata; le second, le gendre de Gélon. Après la mort du jeune roi, qu'ils avaient gouverné pendant sa vie, ils s'emparèrent des principales positions dans Syracuse, afin de réaliser leurs projets d'ambition. Mais à la suite de divers incidents, ils se laissèrent aller à traiter avec le sénat syracusain, et cette conduite les perdit. Le peuple demanda leur tête, et ils furent mis à mort l'an 215 avant J.-C.

Secundum Hieronymi cædem primo tumultuatum in Leontinis apud milites fuerat, vociferatumque ferociter, parentandum regi[1] sanguine conjuratorum esse. Deinde libertatis restitutæ dulce auditu nomen crebro usurpatum, spes facta ex pecunia regia largitionis, militiæque fungendæ potioribus ducibus[2], et relata tyranni fœda scelera fœdioresque libidines, adeo mutavere animos, ut insepultum jacere corpus paulo ante desiderati regis paterentur. Quum ceteri ex conjuratis ad exercitum obtinendum[3] remansissent, Theodotus et Sosis regiis equis, quanto maximo cursu poterant, ut ignaros omnium regios[4] opprimerent, Syracusas contendunt. Ceterum prævenerat, non fama solum (qua nihil in talibus rebus est celerius), sed nuntius etiam

qu'il tenait en l'air, de la gêne d'un nœud trop serré; » levant le pied sous prétexte de desserrer le nœud de sa chaussure.

52 *Jam haud dubie obstantem*, « qui dès-lors faisait visiblement obstacle, » qui paraissait visiblement s'être mis là pour faire obstacle.

53 *Ad præoccupanda consilia*, « pour prévenir les mesures. »

54 *Regiorumque aliorum*, « et des autres partisans du roi, » des autres *royalistes*, comme nous dirions.

87.—1 *Parentandum regi*, « qu'il fallait apaiser, venger les mânes du roi. » (Voy. la narration n° 41, page 76, note 30.)

2 *Potioribus ducibus*. « sous des chefs plus capables » (que ne l'était Hiéronyme).

3 *Ad exercitum obtinendum*, «pour prendre la direction de l'armée. »

4 *Regios*, « les royalistes. » Voyez plus haut, note 54.

ex regiis servis. Itaque Andranodorus et insulam [5] et arcem, et alia quæ poterat, quæque opportuna erant [6], præsidiis firmarat. Hexapylo [7] Theodotus ac Sosis post solis occasum jam obscura luce invecti, quum cruentam regiam vestem atque insigne capitis ostentarent, transvecti per Tycham, simul ad libertatem, simul ad arma vocantes, in Achradinam convenire jubent. Multitudo pars [8] procurrit in vias, pars in ædium vestibulis [9] stat, pars ex tectis fenestrisque prospectant, et quid rei sit, rogitant. Omnia luminibus collucent, strepituque vario complentur : armati locis patentibus congregantur; inermes ex Olympii Jovis [10] templo spolia Gallorum Illyriorumque, dono data Hieroni a populo romano, fixaque ab eo, detrahunt; precantes Jovem, ut volens, propitius præbeat sacra arma [11], pro patria, pro deum delubris, pro libertate sese armantibus. Hæc quoque multitudo, stationibus per principes regionum [12] urbis dispositis, adjungitur. In insula inter cetera Andranodorus præsidiis firmat horrea publica. Locus [13] saxo quadrato [14] septus, atque arcis in modum emunitus, capitur ab juventute quæ præsidio ejus loci attributa erat : mittuntque nuntios in Achradinam, horrea frumentumque in senatus potestate esse.

Luce prima populus omnis armatus inermisque in Achradinam ad curiam convenit. Ibi pro Concordiæ ara, quæ in eo sita loco erat, ex principibus unus nomine Polyænus concionem [15] et liberam et moderatam [16] habuit : « Servitudinis indignitatisque homines expertos, adversus notum malum iratos esse. Discordia civilis quas importet clades, audisse magis a patribus Syracusanos, quam ipsos vidisse. Arma quod impigre ceperint se laudare [17] : magis lauda-

5 *Insulam*, le quartier de Syracuse appelé « l'Ile » (νῆσος). (Voy. la narration du *Siége de Syracuse*, page 145, note 2.)

6 *Quæque opportuna erant*, « qui offraient de bonnes positions stratégiques. »

7 *Hexapylo*. La porte dite Hexapylos. (Voy. page 146, note 1.)

8 *Pars*, pour *partim*.

9 *In vestibulis*, « les vestibules » étaient de petites places devant les maisons.

10 *Olympii Jovis templo*, « le temple de Jupiter Olympien, » à Syracuse, était situé dans l'Achradine, où se trouvaient, en outre, une grande place, de superbes portiques, un Prytanée et une Curie d'une belle architecture.

11 *Præbeat sacra arma*, « qu'il leur prête ces armes sacrées. »

12 *Per principes regionum*, « dans les principaux quartiers. »

13 *Locus*. Sous-entendu *sed* devant *locus*.

14 *Saxo quadrato*, « en pierres carrées, » ce que nous appelons « pierres de taille. »

15 *Concionem*, pour *orationem*.

16 *Liberam et moderatam*, « avec franchise et avec mesure. »

17 *Laudare*, « il les loue. » Sous-entendu *dicit se eos*.

turum, si non utantur, nisi ultima necessitate coacti. In præsentia[18] legatos ad Andranodorum mitti placere[19], qui denuntient, ut in potestate senatus ac populi sit[20], portæ insulæ pateant, recedat præsidium. Si tutelam alieni regni suum regnum velit facere[21], eumdem se[22] censere multo acrius ab Andranodoro, quam ab Hieronymo repeti[23] libertatem. » Ab hac concione legati missi sunt. Senatus inde haberi cœptus est. Quod sicut[24] regnante Hierone manserat publicum consilium, ita post mortem ejus, ante eam diem, nulla de re neque convocati, neque consulti fuerant. Ut ventum ad Andranodorum est, ipsum quidem movebat[25] et civium consensus[26], et quum aliæ occupatæ urbis partes[27], tum pars insulæ velut munitissima, prodita atque alienata. Sed evocatum eum ab legatis[28] Demarata uxor, filia Hieronis, inflata adhuc regiis animis[29] ac muliebri spiritu, admonet sæpe usurpatæ[30] Dionysii tyranni vocis, qua « pedibus tractum[31], non insidentem equo relinquere tyrannidem dixerit debere : facile esse momento quo quis velit, cedere possessione magnæ fortunæ; facere et parare eam, difficile atque arduum esse : paululum sumeret spatii

18 *In præsentia*, « quant à présent. »

19 *Placere*, sous-entendu *sibi*.

20 *In potestate senatus*, etc., « de se mettre aux ordres du sénat et du peuple. »

21 *Si tutelam*, etc., dans le cas où de défenseur du trône il prétendrait se faire roi. »

22 *Eumdem*, c.-à-d. *se, Polyænum*.

23 *Repeti*, pour *repetendam esse*.

24 *Sicut... ita*, établissent une corrélation entre les deux membres de phrase : « le sénat était resté de nom le conseil public ; mais de fait il n'avait été consulté sur rien. »

25 *Movebat*, « le préoccupait, » ébranlait sa résolution.

26 *Consensus civium*, « l'opinion publique. »

27 *Et quum aliæ*, etc., « et aussi l'idée que, s'il occupait d'autres quartiers de la ville, il y avait une partie de l'*Ile*, et encore la plus forte, qui avait été livrée (au sénat) et perdue (pour lui). » On a vu plus haut qu'il y avait eu défection de la jeunesse qui avait été préposée à la garde des greniers publics, et qu'elle avait fait sa soumission au sénat. *Velut* a simplement dans cette phrase le sens de *vel*.

28 *Evocatum ab legatis*, « en le tirant à part pendant la conférence avec les députés. »

29 *Inflata adhuc regiis animis*, « le cœur encore gonflé d'un orgueil de reine, » soit parce qu'elle était fille de roi, soit parce que son mari avait régné sous le nom d'Hiéronyme.

30 *Sæpe usurpatæ*, « souvent cité, célèbre. »

31 *Pedibus tractum*, etc., m. à m. « qu'on devait sortir du pouvoir en se faisant traîner par les pieds, et non au galop d'un cheval. » Ce dicton se rapporte à une anecdote de la vie de Denys. Dans une sédition des Syracusains, le tyran, se voyant serré de près, consulta ses amis sur le parti qu'il avait à prendre. Polyxène lui dit qu'il n'avait plus qu'à monter le plus vite de ses chevaux et à courir se jeter dans les bras des Carthaginois. A quoi Philiste, l'historien, répliqua par le mot que Démarata rappelle à Andranodore. On voit que ces paroles ne sont pas de Denys lui-même, comme l'avance Tite-Live, mais qu'elles lui ont été adressées. (Cf. PLUT., *Vie de Dion*.)

ad consultandum ab legatis[32]; eo[33] uteretur ad arcessendos ex Leontinis milites : quibus si pecuniam regiam pollicitus esset[34], omnia in potestate ejus futura. » Hæc muliebria consilia Andranodorus neque tota aspernatus est[35], neque extemplo accepit, tutiorem ad opes affectandas ratus esse viam, si in præsentia tempori cessisset. Itaque legatos renuntiare jussit, futurum se in senatus ac populi potestate.

Postero die, luce prima, patefactis insulæ portis, in forum Achradinæ venit. Ibi in aram Concordiæ, ex qua pridie Polyænus concionatus erat, escendit, orationemque eam orsus est[36], qua primum cunctationis suæ veniam petiit : « Se enim clausas habuisse portas, non separantem suas res a publicis, sed strictis semel gladiis[37] timentem, qui finis cædibus esset futurus[38]; utrum[39], quod satis libertati foret, contenti nece tyranni essent, an quicumque aut propinquitate, aut affinitate, aut aliquibus ministeriis regiam contigissent[40], alienæ culpæ rei trucidarentur. Postquam animadvertit[41], eos qui liberassent patriam, servare etiam liberatam velle, atque undique consuli in medium[42]; non dubitasse, quin et corpus suum, et cetera omnia quæ suæ fidei tutelæque essent, quoniam eum, qui mandasset[43], suus furor absumpsisset[44], patriæ restitueret. » Conversus deinde ad interfectores tyranni, ac nomine appellans Theodotum ac Sosim, « Facinus, inquit, memorabile fecistis. Sed, mihi credite, inchoata vestra gloria nondum perfecta est; periculumque ingens manet, nisi paci et concordiæ consulitis, ne libera efferatur respublica[45]. »

32 *Ad consultandum ab legatis,* « pour réfléchir hors de la présence des députés. »

33 *Eo,* sous-entendu *spatio.*

34 *Si pecuniam regiam pollicitus esset,* « du moment qu'il leur aurait promis les trésors du roi. » On a vu plus haut que l'espérance de recevoir des largesses sur la cassette royale avait déjà influé sur les dispositions des soldats : il s'agissait présentement de remplir cette espérance par une promesse formelle.

35 *Tota aspernatus est,* « ne les rejeta pas tout-à-fait, totalement. »

36 *Orationem orsus est qua petivit,* m. à m. : il commença son discours par demander, « il demanda dans l'exorde de son discours. »

37 *Strictis gladiis,* est à l'ablatif absolu.

38 *Timentem qui finis,* etc., « il s'était demandé avec crainte où s'arrêterait l'effusion du sang. »

39 *Utrum* dépend de *timentem.*

40 *Regiam contigissent,* m. à m.. avaient touché au palais, « avaient été en rapport avec le feu roi. »

41 *Animadvertit,* comme s'il y avait *animadverterat,* « mais lorsqu'il avait reconnu... »

42 *Undique consuli in medium,* « que de toutes parts on avait en vue l'intérêt public, » sans exclusion, sans acception de personnes.

43 *Eum qui mandasset,* sous-entendu *ea sibi.* Il s'agit d'Hiéronyme.

44 *Suus furor absumpsisset,* «avait été victime de sa propre folie. »

45 *Ne libera efferatur respublica,*

Post hanc orationem, claves portarum pecuniæque regis [46] ante pedes eorum posuit. Atque illo quidem die dimissi ex concione læti, circa omnia fana deum supplicaverunt [47] cum conjugibus ac liberis : postero die comitia prætoribus creandis habita. Creatus in primis Andranodorus, ceteri magna ex parte interfectores tyranni. Duos etiam absentes, Sopatrum ac Dinomenem fecerunt. Qui, auditis quæ Syracusis acta erant, pecuniam regiam, quæ in Leontinis erat, Syracusas devectam, quæstoribus ad id ipsum creatis tradiderunt; et ea quæ in insula erat et Achradina, tradita est; murique ea pars, quæ ab cetera urbe nimis firmo munimento intersepiebat insulam, consensu omnium dejecta est : secutæ et ceteræ res [48] hanc inclinationem animorum ad libertatem.

Hippocrates atque Epicydes [49], audita morte tyranni, quam Hippocrates etiam nuntio interfecto [50] celare voluerat, deserti a militibus, quia id tutissimum ex præsentibus [51] videbatur, Syracusas rediere. Ubi ne suspecti obversarentur [52], tanquam novandi res aliquam occasionem quærentes, prætores primum, deinde per eos senatum adeunt : ab Annibale se missos prædicant ad Hieronymum, tanquam amicum ac socium; paruisse imperio ejus, cujus imperator suus voluerit [53]; velle ad Annibalem redire; ceterum quum iter tutum non sit, vagantibus passim per totam Siciliam romanis armis, petere ut præsidii dent aliquid, quo Locros [54] in Italiam perducantur : gratiam magnam eos parva opera [55] apud Annibalem inituros. Facile res impetrata : abire enim duces regios, quum peritos militiæ, tum egentes eosdem

« que la république n'ait été affranchie que pour périr. » *Efferatur* dans le sens de *sepeliatur, intereat.* On peut encore entendre *libera efferatur* dans le sens de *libertate se insolentius efferat*, « n'abuse de sa liberté pour se livrer à des excès. » Mais la première interprétation nous semble présenter une idée plus belle sous une forme plus latine.

46 *Pecuniæ regis*, « du trésor royal. »

47 *Supplicaverunt*, « rendirent aux dieux des actions de grâces. » (Voy. sur le mot *supplicatio* la narration nº 63, page 168, note 75.)

48 *Secutæ ceteræ res*, « les faits qui se produisirent ensuite, répondirent à... »

49 *Hippocrates atque Epicydes.* Ces deux personnages étaient nés à Carthage, mais étaient originaires de Syracuse. Ils avaient négocié un traité d'alliance entre Carthage et Hiéronyme, auprès duquel ils avaient été accrédités par Annibal.

50 *Etiam nuntio interfecto*, « qui avait été jusqu'à faire périr le messager. »

51 *Ex præsentibus*, « d'après l'état actuel des choses. »

52 *Obversarentur*, pour *in medio versarentur, conspicerentur.*

53 *Cujus*, etc., sous-entendu *imperio se parere.*

54 *Locros*, « Locres, » ville d'Italie, dans la Grande Grèce, sur la côte E. du Brutium.

55 *Parva opera*, « au prix d'un léger service. »

atque audaces, cupiebant : sed quod volebant, non quam maturato opus erat[56], naviter expediebant. Interim juvenes militares, et assueti militibus, nunc apud eos ipsos[57], nunc apud transfugas, quorum maxima pars ex navalibus sociis[58] Romanorum erat, nunc etiam apud infimæ plebis homines crimina serebant in senatum optimatesque : id moliri clam eos atque struere, ut Syracusæ per speciem reconciliatæ societatis[59] in ditione Romanorum sint; dein factio et pauci auctores fœderis renovati dominentur.

His audiendis credendisque opportuna[60] multitudo major in dies Syracusas confluebat; nec Hippocrati et Epicydi solum spem novandarum rerum, sed Andranodoro etiam præbebat. Qui fessus tandem uxoris vocibus monentis, nunc illud esse tempus occupandi res, dum turbata omnia nova atque incondita[61] libertate essent, dum regiis stipendiis[62] pastus obversaretur[63] miles, dum ab Annibale missi duces[64] assueti militibus, juvare possent incœpta; cum Themisto, cui Gelonis filia nupta, rem consociatam, paucos post dies Aristoni cuidam tragico actori, cui et alia arcana committere assuerat, incaute aperit. Huic et genus et fortuna honesta erant; nec ars[65], quia nihil tale[66] apud Græcos pudori est, ea deformabat : itaque fidem potiorem[67] ratus, quam patriæ debebat, indicium ad prætores defert. Qui ubi rem haud vanam[68] esse certis indiciis compererunt,

56 *Non quam maturato*, etc. Construisez : *non tam naviter expediebant quam maturato opus erat*, « mais la célérité de l'exécution ne répondait pas à l'urgence des mesures à prendre. »

57 *Apud eos ipsos*, sous-entendu *milites*.

58 *Ex sociis navalibus*. Les équipages des vaisseaux romains étaient formés originairement de citoyens pauvres, possédant moins de quatre mille as, et ils furent même quelquefois recrutés parmi les esclaves affranchis. Independamment de ce double mode d'inscription maritime, on contraignit dans les derniers temps les alliés et les pays conquis à fournir un certain nombre de navires complétement armés et équipés. On ne leur demandait souvent que des munitions, des armes, des cordages et des hommes. Tite-Live dit au livre XLII, 31, que l'équipage d'un vaisseau était composé de deux tiers de Romains et d'un tiers d'alliés (*socii navales*); mais on ne peut inférer d'un seul passage que cette pratique ait toujours été observée.

59 *Per speciem reconciliatæ societatis*, « sous couleur de renouer des relations avec eux. »

60 *Opportuna*, pour *propensa*, *proclivis*, ou *apta*, *parata*.

61 *Incondita*, « encore déréglée, désordonnée. »

62 *Regiis stipendiis pastus*, c.-à-d. *vivens ex regia pecunia tanquam ex stipendio*. L'argent du roi formait pour les soldats une sorte de haute paye qui les faisait vivre grassement.

63 *Obversaretur*, ici dans le sens de *præsto adesset*, « était à leur disposition, sous leur main. »

64 *Duces*. Epicyde et Hippocrate

65 *Ars*, « son métier » d'acteur.

66 *Nihil tale*, « rien de ce qu touche aux arts. »

67 *Potiorem*, « supérieure » à la fidélité qu'il devait à Andranodore.

68 *Rem haud vanam*, c'est-à-dire *veram*, *vere delatam*.

consultis senioribus, et auctoritate eorum præsidio ad fores posito, ingressos curiam Themistum ac Andranodorum interfecerunt : et quum tumultus ab re[69] in speciem atrociore, causam aliis ignorantibus, ortus esset, silentio tandem facto, indicem in curiam introduxerunt. Qui quum ordine omnia edocuisset, et principium conjurationis factum ab Harmoniæ Gelonis filiæ nuptiis, quibus Themisto juncta esset; Afrorum Hispanorumque auxiliares instructos ad cædem prætorum principumque aliorum; bonaque eorum prædæ futura interfectoribus pronuntiatum; jam mercenariorum manum assuetam imperiis Andranodori paratam fuisse ad insulam rursus occupandam; singula deinde, quæ per quosque agerentur, totamque viris armisque instructam conjurationem ante oculos possuisset : senatui quidem tam jure cæsi, quam Hieronymus, videbantur[70].

Ante curiam variæ atque incertæ rerum multitudinis clamor erat. Quam ferociter minitantem in vestibulo curiæ, corpora[71] conjuratorum eo metu compresserunt, ut silentes integram plebem[72] in concionem sequerentur. Sopatro mandatum ab senatu et ab collegis, ut verba faceret. Is tanquam reos ageret[73], ab anteacta vita orsus[74], quæcunque post Hieronis mortem sceleste atque impie facta essent, Andranodorum ac Themistum arguit fecisse. « Quid enim sua sponte fecisse Hieronymum puerum ac vixdum pubescentem facere potuisse? Tutores ac magistros ejus sub aliena invidia[75] regnasse : itaque aut ante Hieronymum, aut certe cum Hieronymo, perire eos debuisse. At illos debitos jam morti destinatosque[76], alia nova scelera post mortem tyranni molitos : palam primo[77], quum clausis Andranadorus insulæ portir hereditatem regni creverit[78],

69 *Ab re*, comme s'il y avait *ob rem*.

70 *Senatui videbantur cæsi*, « leur mort parut aux sénateurs... » Le sénat tout entier approuva la mesure qui avait été prise par les anciens du conseil. (Voy. plus haut.)

71 *Corpora*, sous-entendu *objecta, exposita*.

72 *Integram plebem*, « la foule honnête, la partie saine du peuple ;» celle qui n'avait pas été travaillée par les agitateurs.

73 *Tanquam reos ageret*, « comme s'il traduisait des accusés devant la justice. »

74 *Ab anteacta vita orsus*, « tirant son exorde de leur conduite antérieure. » (Voy. plus haut, note 36.)

75 *Sub aliena invidia*, « en faisant retomber l'odieux sur autrui, » sur Hiéronyme.

76 *Debitos jam morti destinatosque*, « que leurs actes désignaient justement à la mort. » *Debitos morti* comme *mortem meritos ; destinatos*, comme *destinandos, ut qui semet destinassent*.

77 *Palam primo*, « d'abord en agissant ouvertement, le front levé.»

78 *Cum hereditatem regni creverit*, m. à m. « quand il avait fait acte d'héritier du trône. » L'acte par lequel on acceptait un héritage s'appe-

quæque procurator[79] tenuerat pro domino possederit[80]; proditus deinde[81] ab iis[82] qui in insula erant, circumsessus ab universa civitate, quæ Achradinam tenuerit, nequidquam palam atque aperte petitum regnum, clam et dolo affectare conatus sit : et ne beneficio quidem atque honore potuerit vinci, quum inter liberatores patriæ insidiator ipse libertatis creatus esset prætor. Sed animos eis regios conjuges regias fecisse, alteri Hieronis, alteri Gelonis filias nuptas. » Sub hanc vocem[83] ex omnibus partibus concionis clamor oritur, nullam earum vivere debere, nec quemquam superesse tyrannorum stirpis. Hæc natura multitudinis est : aut servit humiliter, aut superbe dominatur : libertatem, quæ media est, nec spernere modice[84], nec habere sciunt : et non ferme desunt irarum indulgentes ministri[85], qui avidos atque intemperantes suppliciorum animos, ad sanguinem et cædes irritent. Sicut tum extemplo[86] prætores rogationem[87] promulgarunt : acceptaque pæne prius quam promulgata est, ut omnis regia stirps interficeretur ; missique a prætoribus Demaratam Hieronis, et Harmoniam Gelonis filias, conjuges Andranodori et Themisti, interfecerunt. (Tit. Liv., lib. xxiv, cap. 21, 23, 25.)

lait *hereditatis cretio ;* l'héritier prononçait, en présence de témoins, cette formule : *hereditatem cerno,* après quoi il était dit *hereditatem adiisse.* La *cretio* était le temps de réflexion que la loi laissait à l'héritier institué pour prendre connaissance de la succession, pour agir avec *discernement. Cernere,* comme *discernere.*

79 *Procurator,* « à titre d'administrateur. »

80 *Pro domino possederit,* il s'en était mis en possession à titre de maître, de propriétaire.

81 *Deinde* répond à *primo* qui précède. Cette phrase présente une légère anacoluthe.

82 *His.* Les jeunes gens qui avaient fait défection. (Voy. plus haut, notes 13 et 27.)

83 *Sub hanc vocem,* « à la suite de ce discours » de Sopater.

84 *Nec spernere modice,* etc., « la liberté qui est entre les deux, (entre la basse servilité et la tyrannie violente) ils ne savent ni s'en passer ni s'en prévaloir à demi. » *Spernere aliquid,* être indifférent à quelque chose, dans Tacite.

85 *Irarum,* etc. Construisez : *ministri irarum indulgentes. Indulgentes* dans le sens d'*obsequiosi.*

86 *Sicut tum extemplo,* etc., pour *sicut et tum factum est : nam extemplo...*

87 *Rogationem,* « un arrêt. » Le sens premier de *rogatio* (terme légal) est « projet de loi. » Toute loi proposée devait être publiée pendant trois jours de marché, pour que le peuple pût être appelé à en prendre connaissance. Par extension toute espèce de décret est dite *rogatio.*

88.—MORT D'HÉRACLÉA ET DE SES FILLES.

La mort d'Andranodore et de Thémistus, suivie de celle de leurs femmes Démarata et Harmonia, entraîna encore l'exécution d'Héracléa, épouse de Zoïppus et tante du malheureux Hiéronyme. Cette princesse fut condamnée à périr avec ses filles, quoiqu'elle fût la moins compromise de toute la famille d'Hiéron. Sa mort eut lieu immédiatement après les événements qui ont fait le sujet des deux récits précédents, savoir l'an 215 av. J.-C.

Heraclea[1] erat filia Hieronis, uxor Zoippi, qui legatus ab Hieronymo ad regem Ptolemæum[2] missus, voluntarium consciverat exsilium[3]. Ea quum ad se quoque venire[4] præscisset, in sacrarium ad penates[5] confugit, cum duabus filiabus virginibus, resolutis[6] crinibus, miserabilique alio habitu : et ad ea[7] addidit preces : « Nunc[8] per memoriam Hieronis patris Gelonisque fratris, ne se innoxiam invidia Hieronymi conflagrare[9] sinerent. Nihil se ex regno illius, præter exsilium viri habere : neque fortunam suam eamdem vivo Hieronymo fuisse quam sororis[10], neque interfecto eo causam eamdem esse. Quid quod[11] si Andranodoro consilia processissent[12], illa cum viro fuerit regnatura : sibi cum ceteris serviendum. Si quis Zoippo nuntiet, interfectum Hieronymum ac liberatas Syracusas ; cui dubium esse, quin extemplo conscensurus sit navim, atque in patriam rediturus ? Quantum spes hominum falli[13] ! In liberata patria

88.—1 *Heraclea*. Voy. la narration *Avénement. règne et mort d'Hiéronyme,* page 269, note 4.

2 *Ptolæmeum,* « Ptolémée IV, » surnommé *Philopator*.

3 *Voluntarium consciverat exsilium,* sous-entendu *sibi*, « s'était résigné à un exil volontaire. » *Consciscere* dans le sens de *constituere*.

4 *Ad se venire,* sous-entendu *missos a prætore ;* peut-être vaudrait-il mieux lire *veniri*.

5 *In sacrarium ad Penates,* « dans le sanctuaire de ses Pénates privés, » des dieux protecteurs de sa maison. Les Pénates étaient adorés dans la partie la plus retirée de la maison. Ils y avaient un autel. (Cf. Virgile, *Enéide*, II, 512 et suiv.)

6 *Resolutis*, comme *passis*. Voy. la narration du *Combat des Romains et des Sabins*, page 49, note 18.

7 *Ad ea,* « à ces signes extérieurs de deuil. »

8 *Nunc*, qui, contre l'usage, n'est pas suivi d'un autre *nunc,* a embarrassé les interprètes. Quelques-uns, faute de pouvoir en rendre compte, l'ont expliqué par une anacoluthe ; d'autres ont été d'avis de le supprimer. Mais *nunc* n'appartient pas au discours d'Héracléa ; c'est une forme de narration qui appartient à l'historien. Il équivaut à *primo rogans*, et répond à *tum omissis pro se precibus,* qui est plus loin.

9 *Conflagrare invidia Hieronymi,* « être enveloppée dans le malheur d'Hiéronyme, » être en butte à la même haine.

10 *Neque fortunam.* etc., « elle n'avait pas eu la même situation que sa sœur; elle ne devait pas être mise en cause avec elle. »

11 *Quid quod* répond ici à notre *eh !* exclamatif.

12 *Processissent,* « avaient réussi. »

13 *Falli*. Nous avons rétabli dans le texte *falli* au lieu de *fallit,* que portent certaines éditions. Tout, dans cette plainte d'Heraclee, est énoncé sous forme indirecte, et le brusque

conjugem ejus ac liberos de vita dimicare; quid obstantes[14] libertati, aut legibus? Quod ab se cuiquam periculum[15], a sola ac prope vidua, et puellis in orbitate degentibus esse? At enim periculi quidem nihil ab se timeri : invisam tamen regiam stirpem esse. Ablegarent ergo procul Syracusis Siciliaque, et asportari Alexandriam juberent, ad virum uxorem, ad patrem filias. »

Aversis auribus animisque[16], casse[17] ne tempus tereretur (ferrum enim quosdam expedientes cernebat), tum[18], omissis pro se precibus, puellis ut saltem parcerent, orare institit[19], a qua ætate etiam hostes iratos abstinere[20], ne tyrannos ulciscendo, quæ odissent scelera, ipsi imitarentur. Inter hæc abstractam a penetralibus[21] jugulant : in virgines deinde, respersas matris cruore, impetum faciunt. Quæ alienata mente[22] simul luctu metuque, velut captæ furore, eo cursu se ex sacrario proripuerunt, ut si effugium patuisset in publicum, impleturæ urbem tumultu fuerint. Tum quoque haud magno ædium spatio, inter medios tot armatos, aliquoties[23] integro corpore[24] evaserunt; tenentibusque, quum tot ac tam validæ eluctandæ[25] manus essent, sese eripuerunt : tandem vulneribus confectæ, quum omnia replessent sanguine, exanimes corruerunt. Cædemque per se miserabilem miserabiliorem casus fecit : quod paulo post nuntius venit, mutatis repente ad misericordiam animis, ne interficerentur. Ira deinde ex misericordia orta, quod adeo festinatum ad supplicium, neque locus pœnitendi, aut regressus ab ira[26] relictus esset. Itaque fremere

passage de la forme indirecte à la forme directe, si on lisait *fallit*, serait vicieux.

14 *Quid obstantes*, pour *licet nihil obstantes;* l'interrogation pour la négation, comme plus pathétique.

15 *Quod ab se cuiquam periculum,* « qu'est-ce qu'on peut avoir à craindre d'elle ?... »

16 *Aversis auribus animisque* ne se rapporte pas à *cernebat,* mais à *quosdam expedientes ferrum,* « cependant les meurtriers fermaient leurs oreilles et leurs cœurs à ses plaintes; quelques-uns même, pour ne pas perdre de temps, préparaient le fer; elle les voyait... Cette construction est plus oratoire que régulière.

17 *Casse,* pour *incassum, frustra.*

18 *Tum.* Voy. plus haut note 8.

19 *Institit orare,* « elle se mit à prier avec instance. »

20 *A qua ætate*, etc., phrase d'un désordre éloquent. Les premiers mots ne se rapportent grammaticalement à rien ; il faudrait régulièrement : *cum hac ætate etiam hostes irati abstineant.*

21 *A penetralibus,* « du fond de sa demeure. » (Voy. plus haut, note 5), ou « du sein de ses Pénates,» car *penetralia* veut dire aussi les Pénates eux-mêmes.

22 *Alienata mente,* « l'esprit égaré. »

23 *Aliquoties*, comme *aliquantisper.*

24 *Integro corpore,* « sans blessure. »

25 *Eluctandæ.* Forme poét. pour *cum ex manibus eluctandum esset.*

26 *Regressus ab ira* « la faculté

multitudo, et in locum Andranodori ac Themisti (nam ambo prætores fuerant), comitia poscere; quæ nequaquam ex sententia prætorum futura essent[27]. (TIT. LIV., lib. XXIV, cap. 26.)

89.—MEURTRE DE CLODIUS.

Cet admirable récit, le modèle de la narration oratoire, est le morceau capital de la *Milonienne*, tant par l'adresse avec laquelle le fait du meurtre de Clodius est présenté, que par la beauté et la vivacité du style. Publius Clodius, dont il est question ici, était de l'illustre famille Claudia. Il divorça avec son ordre et se fit plébéien pour briguer le tribunat. Promu à cette dignité, l'an 694 de Rome, 59 av. J.-C., il fit rendre une foule de lois populaires, persécuta les citoyens les plus estimés, et entre autres Cicéron, dont il demanda l'exil à grands cris. Il fut tué par les esclaves de Milon, l'an 701 de Rome, 52 av. J.-C., à la suite d'une querelle qu'il eut avec Milon, et qu'il paraît avoir lui-même provoquée.

P. Clodius quum statuisset omni scelere in prætura vexare rempublicam, videretque ita tracta esse comitia[1] anno superiore, ut non multos menses præturam gerere posset; qui[2] non honoris gradum spectaret[3], ut ceteri, sed et L. Paulum collegam effugere vellet, singulari virtute civem, et annum integrum[4] ad dilacerandam rempublicam quæreret : subito reliquit annum suum[5], seseque in annum proximum transtulit, non, ut fit, religione aliqua[6], sed ut haberet, quod ipse dicebat, ad præturam gerendam, hoc est, ad evertendam rempublicam, plenum annum atque integrum.

de revenir d'une résolution dictée par la colère. »

27 *Quæ nequaquam*, etc., « qui n'auraient certainement pas eu lieu de l'aveu, sur la motion des chefs de l'Etat. »

89.—1 *Ita tracta esse comitia*, « que les comices de l'année précédente avaient été traînés en longueur au point que... » Les comices consulaires (l'an 50 av. J.-C.), avaient été retardés par les brigues violentes des différents compétiteurs, si bien que Domitius Calvinus et Valérius Messala, consuls nommés, ne purent exercer leur charge que pendant sept mois. Il paraît que l'élection des préteurs avait souffert le même retard.

2 *Qui non honoris*, etc. *Qui*, pour *ut qui*, « et homme qui... »

3 *Non honoris gradum spectaret*, « ne regardait pas la préture comme un échelon, » pour parvenir plus haut.

4 *Annum integrum*, « une année pleine. »

5 *Annum suum reliquit*, « il abandonna sa candidature; » m. à m. « son année, » une année où il pouvait légalement se porter candidat. Il fallait avoir 39 ans pour être élu préteur.

6 *Religione aliqua*, « par quelque scrupule religieux. » Cicéron fait probablement allusion aux augures défavorables qui pouvaient empêcher un magistrat de prendre possession d'une charge.

Occurrebat, mancam ac debilem præturam suam futuram consule Milone : eum porro summo consensu populi romani consulem fieri videbat. Contulit se ad ejus competitores[7]; sed ita, totam ut petitionem[8] ipse solus, etiam invitis illis, gubernaret; tota ut comitia suis, ut dictitabat, humeris sustineret[9]. Convocabat tribus : se interponebat[10] : Collinam novam[11] delectu perditissimorum civium conscribebat. Quanto ille[12] plura miscebat, tanto hic[13] magis in dies convalescebat[14]. Ubi vidit homo ad omne facinus paratissimus fortissimum virum, inimicissimum suum, certissimum consulem[15], idque intellexit non solum sermonibus, sed etiam suffragiis[16] populi romani sæpe esse declaratum, palam agere cœpit et aperte dicere occidendum Milonem.

Servos agrestes et barbaros, quibus silvas publicas[17] depopulatus erat Etruriamque vexarat, ex Apennino deduxerat, quos videbatis. Res erat minime obscura. Etenim palam dictitabat consulatum Miloni eripi non posse, vitam posse. Significavit hoc sæpe in senatu : dixit in concione; quinetiam Favonio[18], fortissimo viro, quærenti ex eo qua spe fureret Milone vivo, respondit, triduo illum, aut summum quatriduo, periturum : quam vocem ejus ad hunc M. Catonem[19] statim Favonius detulit.

Interim quum sciret Clodius (neque enim erat difficile scire) iter solenne[20], legitimum[21], necessarium ante diem XIII Kalendas Febr. Miloni esse Lanuvium ad flaminem

7 *Contulit se ad ejus competitores,* « il se mit à cabaler pour les compétiteurs de Milon. » Ces compétiteurs étaient Plotius Hypsæus et Q. Metellus Scipio, beau-père de Pompée.

8 *Petitionem gubernaret,* « il dirigeait la brigue, » la demande du consulat.

9 *Humeris sustineret comitia,* « il portait sur ses épaules le poids des comices. » Allusion à Atlas, qui, selon les traditions mythologiques, porta le ciel.

10 *Se interponebat.* « il s'interposait, » il faisait l'office d'entremetteur, de courtier d'élections.

11 *Collinam.* La tribu Collina était une des quatre tribus urbaines qui dataient de Servius Tullius. Clodius avait fait une nouvelle tribu Colline dans l'ancienne, par l'enrôlement d'une foule d'hommes tarés.

12 *Ille.* Clodius.

13 *Hic.* Milon.

14 *Convalescebat,* « prenait de la force, » gagnait du crédit, acquérait des chances.

15 *Certissimum consulem,* se rapporte à *vidit.*

16 *Suffragiis.* Milon avait été déjà plusieurs fois nommé au scrutin ; mais l'assemblée des comices avait été rompue ou ajournée.

17 *Silvas publicas,* « les bois de l'Etat » qui étaient affermés au profit du public, mais où Clodius exerçait des malversations.

18 *Favonio.* Ce Favonius était intime ami de Caton.

19 *Hunc M. Catonem. Hunc* répond à un geste. Caton était présent

20 *Solenne iter,* « un voyage régulier, » qui revenait à époque fixe.

21 *Legitimum,* « légal, » autorisé par une loi ; ce qui est expliqué par ce qui suit.

prodendum[22], quod erat dictator[23] Lanuvii Milo, Roma subito ipse profectus pridie est, ut ante suum fundum[24] (quod re[25] intellectum est) Miloni insidias collocaret. Atque ita profectus est, ut concionem turbulentam, in qua ejus furor desideratus[26] est, quæ illo ipso die habita est, relinqueret; quam, nisi obire facinoris locum tempusque voluisset, nunquam reliquisset.

Milo autem, quum in senatu fuisset eo die, quoad senatus dimissus est[27], domum venit : calceos et vestimenta mutavit : paulisper, dum se uxor, ut fit[28], comparat, commoratus est : deinde profectus est id temporis, quum jam Clodius, siquidem eo die Romam venturus erat[29], redire potuisset. Obviam fit ei Clodius expeditus[30], in equo, nulla rheda, nullis impedimentis, nullis Græcis comitibus, ut solebat; sine uxore[31], quod nunquam fere : quum hic insidiator[32], qui iter illud ad cædem faciendam apparasset[33], cum uxore veheretur in rheda, penulatus[34], magno et impedito, et muliebri ac delicato ancillarum puerorumque comitatu[35].

Fit obviam Clodio ante fundum ejus, hora fere undecima[36], aut non multo secus. Statim complures cum telis

22 *Prodendum*, pour *constituendum*.

23 *Dictator Lanuvii*, « Lanuvium » aujourd'hui *Civita Indovina*, était une ville du Latium, sur la voie Appienne. Ses habitants avaient reçu le droit de cité, mais ils gardaient en même temps leurs propres coutumes. Le Dictateur était leur premier magistrat.

24 *Ante suum fundum*, « devant sa terre. » Cette terre était située auprès d'Albe.

25 *Re*, c.-à-d. *eventu*.

26 *In quo ejus furor*, etc., où sa violence se fit regretter, c.-à-d. où les choses se passèrent d'une manière plus calme que s'il eût été présent.

27 *Quoad senatus dimissus est*, « jusqu'à la fin de la séance. »

28 *Ut fit*, « comme d'usage, » comme c'est la coutume des dames. Ces deux petits mots sont bien jolis et bien adroits; ils laissent supposer qu'il s'écoula un temps assez long entre le retour de Milon et son départ pour Lanuvium. Ce délai, bien établi, exclut toute idée de précipitation et de préméditation.

29 *Si quidem*, etc., « s'il avait eu, en effet, l'intention de revenir à Rome. »

30 *Expeditus*, « dans un équipage leste et dégagé. »

31 *Sine uxore*. L'épouse de Clodius était cette fameuse Fulvie, qui, depuis, remariée à Antoine, perça avec une aiguille la langue de Cicéron.

32 *Quum hic insidiator*. Forme ironique.

33 *Qui... apparasset...*, « sans doute en homme qui aurait entrepris... »

34 *Penulatus*. La *penula* était une sorte de manteau court et étroit; il se mettait ordinairement sur la tunique, avec un capuchon, et l'on s'en servait dans les voyages et à l'armée.

35 *Magno et impedito*, etc. Admirable phrase d'un tour et d'un nombre bien ingénieusement adapté à l'impression que veut produire le narrateur.

36 *Hora fere undecima*, « à peu pres à la onzième heure du jour, » c.-à-d. à cinq heures du soir environ

in hunc[37] faciunt de loco superiore impetum. Adversi rhedarium occidunt. Quum autem hic de rheda, rejecta penula, desiluisset, seque acri animo defenderet, illi qui erant cum Clodio, gladiis eductis, partim recurrere ad rhedam[38], ut a tergo Milonem adorirentur; partim, quod hunc jam interfectum putarent, cædere incipiunt ejus servos, qui post erant[39] : ex quibus qui animo fideli in dominum et præsenti fuerunt, partim occisi sunt, partim, quum ad rhedam[40] pugnari viderent, et domino succurrere prohiberentur, Milonem occisum et ex ipso Clodio audirent, et re vera putârent, fecerunt id servi Milonis (dicam enim non derivandi criminis causa, sed ut factum est[41]), neque imperante, neque sciente, neque præsente domino, quod suos quisque servos in tali re facere voluisset. (Cic., *pro Milone*, c. 9, 10.)

90.—MEURTRE DE CLITUS.

Clitus, général macédonien, frère d'Hellanice, nourrice d'Alexandre, avait sauvé la vie de ce prince au passage du Granique. Alexandre le tenait au rang de ses meilleurs amis. Mais l'amitié, l'estime, la gratitude ne purent mettre Clitus à couvert d'un accès de colère où l'intempérance jeta le conquérant. Clitus l'avait provoqué, il est vrai, mais Alexandre n'aurait jamais dû oublier ce qu'il devait à la reconnaissance et ce qu'il devait à sa propre gloire. Le meurtre de Clitus est une tache éternelle dans la vie de ce grand homme, et les larmes qu'il versa sur son crime ne l'ont pas effacée (326 av. J.-C.).

Alexander provinciam Artabazi destinavit Clito. Hic erat qui apud Granicum amnem nudo capite regem dimicantem clypeo suo texit, et Rhœsacis manum capiti regis imminentem gladio amputavit : vetus Philippi miles, multisque bellicis operibus clarus. Hellanice, quæ Alexandrum educaverat, soror ejus, haud secus quam mater a rege diligebatur. Ob has causas validissimam imperii partem[1] fidei ejus tutelæque commisit. Jamque iter parare in posterum jussus, solenni et tempestivo[2] adhibetur convivio; in quo rex, quum multo incaluisset mero, immodicus

37 *Hunc.* Milon.

38 *Recurrere ad rhedam*, c.-à-d. *rhedam retro petere.*

39 *Qui post erant*, « qui venaient par derrière. »

40 *Ad rhedam*, « à la tête du char, e avant. »

41 *Sed ut factum est*, « mais parce que cela a eu lieu ainsi.

90.—1 *Validissimam imperii partem*, la Bactriane et la Sogdiane.

2 *Tempestivo*, « qui commençait de bonne heure, » *de die*, comme tous les festins somptueux.

æstimator sui, celebrare quæ gesserat cœpit, gravis etiam eorum auribus[3] qui sentiebant[4] vera memorari. Silentium tamen habuere seniores, donec, Philippi res orsus obterere, nobilem apud Chæroneam[5] victoriam sui operis fuisse jactavit, ademptamque sibi malignitate et invidia patris tantæ rei gloriam : illum quidem, seditione inter Macedones milites et Græcos mercenarios orta, debilitatum vulnere, quod in ea consternatione[6] acceperat, jacuisse, non alias[7] quam simulatione mortis tutiorem ; se corpus ejus protexisse clypeo suo, ruentesque in illum sua manu occisos ; quæ patrem nunquam æquo animo esse confessum, invitum filio debentem salutem suam : itaque post expeditionem quam sine eo fecisset ipse[8], in Illyrios, victorem scripsisse se patri fusos fugatosque hostes[9] ; nec adfuisse unquam Philippum : laude dignos esse, non qui Samothracum initia[10] viserent, quum Asiam uri vastarique oporteret, sed eos qui magnitudine rerum fidem antecessissent. Hæc et his similia læti audiere juvenes ; ingrata senioribus erant, maxime propter Philippum, sub quo diutius vixerant.

Tum Clitus, ne ipse quidem satis sobrius, ad eos qui infra ipsum cubabant[11] conversus, Euripidis retulit carmen[12], ita ut sonus magis quam sermo exaudiri posset a

[3] *Gravis auribus*, « fatigant à entendre. »

[4] *Qui sentiebant*, « qui reconnaissaient tout bas. »

[5] *Chæroneam*. La bataille de Chéronée avait été gagnée par Philippe sur les forces combinées d'Athènes et de Thèbes, l'an 338 av. J.-C. Dans cette journée, Alexandre, jeune encore, avait enfoncé le *bataillon sacré* des Thébains.

[6] *In consternatione*, « dans l'émeute. »

[7] *Non alias*, pour *non alio modo*.

[8] *Ipse*, Alexandre.

[9] *Scripsisse se patri fusos*, etc. Cette phrase, avec la virgule que certaines éditions mettent après *patri*, ne présente pas un sens très-net ; on ne saisit guère ainsi l'opposition qu'il y a entre le premier membre de phrase, *victorem scripsisse se patri*, et le second, *nec adfuisse unquam Philippum*. Il vaut mieux, ce semble, supprimer la virgule, et lire *patri fusos fugatosque* (*fusos fugatosque a patre*), comme *nulli victus* qu'on trouve dans Silius. « Il avait écrit que l'ennemi avait été battu et mis en fuite par son père, tandis que Philippe n'avait pris aucune part à cette action. »

[10] *Samothracum initia*. « L'île de Samothrace, » dans la mer Égée, sur les côtes de Thrace, etait célèbre par le culte mystérieux qu'on y rendait aux Cabires, et qui semble avoir été un reste des religions pélasgiques. Les mystères de Samothrace avaient été renouvelés et perfectionnés par Jasion, fils de Jupiter et d'Electre. Philippe et Olympias s'y étaient fait initier. *Visere mysteria* (ἐποπτεύειν μυστήρια), être admis à la contemplation des mystères était le plus haut degré de l'initiation

[11] *Infra cubabant*, pour *discumbebant in imo lecto*. (Voy. la *narration du Procès de Pison*, page 224, note 40.)

[12] *Euripidis carmen*. C'est le morceau d'*Andromaque* (v. 693) qui commence ainsi : Οἴμοι καθ' Ἑλλάδ' ὡς κακῶς νομίζεται

rege : quo significabatur, male instituisse Græcos quod tropæis regum duntaxat nomina inscriberentur, alieno sanguine partam gloriam intercipi[13]. Itaque rex, quum suspicaretur malignius habitum esse sermonem, percontari proximos cœpit quid ex Clito audissent; et, illis ad silentium obstinatis, Clitus paulatim majore voce Philippi acta bellaque in Græcia commemorat, omnia præsentibus præferens. Hinc inter juniores senesque orta contentio est : et rex, velut patienter audiret queis Clitus obterebat laudes ejus[14], ingentem iram conceperat. Ceterum, quum animo videretur imperaturus[15], si finem procaciter orto sermoni Clitus imponeret, nihil eo remittente, magis exasperabatur. Jamque Clitus etiam Parmenionem defendere audebat, et Philippi de Atheniensibus victoriam Thebarum præferebat excidio; non vino modo, sed etiam animi prava contentione provectus. Ad ultimum, « Si moriendum, inquit, est pro te, Clitus est primus[16]; at quum victoriæ arbitrium agis[17], præcipuum ferunt præmium qui procacissime patris tui memoriæ illudunt. Sogdianam regionem mihi attribuis, toties rebellem, et non modo indomitam, sed quæ ne subigi quidem possit; mittor ad feras bestias, præcipitia ingenia[18] sortitas. Sed quæ ad me pertinent transeo. Philippi milites spernis, oblitus, nisi hic Atharias senex juniores pugnam detrectantes revocasset, adhuc nos circa Halicarnassum hæsuros fuisse. Quomodo ergo Asiam etiam cum istis junioribus subjecisti? Verum est, ut opinor, quod avunculum tuum[19] in Italia dixisse constat, ipsum in viros incidisse, te in feminas. »

Nihil, ex omnibus inconsulte ac temere actis, regem magis moverat quam Parmenionis[20] cum honore mentio

13 *Intercipi,* « était dérobée, » soustraite à qui de droit.

14 *Velut patienter audiret queis,* etc., c.-à-d. *ea verba quibus,* « malgré la patience apparente avec laquelle il entendait ces paroles de dénigrement. »

15 *Quum videretur animo imperaturus,* « quoique vraisemblablement disposé à se contenir. »

16 *Si moriendum,* etc., « s'il s'agit, quand il s'agit de donner sa vie pour toi, Clitus est le premier à s'offrir. »

17 *At quum victoriæ arbitrium agis,* « mais quand tu décides des fruits de la victoire, » quand tu distribues les récompenses.

18 *Præcipitia ingenia,* « des natures âpres, » rudes, littéralement. « taillées à pic; » expression forcée.

19 *Avunculum tuum.* Alexandre le Molosse, roi d'Epire, frère d'Olympias. Selon Aulu-Gelle (XVIII, 22), le roi d'Epire, passant en Italie, disait qu'il marchait contre les Romains, *quasi in ἀνδρονῖτιν,* tandis que le Macédonien se jetait sur les Perses, *quasi in γυναικονῖτιν.*

20 *Parmenionis,* « Parménion, » gouverneur de la Médie, avait été mis à mort, trois ans auparavant, avec son fils Philotas.

illata. Dolorem tamen rex pressit, contentus jussisse ut convivio excederet; nec quidquam aliud adjecit[21], quam forsitan eum, si diutius locutus foret, exprobraturum sibi fuisse vitam a semetipso datam[22]; hoc enim superbe sæpe jactasse[23]. Atque illum cunctantem adhuc surgere, qui proximi ei cubuerant, injectis manibus, jurgantes monentesque conabantur abducere. Clitus, quum abstraheretur, ad pristinam violentiam ira quoque adjecta, suo pectore tergum[24] illius esse defensum; nunc, postquam tanti meriti præteriit tempus, etiam memoriam invisam esse, proclamat. Attali[25] quoque cædem objiciebat; et ad ultimum, Jovis, quem patrem sibi Alexander assereret, oraculum eludens, veriora se regi quam patrem ejus[26] respondisse dicebat. Jam tantum iræ conceperat rex, quantum vix sobrius[27] ferre potuisset : enim vero, olim[28] mero sensibus victis, ex lecto[29] repente prosiluit. Attoniti amici, ne positis quidem, sed abjectis poculis, consurgunt, in eventum rei quam tanto impetu acturus esset, intenti. Alexander, rapta lancea ex manibus armigeri[30], Clitum, adhuc eadem linguæ intemperantia furentem, percutere conatus, a Ptolemæo et Perdicca inhibetur. Medium complexi et obluctari perseverantem morabantur : Lysimachus et Leonnatus etiam lanceam abstulerant. Ille, militum fidem implorans, comprehendi se a proximis amicorum, quod Dario nuper accidisset, exclamat; signumque tuba dari, ut ad regiam armati coirent, jubet. Tum vero Ptolemæus et Perdiccas, genibus advoluti, orant ne in tam præcipiti ira perseveret, spatiumque potius animo det[31], omnia postero

21 *Adjecit*, sous-entendu *Alexander*.

22 *Quam forsitan eum*, etc., « qu'il (Clitus) allait peut-être lui reprocher la vie dont Alexandre lui était redevable. » *Exprobraturum sibi* (*Alexandro*) *vitam datam a semetipso* (*Clito*), amphibologie vicieuse : Clitus avait sauvé la vie à Alexandre au passage du Granique.

23 *Jactasse*, sous-entendu *eum*.

24 *Tergum*. Expression outrageante qui donnait à penser qu'Alexandre tournait le dos lorsque Clitus lui avait fait un bouclier de son corps : ce qui n'était pas vrai.

25 *Attali*, « Attale » était allié de Philippe par Cléopâtre, dont il etait l'oncle. Envoyé par ce prince en Asie avec Parménion, pour commencer les hostilités contre les Perses, il excita plus tard le mécontentement d'Alexandre, qui le fit tuer. (Voy. Diod. XVII, 2, 5.)

26 *Quam patrem ejus*, « que son père (prétendu). »

27 *Quantum vix sobrius*, etc. Construisez : *quantum sobrius ferre vix potuisset*.

28 *Olim*, « d'avance, » ou, « depuis longtemps. »

29 *Ex lecto*, sous-ent. *convivali*.

30 *Armigeri*, « d'un écuyer, » sans doute un officier *de service* dans la salle du banquet.

31 *Spatium animo det*, qu'il se donnât le temps de se calmer. C'est ainsi que La Fontaine a dit (VIII, 20)

die justius exsecuturum. Sed clausæ erant aures, obstrepente ira : itaque, impotens animi, percurrit[32] in regiæ vestibulum; et vigili excubanti hasta ablata, constitit in aditu, quo necesse erat iis qui simul cœnaverant egredi. Abierant ceteri; Clitus ultimus sine lumine exibat : quem rex, quisnam esset, interrogat; eminebat[33], etiam in voce, sceleris quod parabat atrocitas : et ille, jam non suæ sed regis iræ memor[34], Clitum esse, et de convivio exire respondit. Hæc dicentis latus hasta transfixit, morientisque sanguine adspersus : « I nunc, inquit, ad Philippum, et Parmenionem, et Attalum. »

Male humanis ingeniis natura consuluit[35], quod plerumque non futura, sed transacta[36] perpendimus. Quippe rex, postquam ira mente decesserat, etiam ebrietate discussa, magnitudinem facinoris sera æstimatione perspexit. Videbat tunc immodica libertate abusum, sed alioquin egregium bello virum, et, nisi erubesceret fateri[37], servatorem sui, occisum. Detestabile carnificis ministerium occupaverat rex[38], verborum licentiam, quæ vino poterat imputari, nefanda cæde ultus. Manabat toto vestibulo cruor[39] paulo ante convivæ; vigiles, attoniti et stupentibus similes, procul stabant; liberioremque pœnitentiam solitudo excipiebat[40]. Ergo hastam, ex corpore jacentis evulsam, retorsit in semet; jamque admoverat pectori, quum advolant vigiles, et repugnanti e manibus extorquent, allevatumque in

—Laissez entre la colère—Et l'orage qui la suit—L'intervalle d'une nuit.

32 *Percurrit*, pour *currit amens*. La préposition *per*, jointe au verbe, ajoute au sens de *currit* l'idée d'égarement; mais peut-être vaudrait-il mieux lire *præcurrit*.

33 *Eminebat*, « perçait, se trahissait. »

34 *Jam non suæ*, etc. Clitus, en disant qu'il sortait de la salle du festin, témoignait, en effet, qu'il était revenu à lui. On se souvient qu'Alexandre lui avait ordonné de quitter la table (*convivio excederet*).

35 *Male humanis*, etc., m. à m. : la nature a mal pourvu à la faiblesse de nos esprits; « c'est une des grandes misères de la nature humaine. »

36 *Transacta*. Tacite a dit dans le même sens : *A Cæsare, perfecto demum scelere, magnitudo ejus intellecta est*.

37 *Nisi erubesceret fateri*, « ne dût-il l'avouer qu'en rougissant, » malgré la honte qu'il éprouvait à l'avouer.

38 *Rex*, « tout roi qu'il était, » lui, le roi. Ce *rex*, ainsi placé, est d'une grande beauté.

39 *Manabat*, etc. C'est dans des situations de ce genre que le procédé de l'amplification est merveilleusement à sa place. Dans cet admirable tableau chaque détail est frappant; chaque coup de pinceau est un trait de nature : tout est vrai, tout est terrible, tout est tragique.

40 *Liberioremque pœnitentiam* etc., m. à m. « et la solitude admettait, favorisait un plus libre repentir. » Au lieu d'*excipiebat*, d'autres éditions portent *excitabat*, que nous avons rejeté avec Snakenburg. « La solitude qui pousse au repentir » forme un sens moins naturel et moins beau que « la solitude qui prête au repentir, » qui laisse au repentir un plus libre champ.

tabernaculum[41] deferunt. Ille humi prostraverat corpus, gemitu ejulatuque miserabili tota personante regia; laniare deinde os unguibus, et circumstantes rogare ne se tanto dedecori superstitem esse paterentur : in has preces tota nox exacta est. Scrutantemque num ira deorum ad tantum nefas actus esset, subit[42] anniversarium sacrificium[43] Libero Patri non esse redditum statuto tempore : itaque inter vinum et epulas cæde commissa, iram dei fuisse manifestam. Ceterum magis eo movebatur, quod omnium amicorum animos videbat attonitos; neminem cum ipso sociare sermonem postea ausurum; vivendum esse in solitudine velut feræ bestiæ, terrenti alias, alias timenti. Prima deinde luce tabernaculo corpus, sicut adhuc cruentum erat, jussit inferri; quo posito ante ipsum, lacrymis obortis, « Hanc, inquit, nutrici meæ gratiam retuli, cujus duo filii apud Miletum pro mea gloria occubuere mortem ! hic frater, unicum orbitatis solatium, a me inter epulas occisus est ! Quo nunc se conferet misera ? Omnibus ejus[44] unus supersum, quem solum æquis oculis videre non poterit. Et ego, servatorum meorum[45] latro[46], revertar in patriam, ut ne dextram quidem nutrici, sine memoria calamitatis ejus offerre possim ? » Et quum finis lacrymis querelisque non fieret, jussu amicorum corpus ablatum est. Rex triduum jacuit inclusus : quem ut armigeri corporisque custodes ad moriendum obstinatum esse cognoverunt, universi in tabernaculum irrumpunt, diuque precibus eorum reluctatum ægre vicerunt ut cibum caperet; quoque minus cædis puderet, jure interfectum[47] Clitum Macedones decernunt, sepultura quoque prohibituri, ni rex humari jussisset. (QUINT. CURT., lib. VIII, cap. 1,2.)

41 *In tabernaculum.* On s'étonne de voir qu'Alexandre est rapporté dans sa tente : le meurtre de Clitus a lieu dans le palais de Samarcand où Alexandre était logé.

42 *Subit*, « il lui vient à l'esprit. »

43 *Anniversarium sacrificium.* Voici à ce sujet les paroles d'Arrien (IV, 9, 2) : « La fête de *Dionysos* était solennisée par les Macédoniens, et chaque année, le jour de cette fête, Alexandre faisait un sacrifice à *Dionysos* ; mais cette année-là il avait négligé de célébrer la fête de ce dieu, et il y avait substitué un sacrifice aux *Dioscures.* »

44 *Omnibus ejus*, de tous les siens.

45 *Servatorum meorum*, pour *servatoris mei*. Hellénisme connu.

46 *Latro*, interfector. *Latro*, quasi *latero*, quia *a latere* adoritur, selon Festus. On peut aussi faire venir *latro* de *lateo*, *à latendo*, parce que les brigands attaquent les voyageurs *ex latebris*.

47 *Jure interfectum.* Il y a, à ce sujet, dans Arrien (IV, 9) un discours d'un certain Anaxarque, qui rappelle le discours du renard dans *les Animaux malades de la peste* : « On représente, disait-il, la Justice comme assise aux côtés de Jupiter, parce que

91.—MORT DE BRITANNICUS.

Britannicus était fils de l'empereur Claude et de Messaline. Il devait légitimement succéder à son père ; mais il fut privé de l'empire par les artifices d'Agrippine, seconde femme de Claude, qui mit sur le trône son fils Néron. Celui-ci, craignant que Britannicus ne fît valoir ses droits, l'empoisonna dans un repas après une feinte réconciliation, l'an 808 de Rome, 55 de J.-C. Cet événement dramatique a inspiré à Racine une de ses plus belles tragédies.

Festis Saturno diebus[1], inter alia æqualium[2] ludicra, regnum lusu sortientium[3], evenerat ea sors[4] Neroni. Igitur ceteris diversa[5], nec ruborem allatura : ubi Britannico jussit « exsurgeret, progressusque in medium cantum aliquem inciperet,» irrisum ex eo sperans pueri[6] sobrios quoque convictus, nedum temulentos, ignorantis, ille constanter[7] exorsus est carmen[8], quo, evolutum eum sede patria rebusque summis, significabatur. Unde orta miseratio manifestior, quia dissimulationem nox et lascivia exemerat[9]. Nero, intellecta invidia[10], odium intendit[11]. Urgentibusque Agrippinæ minis[12], quia nullum crimen[13], neque jubere cædem fratris palam audebat, occulta molitur ; pararique

tout ce que Jupiter décide doit être tenu pour juste. Il faut donc que tout ce que fait un grand prince soit tenu pour juste. »

91. — 1 *Festis Saturno diebus*, « pendant les fêtes de Saturne. » Les fêtes de Saturne (*Saturnalia*) étaient les plus célèbres de l'année romaine ; toutes les classes du peuple se livraient alors à la joie et aux festins ; les amis se faisaient des présents réciproques.

2 *Æqualium*, « de jeunes gens de son âge.»

3 *Regnum lusu sortientium*, « tirant au sort qui serait roi. » On procédait, sans doute, dans ce jeu comme lorsqu'il s'agissait d'élire *le roi du festin* (*regna vini :* Voy. Horace, *Odes*, liv. 1) ; on se servait de dés ou d'osselets.

4 *Ea sors*, « cette désignation par le sort. »

5 *Diversa*, sous-ent. *imperavit.*

6 *Irrisum ex eo sperans pueri*, « espérant faire rire aux dépens d'un enfant. »

7 *Constante*, comme *sine metu et hæsilatione*, *prompte*, « sans se déconcerter. »

8 *Carmen*. On croit que Britannicus déclama la tirade de l'*Andromaque* d'Ennius, citée par Cicéron (*Tusc.*, I, 9), qui commence ainsi : *O pater, o patria, o Priami domus, —Septum altisono cardine templum.*

9 *Exemerat*, « avait banni. »

10 *Intellecta invidia*, « ayant senti où le coup portait. » Nous avons vu dans la narration n° 47, page 91, note 21 : *sensit invidiam miles*.

11 *Odium intendit*, « redoubla de haine » contre Britannicus.

12 *Urgentibus Agrippinæ minis*, « poussé, d'ailleurs, par les menaces d'Agrippine. » Ceci se rapporte à ce qui est dit dans le chapitre précédent : *Præceps post hæc Agrippina ruere ad terrorem et minas...* etc. Agrippine menaçait de conduire Britannicus dans le camp, de le présenter aux légions comme le légitime héritier de l'empire. Mais laissons parler Racine, traduisant Tacite en beaux vers ;—On verra d'un côté le fils d'un empereur—Redemandant la foi jurée à sa famille,—Et de Germanicus on entendra la fille.

13 *Quia nullum crimen*, sous-ent. *Britannico inferendum erat.*

venenum jubet, ministro Pollione Julio[14], prætoriæ cohortis tribuno, cujus cura attinebatur[15] damnata veneficii nomine Locusta, multa scelerum fama. Nam, ut proximus quisque Britannico[16], neque fas[17] neque fidem pensi haberet, olim provisum erat. Primum venenum ab ipsis educatoribus accepit, transmisitque, exsoluta alvo, parum validum[18], sive temperamentum inerat[19], ne statim sæviret. Sed Nero, lenti sceleris impatiens, minitari tribuno, jubere supplicium veneficæ, quod dum rumorem respiciunt[20], dum parant defensiones, securitatem morarentur. Promittentibus dein tam præcipitem necem[21], quam si ferro urgeretur[22]; cubiculum Cæsaris juxta, decoquitur virus, cognitis[23] antea venenis rapidum.

Mos habebatur, principum liberos, cum ceteris idem ætatis nobilibus, sedentes vesci[24], in adspectu propinquorum, propria et parciore mensa. Illic epulante Britannico, quia cibos potusque ejus delectus ex ministris gustu explorabat, ne omitteretur institutum[25], aut utriusque[26] morte proderetur scelus, talis dolus repertus est. Innoxia adhuc, ac præcalida, et libata gustu potio[27] traditur Britannico :

[14] *Pollione Julio.* Ce Julius Pollio est probablement celui qui fut dans la suite préfet du prétoire sous Othon.

[15] *Cujus cura attinebatur,* « qui avait sous sa garde. » *Cura,* comme *custodia; attinebatur,* comme *retinebatur.*

[16] *Proximus quisque Britannico,* « tout ce qui touchait à Britannicus. » Tous ceux que leurs fonctions approchaient de sa personne.

[17] *Fas.* Voy. sur ce mot la narration n° 58, note 14.

[18] *Parum validum,* « peu énergique, » se rapportant à *venenum.*

[19] *Inerat,* sous-entendu *veneno.*

[20] *Quod dum rumorem,* etc., « se plaignant que pour prévenir de vaines rumeurs et se ménager une apologie ils retardaient sa sécurité; » en d'autres termes, « ils prolongeaient ses appréhensions. »

[21] *Tam præcipitem necem,* « un poison d'un effet aussi foudroyant. » Voy. la narration de la *Maladie d'Alexandre,* page 267, note 24.

[22] *Urgeretur,* comme *præcipitaretur,* sous-entendu *nex.*

[23] *Cognitis,* dans le sens d'*exploratis,* « éprouvés. » Suetone (*Ner.,* 33), rapporte qu'on fit l'essai du poison sur un bouc, qui ne périt qu'au bout de cinq heures. Le poison fut plusieurs fois remis sur le feu, puis jeté à un porc, qui expira sur-le-champ. Alors Néron jugea qu'il pouvait le donner à son frère.

[24] *Sedentes vesci,* « manger assis. » On lit dans Suétone (*Auguste,* 64; *Claude,* 33) que sous les premiers Césars les jeunes garçons et les jeunes filles nobles mangeaient assis, d'après l'ancienne mode *aux pieds de leurs parents,* c.-à-d. sur le lit appelé *imus lectus* (Voy. la narration du *Procès de Pison,* page 224, note 40). Les femmes mangeaient également assises. On regardait encore à cette époque la coutume de manger étendu sur les lits de table, en s'appuyant sur le coude comme entachée de mollesse et contraire à la décence. Mais du temps de Valère-Maxime cette distinction était déjà peu observée.

[25] *Institutum,* « cette tradition. »

[26] *Utriusque,* « de l'un et de l'autre, » de deux personnes à la fois, c'est-à-dire de l'esclave *dégustateur* et de Britannicus.

[27] *Innoxia adhuc,* etc. Nous soupçonnons ici quelque altération dans

dein, postquam fervore[28] aspernabatur, frigida in aqua affunditur venenum, quod ita cunctos ejus artus pervasit, ut vox pariter et spiritus ejus raperentur. Trepidatur a circumsedentibus; diffugiunt imprudentes[29]. At quibus altior intellectus[30], resistunt defixi, et Neronem intuentes. Ille, ut erat reclinis, et nescio similis, solitum ita ait per comitialem morbum[31], quo primum ab infantia afflictaretur Britannicus, et redituros paullatim visus sensusque. At Agrippinæ is pavor, ea consternatio mentis, quamvis vultu premeretur, emicuit[32], ut perinde ignaram fuisse, ac sororem Britannici Octaviam, constiterit : quippe sibi supremum auxilium ereptum, et parricidii exemplum intelligebat. Octavia quoque, quamvis rudibus annis[33], dolorem, caritatem, omnes affectus abscondere didicerat. Ita post breve silentium, repetita convivii lætitia.

Nox eadem necem Britannici et rogum conjunxit[34], proviso ante funebri paratu, qui modicus fuit. In campo tamen Martis sepultus est[35], adeo turbidis imbribus, ut vulgus iram deum portendi crediderit adversus facinus, cui plerique etiam hominum ignoscebant, antiquas fratrum discordias, et insociabile regnum[36] æstimantes. (TAC., *Ann.*, lib. XIII, c. 15-17.)

le texte. La phrase serait beaucoup plus nette si elle était construite ainsi : *Innoxia adhuc et libata gustu, at præcalida*... La traduction littérale des mots latins, dans l'ordre où toutes les éditions les placent, serait embarrassée et même impossible. M. Burnouf a été amené par la force du sens à traduire : « un breuvage innocent et goûté par l'esclave fut servi à Britannicus, mais la liqueur était trop chaude... »

28 *Fervore*, comme *ob fervorem*.

29 *Imprudentes*, « les moins avisés. »

30 *At quibus altior intellectus*,... etc. Nous ne pouvons mieux faire que de citer Racine :—Mais ceux qui de la Cour ont un plus long usage,—Sur les yeux de César composent leur visage. (*Britannicus*, acte V, sc. 5).

31 *Comitialem morbum*, « l'épilepsie. »

32 *Emicuit*. Peut-être vaudrait-il mieux lire *eminuit*, qui semble le mot propre ici. Tite-Live, dans la narration du *Supplice des fils de Brutus* (voy. page 64, note 34), se sert du verbe *eminere* pour exprimer une idée analogue. Mais M. Burnouf ayant admis *emicuit*, nous n'avons pas osé faire ce léger changement.

33 *Quamvis rudibus annis*, « quoique bien jeune encore, » dans l'âge de l'inexpérience.

34 *Necem Britannici et rogum conjunxit*, littéralement « réunit la mort de Britannicus et son bûcher, » c.-à-d. vit périr Britannicus et allumer son bûcher.

35 *In campo Martis sepultus*. Les cendres de Britannicus furent sans doute déposées au Champ-de-Mars dans le monument d'Auguste. *Sepultus* n'indique pas que le corps fut brûlé, mais seulement mis en dépôt, comme *conditus*.

36 *Insociabile regnum*, pour *regnum non societatis patiens*, « que l'empire se refuse au partage. » Nous n'aimons pas cette dernière réflexion de Tacite; elle gâte, selon nous, l'impression de ce tragique récit. Evidemment l'historien n'est pas de l'avis du gros du public, qui admettait ainsi des circonstances atté-

92.—MORT DE L'ORATEUR CRASSUS.

Crassus (L. Licinius), célèbre orateur romain, fut le plus illustre jurisconsulte de Rome, au rapport de Cicéron. Il débuta au Forum à l'âge de 21 ans avec le plus grand éclat. Consul l'an 657, il fut l'auteur d'une loi par laquelle les alliés, en très-grand nombre, qui se portaient pour citoyens romains, étaient renvoyés dans leurs villes respectives. Cette loi lui aliéna l'esprit des principaux Italiens, au point qu'on la regarda comme la première cause de la guerre dite *sociale*. Il eut sur la fin de sa vie à soutenir un débat sérieux sur cette même question contre le consul Philippe. L'éloquence véhémente qu'il déploya dans cette circonstance épuisa ses forces; il retourna chez lui avec la fièvre, et mourut sept jours après d'une péripneumonie, l'an 661 de Rome, 92 av. J.-C.

Ut Crassus Romam rediit extremo scenicorum ludorum die, vehementer commotus ea oratione, quæ ferebatur habita esse in concione[1] a Philippo; quem dixisse constabat, « videndum sibi aliud esse consilium[2], illo senatu se rempublicam gerere non posse : » mane idibus septembris, et ille, et senatus frequens vocatu Drusi in Curiam venit. Ibi quum Drusus multa de Philippo questus esset, retulit ad senatum de illo ipso, quod consul in eum ordinem tam graviter in concione esset invectus. Hic[3], ut sæpe inter homines sapientissimos constare vidi[4], quanquam hoc Crasso, quum aliquid accuratius dixisset[5], semper fere contigisset, ut nunquam dixisse melius putaretur, tamen omnium consensu sic esse tum judicatum, ceteros a Crasso semper omnes, illo autem die etiam ipsum a sese superatum. Deploravit enim casum atque orbitatem senatus; cujus ordinis a consule, qui quasi parens bonus aut tutor fidelis esse deberet, tanquam ab aliquo nefario prædone, diriperetur patrimonium dignitatis : neque vero esse mirandum, si, quum suis consiliis rempublicam profligasset, consilium senatus a republica repudiaret[6]. Hic quum homini et vehementi, et diserto, et in primis forti ad resis-

nuantes en faveur du fratricide; mais alors pourquoi parler de cette indulgence si peu morale de la majorité (*plerique hominum*)? Est-ce de la satire? N'est-ce pas un peu de déclamation?

92.—1 *In concione*, « dans une harangue au peuple. »

2 *Videndum sibi*, etc., « qu'il y aurait à le pourvoir d'un autre conseil. *Consilium*, comme *concilium*, dans le sens de *cœtus*.

3 *Hic*, « dans cette circonstance » *Hic* est ici adverbe.

4 *Ut sæpe... vidi*. Ce membre de phrase forme parenthèse.

5 *Quanquam hoc Crasso*, etc. Construisez : *quanquam hoc semper fere contigisset Crasso ut...*

6 *Consilium senatus*, etc. Il y a un jeu de mots entre *consiliis* et *consilium*, « celui dont les *conseils* avaient bouleversé la république, voulait maintenant lui retirer le *conseil* du sénat. » Ces sortes de *concetti* sont assez fréquents dans Cicéron.

tendum, Philippo, quasi quasdam verborum faces admovisset, non tulit ille, et graviter exarsit, pignoribusque ablatis[7] Crassum instituit coercere[8]. Quo quidem ipso in loco multa a Crasso divinitus dicta efferebantur[9], quum sibi illum consulem esse negaret, cui senator ipse non esset. « An tu, quum omnem auctoritatem universi ordinis pro pignore[10] putaris, eamque in conspectu populi romani concideris[11]; me his pignoribus existimas posse terreri? Non tibi illa sunt concidenda, si Crassum vis coercere : hæc tibi est excidenda lingua; qua vel evulsa, spiritu ipso libidinem tuam libertas mea refutabit. »

Permulta tum vehementissima contentione animi, ingenii, virium, ab eo dicta esse constabat; sententiamque eam[12], quam senatus frequens secutus est, ornatissimis et gravissimis verbis[13], « Ut populo romano satisfieret, nunquam senatus neque consilium reipublicæ neque fidem defuisse, » ab eo dictam; et eumdem (id quod in auctoritatibus præscriptis[14] exstat) scribendo adfuisse. Illa tanquam cycnea fuit divini hominis vox[15] et oratio, quam quasi exspectantes[16], post ejus interitum veniebamus in Curiam, ut vestigium[17] illud ipsum, in quo ille postremum institisset, contueremur. Namque tum latus ei dicenti condoluisse, sudoremque multum consecutum esse audiebamus : ex quo quum cohorruisset, cum febri domum

7 *Pignoribus ablatis.* Ces *pignora* étaient des gages que fournissaient les sénateurs sur leurs biens. (Voy. la première *Philippique*, c. v ; et Aulu-Gelle, xiv, 7.) Une sorte de *cautionnement*.

8 *Coercere*, pour *mulctare*. Le règlement du sénat autorisait le consul-président à frapper d'une amende le membre qui troublait l'ordre, même à l'exclure de la séance et à le faire conduire en prison.

9 *Efferebantur*, « étaient cités avec admiration. »

10 *Pro pignore.* M. Le Clerc traduit « comme un bien de confiscation. » Philippe avait mis la main sur l'autorité du sénat, comme un exacteur met la main sur un gage.

11 *Concideris.* Le mot propre est *cædere pignora* « vendre à l'encan un bien donné comme caution. » Mais *concideris* est destiné à amener *concidenda* qui joue avec *excidenda*.

12 *Sententiamque eam*, sous-ent. *ab eo dictam*, « l'opinion qu'il formula. »

13 *Ornatissimis et gravissimis verbis.* C'est ce que nous appellerions *un ordre du jour motivé.*

14 *In auctoritatibus præscriptis.* Les *auctoritates præscriptæ* ne sont pas la même chose que les *senatus-consulta*. Les sénatus-consultes étaient des décrets qui avaient force de loi; les *auctoritates* n'avaient pas la même force : c'étaient, comme nous l'avons dit, des *ordres du jour motivés*, c.-à-d. des votes émis sur quelque proposition, sur quelque question incidente, en dehors des décisions ordinaires, et consignés toutefois dans les registres des délibérations, dans les *procès-verbaux* des séances.

15 *Cycnea vox*, « le chant du cygne, » κύκνειον μέλος, comme disent les Grecs.

16 *Quasi exspectantes*, « dans l'espoir de l'entendre encore. »

17 *Vestigium*, pour *subsellium*.

rediit, dieque septimo lateris dolore[18] consumptus est.

O fallacem hominum spem[19], fragilemque fortunam, et inanes nostras contentiones! quæ in medio spatio sæpe franguntur et corruunt, aut ante in ipso cursu obruuntur, quam portum conspicere potuerunt. Nam quandiu Crassi fuit ambitionis labore vita districta[20], tamdiu privatis magis officiis[21] et ingenii laude floruit, quam fructu amplitudinis[22], aut reipublicæ dignitate. Qui autem ei annus primus ab honorum perfunctione[23] aditum, omnium concessu, ad summam auctoritatem[24] dabat, is[25] ejus omnem spem atque omnia vitæ consilia morte pervertit. Fuit hoc luctuosum suis, acerbum patriæ, grave bonis omnibus; sed ii tamen rempublicam casus secuti sunt[26], ut mihi non erepta L. Crasso a diis immortalibus vita, sed donata mors esse videatur. Non vidit flagrantem bello Italiam[27], non ardentem invidia senatum[28], non sceleris nefarii[29] principes civitatis reos, non luctum filiæ[30], non exsilium generi, non acerbissimam C. Marii fugam, non illam post reditum ejus cædem omnium crudelissimam, non denique in omni genere deformatam eam civitatem, in qua ipse florentissima multum omnibus gloria præstitisset.

Ego vero te, Crasse, quum vitæ flore[31], tum mortis oppor-

18 *Lateris dolore*, « une pneumonie, » (fluxion de poitrine).

19 *O fallacem hominum spem*. Ce beau mouvement a été imité par Bossuet : « O vanité! ô néant! ô mortels ignorants de leur destinée! » (*Oraison funèbre d'Henriette d'Angleterre.*)

20 *Districta*, comme *distracta*.

21 *Officiis*, le dévouement aux intérêts des particuliers.

22 *Fructu amplitudinis*, etc. « le bénéfice attaché aux grands emplois politiques. »

23 *Ab honorum perfunctione*, « après avoir rempli une charge honorable, » la censure. Crassus avait été censeur.

24 *Ad summam auctoritatem*, « le consulat. »

25 *Is*, sous-entendu *annus*.

26 *Secuti sunt rempublicam*, c.-à-d. *in republica insecuti sunt*.

27 *Flagrantem bello Italiam*. Il s'agit de la guerre *sociale* qui s'alluma après la mort du tribun Drusus. On sait que Drusus avait promis le droit de cité romaine aux *alliés (socii latini)*, afin de s'appuyer de leur influence. Après lui, tout ce qu'il avait fait fut annulé, et les *alliés*, furieux de voir s'évanouir leur espoir, se soulevèrent de toute part.

28 *Ardentem invidia senatum*, « le sénat en butte à la haine. » Drusus avait donné le sénat pour garant de la promesse qu'il avait faite aux Latins : *indè iræ*.

29 *Sceleris nefarii*. Ceci a trait à la loi rendue sur la motion du tribun Varius, et à l'instigation des chevaliers. En vertu de cette loi, on devait informer contre ceux qui avaient trempé dans le soulèvement des peuples de l'Italie, et les principaux sénateurs étaient impliqués dans cette affaire, que Cicéron, ami de l'ordre équestre, appelle un *crime abominable*.

30 *Luctum filiæ*. La fille de Crassus, femme distinguée par son esprit, avait épousé Scipion Nasica.

31 *Quum vitæ flore*, etc. Tacite dit de même dans l'*Agricola* : *tu vero felix Agricola, non vitæ tantum claritate, sed etiam opportunitate mortis.*

tunitate, divino consilio et ortum et exstinctum esse arbitror : nam tibi aut, pro virtute animi constantiaque tua[32], civilis ferri[33] subeunda fuit crudelitas, aut, si qua te fortuna ab atrocitate mortis vindicasset, eadem esse te funerum patriæ spectatorem coegisset; neque solum tibi improborum dominatus, sed etiam, propter admixtam civium cædem, bonorum victoria mœrori fuisset. (Cic., *de Oratore*, lib. III, c. 1, 2, 3.)

93.—MORT DE DARIUS.

Darius III, Codoman, dernier roi de Perse, le même dont il a été question dans la narration n° 54, descendait de Darius Nothus. Ce prince, attaqué par Alexandre dans le cœur de son empire, fut complétement battu, d'abord à Issus, puis à Arbelles. Obligé de fuir le champ de bataille, il fut assassiné en route par Bessus, satrape de Bactriane, en 330.

Alexander, audito Darium movisse[1] ab Ecbatanis, omisso itinere quod patebat in Mediam[2], fugientem insequi pergit strenue. Tabas oppidum est in Parætacene[3] ultima : ibi transfugæ nuntiant præcipitem fuga Bactra petere Darium. Certiora deinde cognoscit ex Bagystane babylonio, non equidem vinctum[4] regem, sed in periculo esse aut mortis aut vinculorum. Rex, ducibus convocatis, « Maximum, inquit, opus, sed labor brevissimus superest; Darius haud procul destitutus a suis aut oppressus[5] : in illo corpore[6] posita est victoria nostra; et tanta res, celeritatis præmium. » Omnes

[32] *Pro virtute animi constantiaque*, « énergique et ferme que tu étais. »

[33] *Civilis ferri*, pour *belli civilis*.

93.—[1] *Movisse* sous-entendu *castra*.

[2] *Omisso itinere*, etc. On fait généralement rapporter ce membre de phrase à Alexandre; mais il en résulte une erreur géographique et une contradiction. En effet, Alexandre, après avoir passé les montagnes de la Parétacène, s'avança en Médie, occupa Ecbatane, qui en est la capitale, et de là, passant toujours à travers la Médie, parvint jusqu'aux *Pylæ Caspiæ* N'est-il pas plus naturel d'appliquer *omisso itinere*, etc., à Darius, dont il est dit dans un chapitre précédent : *qu'il voulait passer dans la Bactriane, mais que, craignant d'être gagné de vitesse par Alexandre, il changea d'avis et de route*, et plus loin, *qu'il s'écarta un peu de la route militaire* (*paulum declinavit via militari*). Cette voie militaire, n'est-ce pas précisément celle dont il s'agit? (Voir, au surplus, Arrien, III, 19.)

[3] *Tabas in Parætacene*. La Paretacène était une vaste contrée de l'empire des Perses, au N. des monts de la Perside, et au S.-E. de la Médie. Les villes principales étatient Aspadane et Ecbatane des Mages. Quant à cette ville de Tabas, elle n'est citée que par Quinte-Curce et Polybe (*Excerpt*. 31).

[4] *Non equidem vinctum*. On ne lui parlait pas encore de la captivité du roi.

[5] *Oppressus*, « assassiné. »

[6] *In illo corpore*, « dans sa personne (celle de Darius).

pariter conclamant, paratos ipsos sequi, nec labori, nec periculo parceret. Igitur raptim agmen cursus magis quam itineris modo ducit, ne nocturna quidem quiete diurnum laborem relaxante : itaque quingenta stadia[7] processit; perventumque erat in vicum in quo Darium Bessus comprehenderat. Ibi Melon, Darii interpres, excipitur; corpore æger, non potuerat agmen sequi; et, deprehensus celeritate regis, transfugam se esse simulabat. Ex hoc acta cognoscit. Sed fatigatis necessaria quies erat. Itaque delectis equitum sex millibus trecentos, quos Dimachas[8] appellabant, adjungit : dorso hi graviora arma portabant, ceterum equis vehebantur; quum res locusque posceret, pedestris acies erat. Hæc agentem Alexandrum adeunt Orsillos et Mithracenes, qui Bessi parricidium exosi transfugerant, nuntiabantque stadia D abesse Persas; ipsos brevius iter monstraturos. Gratus regi adventus transfugarum fuit; itaque prima vespera, ducibus iisdem, cum expedita equitum manu monstratam viam ingreditur; phalange, quantum festinare posset, sequi jussa. Ipse quadrato agmine[9] incedens, ita cursum regebat, ut primi conjungi ultimis possent. Trecenta stadia processerant, quum occurrit Brocubelus, Mazæi filius, Syriæ quondam prætor : is quoque transfuga nuntiabat Bessum haud amplius quam CC stadia abesse; exercitum, utpote qui nihil præcaveret, incompositum inordinatumque procedere, Hyrcaniam videri petituros; si festinaret sequi, palantibus superventurum; Darium adhuc vivere.

Strenuo alioqui[10] cupiditatem consequendi transfuga injecerat. Itaque Macedones, calcaribus subditis, effuso cursu eunt. Jamque fremitus hostium iter ingredientium exaudiebatur; sed prospectum ademerat pulveris nubes. Paulisper ergo inhibuit cursum, donec consideret pulvis. Jamque conspecti a barbaris erant, et abeuntium agmen[11] conspexerant, nequaquam futuri pares[12], si Besso tantum

7 *Quingenta stadia*, environ quinze milles géographiques.

8 *Dimachas*. Les « Dimaques » étaient un corps de troupes inventé par Alexandre selon Pollux (liv. I). Ils portaient une armure plus légère que celle des hoplites, plus lourde que celle des cavaliers. Ce corps répond à peu près à nos *dragons*.

9 *Quadrato agmine*, « en bon ordre. » (Voy. page 158, note 2.)

10 *Strenuo alioqui*. Pressé qu'il était d'ailleurs (de joindre Bessus). *Strenuo, jàm ultro festinanti*.

11 *Abeuntium agmen*, « leurs bandes en retraite. »

12 *Nequaquam futuri pares*, « la lutte ne devait pas être égale. » Notez qu'Alexandre n'avait avec lui que six mille trois cents hommes.

animi fuisset ad prælium quantum ad parricidium fuerat. Namque et numero barbari præstabant et robore; ad hoc, refecti cum fatigatis certamen inituri erant. Sed nomen Alexandri et fama, maximum in bello utique momentum[13], pavidos in fugam convertit. Bessus et ceteri facinoris ejus participes vehiculum Darii assecuti, cœperunt hortari eum ut conscenderet equum, et se hosti fuga eriperet. Ille deos ultores adesse testatur, et Alexandri fidem implorans, negat se parricidas velle comitari. Tum vero ira quoque accensi, tela injiciunt in regem, multisque confossum vulneribus relinquunt. Jumenta quoque, ne longius prosequi possent convulnerantur, duobus servis qui regem comitabantur occisis. Hoc edito facinore, ut vestigia fugæ spargerent[14], Nabarzanes Hyrcaniam, Bessus Bactra, paucis equitum comitantibus, petebant : barbari, ducibus destituti, qua quemque aut spes ducebat, aut pavor, dissipabantur; quingenti tantum equites congregraverant se, incerti adhuc resistere ne melius esset, an fugere. Alexander, hostium trepidatione comperta, Nicanorem cum equitum parte ad inhibendam fugam præmittit; ipse cum ceteris sequitur. Tria ferme millia resistentium occisa sunt; reliquum agmen, more pecudum, intactum agebatur, jubente rege ut cædibus abstineretur. Nemo captivorum erat qui monstrare Darii vehiculum posset : singuli, ut quæque prehenderant, scrutabantur[15]; nec tamen ullum vestigium fugæ regis exstabat. Festinantem Alexandrum vix tria millia equitum persecuta sunt : at in eos, qui lentius sequebantur, incidebant universa fugientium agmina. Vix credibile dictu! plures captivi quam qui caperent, erant; adeo omnem sensum territis fortuna penitus excusserat, ut nec hostium paucitatem, nec multitudinem suam satis cernerent. Interim jumenta quæ Darium vehebant, nullo regente, decesserant militari via; et errore delata per quatuor stadia, in quadam valle constiterant, æstu, simulque vulneribus fatigata.

Haud procul erat fons, ad quem monstratum a peritis[16], Polystratus Macedo siti maceratus accessit : ac dum galea haustam aquam sorbet, tela jumentorum deficientum corporibus infixa conspexit, miratusque confossa potius quam

13 *Momentum, movimentum*, « poids dans la balance. »

14 *Ut vestigia fugæ spargerent*, m. à m., « pour disséminer les traces de leur fuite, » pour diviser la poursuite et dérouter ainsi Alexandre.

15 *Ut quæque prehenderant*, « chacun visitait le char qu'il avait pris. »

16 *A peritis*, « des gens du pays, » ayant la connaissance des lieux.

abacta esse, semivivi hominis[17] gemitum percepit. Itaque more ingenii humani cupidus visendi, quid rei vehiculo isto conderetur, dimotis pellibus[18], quibus obtectum erat, Darium multis vulneribus confossum reperit : regius enim cultus[19], et aureæ catenæ, queis a parricidis vinctus fuerat, dubitationem eximebant. Non erat expers græci sermonis Darius, gratiasque agebat diis, qui post tanta mala, tamque gravia, hoc tamen indulsissent solatii, ne omnino in solitudine extremum spiritum effunderet. Itaque, « Te, inquit, quisquis es mortalium, per communem hominum sortem, a qua nec maximos regum exemptos esse præsenti spectaculo moneris, rogo quæsoque, ut hæc ad Alexandrum mandata mea perferas ; nihil eorum, quæ longe tristissima perpessus sum, ne hunc quidém incomparabilis calamitatis exitum, ita gravem mihi accidisse, ut hoc unum, quod post tanta in me meosque merita adversus clementissimum victorem inimico vivendum fuit, et nunc ingrato moriendum est. Sed si qua postremis miserorum votis apud deos vis est, et cum ipso spiritu profusas preces[20] mitius aliquod numen exaudit, ille quidem sospes et incolumis, longeque supra contagium meæ sortis et invidiam fortunæ positus, in solio Cyri gloriosam ætatem exigat : suæque virtutis memor, eum matri liberisque meis locum apud se esse patiatur, quem illi fide et obsequio meruerint. At parricidas promptum exitium consequatur, quod Alexander irrogabit, si non misericordia infelicis hostis, saltem odio facinorum, et ne impunita in aliorum etiam regum, suumque ipsius exitium erumpant[21]. » Post hæc, quum siti angeretur, allata per Polystratum aqua recreatus, « Ergo, ait, hanc etiam tantis calamitatibus extremam accedere opor-

17 *Hominis*. A partir de ce mot, tout le reste de la narration est emprunté au supplément de Freinshemius. Nous n'avons pas hésité à joindre au texte de l'auteur l'heureuse addition du savant professeur Upsal, ne fût-ce que pour donner une idée de l'art remarquable avec lequel il parvient à teindre sa diction de la couleur de Quinte-Curce.

18 *Pellibus*, « le rideau de cuir de la voiture. » Détail emprunté aux litières de voyage des anciens ; elles étaient fermées avec des rideaux de cuir ou d'étoffe, appelés *paqulæ*, qu'on pouvait ouvrir ou fermer à volonté. (Voy. Martial, Épigr. XI, 99, 11.)

19 *Regius cultus*. Voir la narration *Marche pompeuse de Darius*, p. 109.

20 *Cum ipso spiritu profusas preces*, littéralement, « les prières qu'on exhale avec le dernier soupir, » les derniers vœux d'un mourant.

21 *Et ne impunita..... erumpant*. Cicéron se sert de cette même expression dans une lettre à Atticus : « *Nunc repente tanto odio est omnibus ut quorsùm eruptura sit horreamus ;* » et nous avons vu dans Tacite (*Révolte des légions de Germanie*) : « *Imbutasque præda manus in direptionem Galliarum erupturas.* »

tuit, ut bene merito gratiam referre non possim! at referet Alexander; Alexandro vero dii. » Dextram deinde protendit, eamque Alexandro, fidei regiæ pignus, ferri jubens, apprehensa Polystrati manu, animam efflavit. Alexander an spiranti adhuc supervenerit, incertum est : illud constat, miserabili regis opulentissimi exitu comperto, copiosas lacrymas profudisse, statimque chlamyde sibi detracta, corpus operuisse, ut regio Persarum more curatum monumentis majorum inferretur. Hunc vitæ finem sortitus est ille, quem modo contumelia affici putabant, nisi regem regum, et deorum consanguineum salutarent : magnoque iterum experimento approbatum est, neminem magis patere fortunæ, quam qui, pluribus ejusdem blanditiis irretitus, jugum illius tota cervice receperit[22].] (QUINT. CURT., lib. V, cap. 13.)

94.—MORT D'ALEXANDRE.

Après son expédition dans l'Inde, Alexandre, de retour dans Babylone, déploya tout le faste et toute la mollesse des monarques d'Asie. Ses excès abrégèrent ses jours, et il mourut à la fleur de l'âge, en 323 ou 324 avant J.-C. On le crut empoisonné par Antipater.

[Alexander[1] quum Nearchum excepisset convivio, jamque cubitum iturus esset, Medi Larissæi obnixis precibus dedit, ut ad eum comessatum veniret; ubi postquam tota nocte perpotasset, male habere cœpit. Ingravescens deinde morbus adeo omnes vires intra sextum diem exhausit, ut ne vocis quidem potestas esset. Interea milites, sollicitudine desiderioque ejus anxii, quanquam obtestantibus ducibus ne valetudinem regis onerarent, expresserunt ut in conspectum ejus admitterentur.] Intuentibus lacrymæ obortæ præbuere speciem, jam non regem, sed funus ejus visentis exercitus; mœror tamen circumstantium[2] lectum eminebat : quos ut rex aspexit, « Invenietis, inquit, quum excessero, dignum talibus viris regem? » Incredibile dictu audituque, in eodem habitu corporis[3] in quem se composuerat,

22 *Irretitus, jugum*, etc. Il y a ici quelque disparité dans les images ; c'est une faute de style.

94 — 1 *Alexander*, etc. Ces neuf lignes entre crochets [ ] ne sont pas de Quinte-Curce; elles appartiennent au Supplément de Freinshemius.

2 *Circumstantium*. Il s'agit des amis, des généraux.

3 *In eodem habitu corporis*, « dans la même attitude. » Valere-Maxime (V, 1), dit qu'il resta appuyé sur la

quum admissurus milites esset, durasse, donec a toto exercitu illo ad ultimum persalutatus est : dimissoque vulgo, velut omni vitæ debito liberatus, fatigata membra rejecit. Propiusque adire jussis amicis, nam et vox deficere jam cœperat, detractum annulum [4] digito Perdiccæ tradidit, adjectis mandatis ut corpus suum ad Ammonem [5] ferri juberet. Quærentibus his, cui relinqueret regnum, respondit, « ei qui esset optimus [6]; ceterum, providere [7] jam, ob id certamen [8], magnos funebres ludos [9] parari sibi. » Rursus Perdicca interrogante, quando cœlestes honores haberi sibi vellet, dixit tum velle, quum ipsi felices essent. Suprema hæc vox fuit regis, et paulo post exstinguitur.

Ac primo, ploratu lamentisque et planctibus tota regia personabat : mox, velut in vasta solitudine, omnia tristi silentio muta torpebant, ad cogitationes quid deinde futurum esset dolore converso. Nobiles pueri custodiæ corporis ejus assueti, nec doloris magnitudinem capere, nec se ipsos intra vestibulum regiæ retinere potuerunt; vagique et furentibus similes, totam urbem luctu ac mœrore compleverant, nullis questibus omissis, quos in tali casu dolor suggerit. Ergo qui extra regiam adstiterant Macedones pariter barbarique, concurrunt; nec poterant victi a victoribus in communi dolore discerni. Persæ justissimum ac mitissimum dominum, Macedones optimum ac fortissimum regem invocantes, certamen quoddam mœroris edebant. Nec mœstorum solum, sed etiam indignantium voces exaudiebantur, tam viridem et in flore ætatis fortunæque [10], in-

coude; Arrien (VII, 26), qu'il soulevait péniblement la tête, et qu'il tendait la main à chacun pendant le défilé

[4] *Annulum.* L'anneau était le signe de l'autorité royale, parce que l'anneau servait de *sceau.* Aussi Cornélius dit-il, dans la vie d'Eumène (c. II), qu'on suppose qu'Alexandre avait laissé la régence à Perdiccas, *quoad liberi ejus in suam tutelam pervenissent.*

[5] *Ad Ammonem.* Perdiccas voulut, en effet, remplir cette dernière volonté d'Alexandre ; mais le corps fut intercepté en Egypte, par Ptolémée.

[6] *Ei qui esset optimus.* C'est la traduction du Τῷ κρατίστῳ rapporté par Diodore et Arrien.

[7] *Ceterum providere*, sous-entendu *se*, «ajoutant qu'il prévoyait.» Ce *ceterum*, un peu obscur, rend imparfaitement le προφθέγξασαι du grec.

[8] *Ob id certamen*, « à l'occasion de ce débat, » c'est-à-dire la guerre que produirait la succession.

[9] *Magnos funebres ludos.* Bossuet (*Hist. univ.*, IIIe partie, ch. IV) dit en paraphrasant ce passage : « Il prédit seulement que ses amis célébreraient ses funerailles avec des batailles sanglantes. » Mais Alexandre parla seulement *de grands jeux funèbres* (μέγαν ἐπιτάφιον ἀγῶνα). Or les jeux funèbres des Grecs différaient de ceux des Romains, en ce qu'ils n'étaient pas sanglants : témoin les jeux funèbres célébrés en l'honneur d'Héphestion.

[10] *In flore ætatis fortunæque* « dans la fleur de l'âge et de la fortune ; » par entraînement de phrase,

vidia deum ereptum esse rebus humanis. Vigor ejus et vultus educentis in prælium milites, obsidentis urbes, evadentis in muros, fortes viros pro concione[11] donantis, occurrebant oculis. Tum Macedonas divinos honores negasse ei pœnitebat, impiosque et ingratos fuisse se confitebantur, quod aures ejus debita appellatione[12] fraudassent. Et quum diu, nunc in veneratione, nunc in desiderio regis hæsissent, in ipsos versa miseratio est. Macedonia profecti ultra Euphraten, mediis hostibus novum imperium adspernantibus, destitutos se esse cernebant; sine certo regis herede, sine herede regni[13], publicas vires ad se quemque tracturum : bella deinde civilia, quæ secuta sunt, mentibus augurabantur; iterum, non de regno Asiæ, sed de rege[14], ipsis sanguinem esse fundendum; novis vulneribus veteres rumpendas cicatrices; senes, debiles modo petita missione a justo rege, nunc morituros pro potentia forsitan satellitis alicujus ignobilis.

Has cogitationes volventibus, nox supervenit, terroremque auxit. Milites in armis vigilabant; Babylonii, alius e muris, alius culmine sui quisque tecti, prospectabant, quasi certiora visuri[15] : nec quisquam lumina audebat accendere[16]; et, quia oculorum cessabat usus, fremitus vocesque auri-

pour : en pleine jeunesse, en pleine prospérité.

11 *Pro concione*, comme *in medio militum conventu.*

12 *Debita appellatione*, c.-à-d. *dei nomine ipsi debito.*

13 *Sine herede regni.* Ces mots semblent une répétition oiseuse à Schmieder, suivi en cela par l'édition Lemaire et les traducteurs de l'édition Panckoucke. Mais n'y-a-t-il pas une opposition suffisamment marquée entre *sine certo regis herede* et *sine herede regni? Sine certo regis herede* se rapporte à la maison d'Alexandre, considéré comme chef d'une race royale (*regis*), à sa dynastie, à la succession dans le sein de sa famille. Le roi n'avait point d'héritier certain : « un frère imbécile, des enfants en bas âge. » D'un autre côté, point d'héritier à l'empire (*regni*) ; des compétiteurs qui n'avaient que des prétentions et point de droits. Personne pour continuer la *dynastie*, personne pour hériter de l'*empire* : *regis, regni* : la *dynastie*, l'*empire*

14 *Non de regno, sed de rege.* Cette ligne confirme l'interprétation que nous venons de hasarder. Ici encore l'*empire* est parfaitement distinct de la personne du *roi*. « Il leur faudrait de nouveau verser leur sang, non plus pour l'*empire* (il était conquis), mais pour le choix d'un *roi*, pour un homme qui voudrait à son tour être chef d'une race royale , fondateur d'une dynastie.

15 *Quasi certiora visuri.* Même en montant sur le faîte de leurs maisons, les Babyloniens ne pouvaient guère arriver à voir plus distinctement ce qui se passait au loin, dans l'intérieur du palais ; mais ils s'imaginaient qu'ils verraient mieux en regardant de plus haut. C'est ce qui explique le *quasi certiora* qui forme un petit détail naturel et caractéristique.

16 *Nec quisquam audebat*, etc. Ils n'osaient pas allumer de flambeaux dans la crainte de paraître ne pas s'associer à la douleur des Macédoniens. Toute cette peinture est d'un effet très-dramatique.

bus captabant; ac plerumque vano metu territi, per obscuras semitas alius alii occursantes, invicem suspecti et solliciti, ferebantur. Persæ, comis suo more detonsis[17], in lugubri veste, cum conjugibus ac liberis, non ut victorem et modo hostem, sed ut gentis suæ justissimum regem, vero desiderio lugebant. Assueti sub rege vivere, non alium qui imperaret ipsis digniorem fuisse confitebantur.

Nec muris urbis luctus continebatur; sed proximam regionem ab ea, deinde magnam partem Asiæ cis Euphraten, tanti mali fama pervaserat. Ad Darii quoque matrem celeriter perlata est : abscissa ergo veste qua induta erat, lugubrem sumpsit, laceratisque crinibus, humi corpus abjecit. Assidebat ei altera ex neptibus[18], nuper amissum Hephæstionem, cui nupserat, lugens; propriasque causas doloris in communi mœstitia retractabat[19]. Sed omnium suorum mala Sisygambis una capiebat; illa suam, illa neptium vicem flebat; recens dolor etiam præterita revocaverat : crederes modo amissum Darium, et pariter miseræ duorum filiorum exsequias esse ducendas. Flebat mortuos simul vivosque : quem enim puellarum acturum esse curam? quem alium futurum Alexandrum? iterum se captas, iterum excidisse regno; qui mortuo Dario ipsas tueretur, reperisse; qui post Alexandrum respiceret, utique non reperturas. Subibat inter hæc animum, octoginta fratres suos eodem die ab Ocho, sævissimo regum, trucidatos[20], adjectumque stragi tot filiorum patrem; e septem liberis quos genuisset ipsa, unum superesse[21]; ipsum Darium floruisse paulisper, ut crudelius posset exstingui. Ad ultimum dolori succumbit; obvolutoque capite, accidentes[22] genibus suis neptem nepotemque aversata, cibo pariter abstinuit et luce; quinto postquam mori statuerat die exstincta. Magnum profecto Alexandro, indulgentiæ in eam justitiæque in omnes captivos, documentum est mors

17 *Comis detonsis.* Beaucoup de peuples de l'Orient se coupaient les cheveux en signe de deuil. (Voy. le *livre de Job*, 1, 20.)

18 *Altera ex neptibus.* Arrien la nomme Drypetis.

19 *Propriasque causas*, etc. Belle pensée, pleine de vérité et de profondeur.

20 *Octoginta fratres... ab Ocho trucidatos.* Cet Ochus est Artaxerce III, surnommé *Ochus*, qui se fraya un chemin au trône en faisant assassiner ses frères aînés, et qui signala son règne par la mort de quatre-vingts de ses proches (350 ans av. J.-C.).

21 *Unum superesse.* Ce fils qui lui restait était Oxathrès, dont Alexandre avait fait son ami.

22 *Accidentes*, pour *procidentes*, dans le sens de *advoluti*.

hujus, quæ, quum sustinuisset post Darium vivere, Alexandro esse superstes erubuit[23]. (QUINT. CURT., lib. x, cap. 5.)

95.—MORT DE GERMANICUS.

Nous avons rapproché dans notre recueil la mort de Germanicus de la mort d'Alexandre, parce que, en effet, entre ces deux belles destinées, si prématurément brisées, il y a plus d'un rapport. Si Germanicus l'emporte sur Alexandre au point de vue des qualités morales, il ne faut pas oublier, pour être juste, que Germanicus n'a pas eu à se défendre de l'enivrement du rang suprême. La mort de Germanicus, attribuée au poison, comme nous l'avons vu dans la narration nº 76, se rapporte à l'an 772 de Rome, 19 de J.-C.

Germanicus Ægypto remeans, cuncta quæ apud legiones aut urbes jusserat, abolita, vel in contrarium versa cognoscit : hinc graves in Pisonem contumeliæ, nec minus acerba quæ ab illo in Cæsarem tentabantur. Dein Piso abire Syria statuit; mox adversa Germanici valetudine detentus, ubi recreatum accepit, votaque pro incolumitate solvebantur, admotas hostias[1], sacrificalem apparatum, festam[2] Antiochensium plebem, per lictores proturbat. Tum Seleuciam[3] digreditur, opperiens ægritudinem[4], quæ rursum Germanico acciderat. Sævam vim morbi augebat persuasio veneni[5] a Pisone accepti; et reperiebantur solo ac parietibus[6] erutæ humanorum corporum reliquiæ, carmina et

[23] *Erubuit.* « Qu'est-ce que ce conquérant qui est pleuré de tous les « peuples qu'il a soumis ? qu'est-ce « que cet usurpateur sur la mort duquel la famille qu'il a renversée du « trône verse des larmes ? » (MONTESQUIEU, *Esprit des Lois*, x, 14.)

95—1 *Admotas hostias*, « les victimes présentées à l'autel. » *Admovere*, dans ce sens, est un mot de la langue sacerdotale; il est synonyme de *statuere ad aram*. Suétone a dit dans la vie de Caligula, 32 : *admota altaribus victima, succinctus poparum habitu.*

[2] *Festam*, « en habit de fête, » c.-à-d. vêtu de blanc.

[3] *Seleuciam*, « Séleucie. » Il y avait plusieurs villes de ce nom en Syrie. La Séleucie dont il est ici question est celle que Strabon, Cicéron, Polybe et Ptolémée appellent *Pieria*. Cette ville est sur le littoral, et Pison s'apprêtait à s'embarquer. En outre, elle n'est pas éloignée d'Antioche, d'où il venait.

[4] *Opperiens ægritudinem*, « attendant les suites de la rechute de Germanicus. »

[5] *Persuasio veneni*, « la persuasion où était César qu'il était empoisonné. »

[6] *Solo ac parietibus*, à terre et autour des murs. » Quels murs ? probablement ceux du palais de Germanicus, où ses persécuteurs, comme dit M. Burnouf, cachaient secrètement des débris de cadavres qu'ils avaient soin d'en retirer ensuite, pour que la vue de ces objets funèbres augmentât la terreur du malade et de ses amis. On enterrait souvent les morts *intra parietes*. (Voy. saint Jérôme, *in Ezech.*, 40.) C'est ainsi qu'on avait conservé jusqu'à ces derniers temps l'usage d'enterrer les morts dans les églises, usage qui a fort heureusement cessé.

devotiones[7], et nomen Germanici plumbeis tabulis insculptum, semiusti cineres ac tabe obliti, aliaque maleficia[8], quis creditur animas numinibus infernis sacrari : simul missi a Pisone incusabantur, ut valetudinis adversa rimantes[9]. Ea Germanico haud minus ira, quam per metum accepta : « Si limen obsideretur, si effundendus spiritus sub oculis inimicorum foret, quid deinde miserrimæ conjugi, quid infantibus liberis eventurum? lenta videri veneficia : festinare et urgere[10], ut provinciam, ut legiones solus habeat : sed non usque eo defectum Germanicum, neque præmia cædis apud interfectorem mansura : » componit epistolas, quis amicitiam ei renuntiabat[11]. Addunt plerique jussum provincia decedere : nec Piso moratus ultra, naves solvit; moderabaturque cursui[12], quo propius regrederetur, si mors Germanici Syriam aperuisset.

Cæsar, paullisper ad spem erectus, dein fesso corpore, ubi finis aderat, adsistentes amicos in hunc modum alloquitur : « Si fato concederem, justus mihi dolor etiam adversus deos esset, quod me parentibus[13], liberis, patriæ, intra juventam præmaturo exitu raperent : nunc, scelere Pisonis et Plancinæ interceptus, ultimas preces pectoribus vestris relinquo : referatis patri ac fratri[14], quibus acerbitatibus dilaceratus, quibus insidiis circumventus, miserrimam vitam pessima morte[15] finierim. Si quos spes meæ[16]; si quos propinquus sanguis, etiam quos invidia erga viventem movebat, illacrymabunt, quondam florentem, et tot

7 *Carmina et devotiones*, pour *devotionum carmina* (par hendiadys) : « des formules d'enchantement. » Ces formules étaient gravées sur des lames de plomb et portaient le nom de Germanicus, afin qu'on ne pût douter qu'elles ne fussent à son adresse.

8 *Maleficia*, « symboles magiques. »

9 *Ut valetudinis adversa rimantes*, « comme épiant les progrès du mal. »

10 *Festinare et urgere*, sous-entendu *Piso;* mais l'omission du nom propre fait beauté ; « *on* hâtait, *on* précipitait sa mort. »

11 *Quis amicitiam ei renuntiabat*, « par lesquelles il renonçait à son amitié. » C'était une coutume d'une simplicité antique que celle qui consistait à déclarer par écrit à un homme qu'on renonçait à son amitié. En écrivant à Pison pour lui signifier qu'il rompait avec lui, Germanicus lui interdisait par là même sa maison, et se délivrait de la présence d'un espion odieux. Cela est en rapport avec *si limen obsideretur*, etc.

12 *Moderabatur cursui*, « Il s'éloignait avec une lenteur calculée. »

13 *Parentibus*, « mes parents, » pour « ma mère. » Il ne restait à Germanicus que sa mère Antonia; mais on dit souvent en grec et en latin *parentes*, pour le père seul ou la mère.

14 *Patri ac fratri*. Ce père d'adoption est Tibère, et ce frère adoptif est Drusus. Claude, son frère par la nature, était un homme nul que l'on ne comptait pas.

15 *Pessima morte*, « par une mort déplorable, » c.-à-d. sans gloire, indigne d'un César, d'un héros, ou encore, due à une noire malice.

16 *Spes meæ*, « mes espérances, » l'avenir auquel j'étais réservé, que j'étais en position d'espérer.

bellorum superstitem, muliebri fraude[17], cecidisse. Erit vobis locus querendi apud senatum, invocandi leges. Non hoc præcipuum amicorum munus est, prosequi defunctum ignavo questu; sed quæ voluerit meminisse, quæ mandaverit exsequi : flebunt Germanicum etiam ignoti : vindicabitis vos, si me potius quam fortunam meam fovebatis. Ostendite populo romano divi Augusti neptem, eamdemque conjugem meam : numerate sex liberos. Misericordia cum accusantibus erit; fingentibusque scelesta mandata[18], aut non credent homines, aut non ignoscent. » Juravere amici, dextram morientis contingentes, spiritum ante quam ultionem amissuros. Tum ad uxorem versus, « per memoriam sui, per communes liberos oravit, exueret ferociam[19], sævienti fortunæ submitteret animum; neu regressa in urbem æmulatione potentiæ validiores irritaret. » Hæc palam, et alia secreto, per quæ ostendere credebatur metum ex Tiberio. Neque multo post exstinguitur, ingenti luctu provinciæ et circumjacentium populorum. Indoluere exteræ nationes regesque; tanta illi comitas in socios, mansuetudo in hostes; visuque et auditu juxta venerabilis[20], quum magnitudinem et gravitatem summæ fortunæ retineret, invidiam et arrogantiam effugerat.

Funus sine imaginibus[21] et pompa, per laudes, ac memoriam virtutum ejus celebre fuit. Et erant qui formam, ætatem, genus mortis, ob propinquitatem etiam locorum in quibus interiit, Magni Alexandri fatis adæquarent. « Nam utrumque corpore decoro, genere insigni, haud multum triginta annos egressum, suorum insidiis externas inter gentes occidisse : sed hunc mitem erga amicos, modicum voluptatum, uno matrimonio, certis liberis[22] egisse[23] : neque minus præliatorem, etiamsi temeritas abfuerit, præpeditusque sit perculsas tot victoriis Germanias[24] servitio

17 *Muliebri fraude,* « victime d'une perfidie de femme. » Il désigne clairement Plancine, femme de Pison, et peut-être indirectement Livie.

18 *Fingentibusque scelesta mandata,* « si l'on allègue des instructions criminelles. » Allusion à Tibère et à Livie.

19 *Ferociam,* « sa hauteur. »

20 *Visu et auditu juxta venerabilis,* « inspirant la vénération non moins par son aspect que par son langage. »

21 *Sine imaginibus,* « sans images. » Les familles nobles avaient le droit de faire dessiner leurs images (*jus imaginum*); leurs descendants les conservaient avec un soin extrême, et les faisaient porter devant eux aux funérailles. (Voy. la narration du *Meurtre de Servius Tullius*, page 314, note 20.)

22 *Certis liberis,* « père d'enfants légitimes. »

23 *Egisse,* pour *vixisse.*

24 *Germanias :* par emphase.

premere. Quod si solus arbiter rerum, si jure et nomine regio fuisset, tanto promptius assecuturum gloriam militiæ, quantum clementia, temperantia, ceteris bonis artibus præstitisset. » Corpus antequam cremaretur, nudatum in foro Antiochensium, qui locus sepulturæ destinabatur[25]; prætuleritne veneficii signa, parum constitit : nam ut quis misericordia in Germanicum, et præsumpta suspicione, aut favore in Pisonem pronior, diversi interpretabantur. (Tac., *Ann.*, lib. II, c. 69-73.)

96.—RETOUR DES CENDRES DE GERMANICUS.

Cette narration est la suite de la précédente. La scène touchante qu'elle décrit se passe l'an 773 de Rome, 20 de J.-C.

Agrippina, quanquam defessa luctu, et corpore ægro, omnium tamen quæ ultionem morarentur intolerans, adscendit classem cum cineribus Germanici et liberis; miserantibus cunctis, « quod femina nobilitate princeps, pulcherrimo modo matrimonio, inter venerantes gratantesque adspici solita, tunc ferales reliquias sinu ferret, incerta ultionis, anxia sui, et infelici fecunditate fortunæ totiens obnoxia. » Nihil intermissa navigatione hiberni maris, Agrippina Corcyram insulam[1] advehitur, littora Calabriæ contra sitam. Illic paucos dies componendo animo[2] insumit, violenta luctu, et nescia tolerandi. Interim adventu ejus audito, intimus quisque amicorum, et plerique militares[3], ut quique sub Germanico stipendia fecerant, multique etiam ignoti vicinis e municipiis, pars officium in principem rati[4], plures illos secuti, ruere ad oppidum Brundisium[5]; quod naviganti celerrimum, fidissimumque

25 *Qui locus sepulturæ destinabatur*, « lieu destiné à la cérémonie funèbre, » ou peut-être, « à la sépulture provisoire. » Selon M. Burnouf, *sepulturæ* ne désigne que la cérémonie où le corps fut brûlé, les cendres devant être emportées à Rome, et placées dans le tombeau d'Auguste; mais on peut croire, et *sepulturæ* semble l'indiquer, que le corps fut déposé provisoirement dans un caveau funèbre. (Voy. la narration de *la Mort de Britannicus*, page 294 note 35.)

96.—1 *Corcyram insulam*, « l'île de Corcyre, » aujourd'hui Corfou, une des îles Ioniennes.

2 *Componendo animo*, « pour se remettre l'esprit. »

3 *Militares*, « hommes de guerre, » *militaires*.

4 *Officium in principem rati*, sous entendu *hoc fore*, « croyant ainsi se rendre agréables à César, » (à Tibère).

5 *Brundisium*, « Brindes, » ville du royaume de Naples (terre d'Otrante), sur l'Adriatique.

adpulsu erat. Atque ubi primum ex alto visa classis, complentur non modo portus et proxima maris, sed mœnia ac tecta, quaque longissime prospectari poterat, mœrentium turba et rogitantium inter se, silentio-ne an voce aliqua egredientem[6] exciperent. Neque satis constabat, quid pro tempore[7] foret : quum classis paullatim successit[8], nec alacri, ut adsolet, remigio[9], sed cunctis ad tristitiam compositis. Postquam duobus cum liberis, feralem urnam tenens, egressa navi, defixit oculos[10], idem omnium gemitus; neque discerneres, proximos, alienos, virorum feminarumve planctus, nisi quod comitatum Agrippinæ, longo mœrore fessum, obvii et recentes in dolore anteibant.

Miserat duas prætorias cohortes Cæsar, addito[11] ut magistratus Calabriæ[12], Apulique, et Campani, suprema erga memoriam filii sui munera fungerentur. Igitur tribunorum centurionumque humeris cineres portabantur : præcedebant incompta signa[13], versi fasces[14]; atque ubi colonias transgrederentur, atrata plebes[15], trabeati equites[16], pro opibus loci[17], vestem[18], odores, aliaque funerum solennia

6 *Egredientem,* « à sa sortie du vaisseau. »

7 *Pro tempore,* « convenable, à propos. »

8 *Successit,* comme *portum ingressa est.*

9 *Nec alacri remigio,* « non pas avec un mouvement de rames vif et pressé, » comme cela se pratiquait en signe d'allegresse.

10 *Defixit oculos,* « elle eut baissé les yeux sur la terre, » ou mieux, « elle eut attaché les yeux sur l'urne funèbre, » qu'elle tenait dans ses mains.

11 *Addito.* Voy. sur cette forme la narration, n° 35, page 60, note 11, et les autres narrations de Tacite, *passim.*

12 *Magistratus Calabriæ.* Il s'agit des magistrats municipaux, qui portaient le nom de *duumvirs, quinquevirs,* etc.

13 *Incompta signa,* « les enseignes sans ornements. » Dans les jours de fêtes et lorsque les légions voulaient témoigner leur joie, on ornait les enseignes de fleurs et de couronnes, et l'on faisait reluire les aigles avec des huiles et des essences parfumées. (Voy. Pline, XIII, 4; Claudien, X, *Nupt. Honor. et Mar.* 187.)

14 *Versi fasces,* « les faisceaux renversés. » Les licteurs en signe de deuil renversaient les faisceaux dont ils étaient porteurs; de même les soldats renversaient leurs boucliers et leurs armes (voy. Virg. *Enéide,* II, 93). Mais quels sont les faisceaux dont il est ici question ? L'auteur ne parle pas de magistrats romains. Il est à croire qu'il s'agit des faisceaux de Germanicus qui étaient portés devant l'urne funèbre.

15 *Atrata,* comme *pullata,* « en habit de deuil. »

16 *Trabeati equites,* « les chevaliers vêtus de la trabée. » Ce n'était point un habit de deuil, mais un habit de cérémonie. Cette marque distinctive de l'ordre équestre remontait à Romulus (*quirinalis trabea*). Si donc les chevaliers figuraient au convoi de Germanicus, vêtus de la trabée, c'était pour faire honneur au défunt qu'ils se montraient parés des insignes de leur ordre.

17 *Pro opibus loci,* « selon les ressources de la localité. »

18 *Vestem,* « des etoffes. » L'usage était de brûler avec le mort des étoffes de prix, des parfums, etc. Aux funérailles de César des femmes jetèrent sur le bûcher leurs plus riches parures avec les robes de leurs enfants. Quand on rapportait les cen-

cremabant : etiam quorum diversa oppida, tamen obvii, et victimas atque aras diis Manibus statuentes, lacrymis et conclamationibus dolorem testabantur. Drusus Terracinam [19] progressus est, cum Claudio, fratre, liberisque Germanici, qui in urbe fuerant. Consules M. Valerius et C. Aurelius (jam enim magistratum occœperant [20]) et senatus, ac magna pars populi viam complevere, disjecti [21], et ut cuique libitum, flentes : aberat quippe adulatio [22], gnaris omnibus, lætam Tiberio Germanici mortem male dissimulari. Tiberius atque Augusta publico abstinuere ; inferius majestate sua rati, si palam lamentarentur, an ne [23], omnium oculis vultum eorum scrutantibus, falsi intelligerentur [24]. Matrem Antoniam non apud auctores rerum, non diurna Actorum scriptura [25] reperio ullo insigni officio functam [26], quum super Agrippinam [27] et Drusum et Claudium, ceteri quoque consanguinei perscripti sint : seu valetudine præpediebatur, seu victus luctu animus magnitudinem mali perferre visu non toleravit [28]. Facilius crediderim Tiberio et

dres d'un personnage illustre, on élevait dans tous les lieux où passait le convoi des autels et des bûchers. C'est ce qu'on avait pratiqué déjà aux funérailles de Drusus, père de Germanicus, mort en Germanie.

19 *Terracinam*, « Terracine, » aujourd'hui ville de l'Italie centrale, sur la mer de Toscane.

20 *Jam magistratum occœperant*, « ils étaient déjà entrés en charge. » Cette circonstance donne la date des funérailles de Germanicus qui durent avoir lieu en janvier 773.

21 *Disjecti*, « marchant sans ordre. » On s'étonne de voir un corps comme le sénat marcher sans ordre. Est-ce parce que les sénateurs etaient venus d'eux-mêmes et sans avoir été préalablement convoques ? Est-ce qu'ils voulaient, par cet oubli des formes, témoigner plus vivement leur douleur ? Ne serait-ce pas que *disjecti* s'applique seulement au peuple ?

22 *Aberat quippe adulatio*, « l'adulation était loin de leur pensée. » Cela ne rend pas compte de *disjecti*, mais de *ut cuique libitum, flentes*.

23 *An ne*, etc., « ou bien etait-ce qu'ils craignaient que... »

24 *Falsi intelligerentur*, « ils ne laissassent deviner la fausseté de leurs cœurs. »

25 *Diurna actorum scriptura*, « les actes diurnaux. » C'étaient des espèces de journaux, comme le savant M. Victor Le Clerc l'a très-justement et très-spirituellement démontré dans l'ouvrage qu'il a publié sur ce sujet. Voy. en outre sur cette question la note de M. Burnouf, trad. de Tacite, t. III, page 414.

26 *Ullo insigni officio functam*, « qu'elle ait pris part à aucune cérémonie remarquable. »

27 *Super Agrippinam*, « outre Agrippine. »

28 *Magnitudinem mali perferre visu*, etc. « soit qu'elle n'eût pas la force de se résigner à voir de ses yeux la grandeur de son infortune. » Nous ne croyons pas, avec Ernesti, que le mot *perferre* soit une glose qui s'est introduite dans le texte (comme si *perferre* et *tolerare* étaient ici la même chose), ni que *visu* soit un ablatif absolu pour *si videret*. *Tolerare* est pour *audere*, dans le sens de τολμᾷν, *perferre* est l'équivalent de *pati*, *perpeti* (ἀνέχειν, υπομένειν). Antonia ne put « prendre sur elle (*tolerare*) de subir jusqu'au bout » (*perferre*) la vue de son malheur ; de supporter jusqu'au bout « par la vue » (*visu*) toute l'étendue de son infortune.

Augusta, qui domo non excedebant, cohibitam, ut par mœror[29] et matris exemplo, avia quoque et patruus attineri[30] viderentur. Dies, quo reliquiæ tumulo Augusti inferebantur, modo per silentium vastus[31], modo ploratibus inquies : plena urbis itinera, collucentes per campum Martis faces[32] : illic miles cum armis, sine insignibus[33] magistratus, populus per tribus[34], concidisse rempublicam, nihil spei reliquum clamitabant; promptius apertiusque[35], quam ut meminisse imperitantium crederes. Nihil tamen Tiberium magis penetravit[36], quam studia[37] hominum accensa in Agrippinam; quum decus patriæ, solum Augusti sanguinem[38], unicum antiquitatis specimen appellarent, versique ad cœlum ac deos, integram illi sobolem, ac superstitem iniquorum precarentur. (Tac., *Ann.*, lib. II, c. 75; lib. III, c. 1-4.)

97.—MEURTRE DE SERVIUS TULLIUS. FORFAIT DE TULLIE

Servius Tullius, sixième roi de Rome, était fils d'une captive (d'où son surnom de Servius). La faveur de Tanaquil, femme de Tarquin-l'Ancien, l'avait porté à la succession de ce prince (l'an 578 av. J.-C.). Servius, s'il faut ajouter foi à l'histoire si controversable des premiers temps de Rome, fut l'auteur d'une nouvelle organisation politique de la cité romaine, par la division du peuple en centuries. Il se préparait, dit-on, à substituer la république à la monarchie, lorsqu'il fut assassiné, à l'instigation de sa fille Tullie, par son gendre Tarquin-le-Superbe, l'an 534 de Rome, 219 av. J.-C.

Tulit et romana regia sceleris tragici[1] exemplum, ut

29 *Ut par mœror*, sous-entendu *videretur*.

30 *Attineri*, « être retenus chez eux. »

31 *Per silentium vastus*, comme s'il y avait *silentium habens quasi in vasta solitudine*.

32 *Faces*. On portait aux funérailles des torches, des flambeaux de cire, même lorsqu'elles avaient lieu pendant le jour, sans doute, comme l'observe Donat, parce qu'on les célébrait communément pendant la nuit.

33 *Sine insignibus*, « dépouillés de leurs insignes, » c'est-à-dire de la toge prétexte, de l'anneau, du laticlave.

34 *Populus per tribus*, « le peuple rangé par tribus. » Nous ne savons pourquoi Ernesti ne veut pas que le peuple ait paru aux funérailles de Germanicus rangé par tribus. Si les comices par tribus (*comitia tributa*) avaient disparu sous Tibère, raison de plus pour croire que cet antique mode de réunion avait dû survivre dans les choses étrangères à la politique. Encore les tribus étaient-elles, même à cette époque, convoquées pour la forme. C'était une ombre du passé qui consolait le peuple de la perte de ses droits.

35 *Promptius apertiusque*, « avec trop de vivacité et de franchise. »

36 *Magis penetravit*, « ne blessa plus profondément. »

37 *Studia*, « les sympathies. »

38 *Solum Augusti sanguinem*. Auguste avait d'autres descendants par sa petite-fille Julie, qui avait épousé L. Æmilius Paulus, les Silanus, les Lépidus ; mais ces rejetons du sang des Jules étaient des hommes assez médiocres, et les Romains ne pensaient qu'à Germanicus et à sa veuve.

97.—1 *Sceleris tragici*, « d'un for-

tædio regum maturior veniret libertas; ultimumque regnum esset quod scelere partum foret. L. Tarquinius (Prisci Tarquinii regis filius neposne fuerit, parum liquet; pluribus tamen auctoribus filium ediderim[2]) fratrem habuerat Aruntem Tarquinium, mitis ingenii juvenem. His duobus duæ Tulliæ, regis filiæ, nupserant, et ipsæ longe dispares moribus. Forte ita inciderat, ne duo violenta ingenia matrimonio jungerentur, fortuna, credo, populi Romani, quo diuturnius Servii regnum esset, constituique civitatis mores[3] possent. Angebatur ferox Tullia, nihil materiæ in viro[4] neque ad cupiditatem neque ad audaciam esse. Tota in alterum versa Tarquinium, eum mirari, eum virum dicere, ac regio sanguine ortum : spernere sororem, quod virum nacta muliebri cessaret audacia[5]. Contrahit celeriter similitudo eos, ut fere fit malum malo aptissimum[6] : sed initium turbandi omnia a femina ortum est[7]. Ea, secretis viri alieni[8] assuefacta sermonibus, nullis verborum contumeliis parcere, de viro ad fratrem[9], de sorore ad virum[10]; et se rectius viduam, et illum cœlibem futurum fuisse contendere, quam cum impari[11] jungi, ut elanguescendum aliena ignavia esset. Si sibi eum, quo digna esset, dii dedissent virum, domi se propediem visuram regnum fuisse, quod apud patrem videat. Celeriter adolescentem suæ temeritatis implet. Lucius Tarquinius et Tullia minor prope continuatis funeribus[12] quum domos vacuas novo matrimonio[13]

fait tragique, » comme ceux qui font le sujet des tragédies.

[2] *Filium ediderim*, « je crois pouvoir le donner comme son fils. »

[3] *Civitatis mores*, « l'esprit public. » Cette expression moderne nous semble répondre à ce que Tite-Live entend par l'affermissement *des mœurs de la cité*. On sait que Servius Tullius rangea les citoyens en cinq classes. On connaît le résultat capital de ce classement, qui fut l'admission des citoyens au partage du gouvernement, à l'*isopolitie*. Ce législateur, pour fonder l'union des *gentes*, des *curies* avec la *commune* (*plebs*), inventa les *centuries*. Il y réunit les patriciens et leurs clients aux plébéiens, et joignit à tous ceux-ci une nouvelle classe de membres de l'Etat, née de la collation du droit de cité, les *municipes*. Cette réunion prit le nom de *grand comitiat* (*comitiatus maximus*).

[4] *Nihil materiæ in viro esse*, «qu'il n'y avait pas d'étoffe dans son mari.»

[5] *Quod muliebri cessaret audacia, nacta virum*, m. à m. « parce qu'elle se départait de la hardiesse, de l'esprit entreprenant qui sied à une femme, malgré la chance qu'elle avait eue de trouver un homme de cœur. »

[6] *Malum malo aptissimum* répond à notre proverbe : *qui se ressemble s'assemble*. *Aptissimum*, pour *facile junctum*.

[7] *A femina ortum est*, comme Virgile a dit : *dux femina facti*.

[8] *Viri alieni*, « d'un homme qui n'était pas son époux, » de son beau-frère.

[9] *Ad fratrem*, sous-entendu *viri*.

[10] *Ad virum*, sous-ent. *sororis*.

[11] *Cum impari*, « avec un être inférieur » (en esprit, en audace).

[12] *Prope continuatis funeribus*, « à la suite des deux morts survenues presque coup sur coup. »

[13] *Vacuas novo matrimonio*, « ou-

fecissent, junguntur nuptiis, magis non prohibente Servio, quam approbante.

Tum vero in dies infestior[14] Tullii senectus, infestius cœpit regnum esse. Jam enim ab scelere ad aliud spectare mulier scelus : nec nocte, nec interdiu virum conquiescere pati, ne gratuita[15] præterita parricidia essent : « non sibi « defuisse[16], cui nupta diceretur, nec cum quo tacita ser- « viret : defuisse qui se regno dignum putaret ; qui memi- « nisset se esse Prisci Tarquinii filium ; qui habere, quam « sperare, regnum mallet. Si tu is es, cui[17] nuptam « esse me arbitror, et virum et regem appello : sin « minus, eo nunc pejus mutata est res, quod istic[18] cum « ignavia est scelus. Quin accingeris ? Non tibi ab Corintho, « nec ab Tarquiniis, ut patri tuo, peregrina regna[19] moliri « necesse est. Dii te penates patriique, et patris imago[20], « et domus regia, et in domo regale solium, et nomen « Tarquinium creat vocatque regem. Aut si ad hæc[21] parum « est animi, quid frustraris civitatem[22] ? quid te ut regium « juvenem conspici[23] sinis ? Facesse hinc Tarquinios, aut « Corinthum ; devolvere retro ad stirpem[24], fratri similior, « quam patri. » His aliisque increpando juvenem instigat, nec conquiescere ipsa potest : si, quum Tanaquil, peregrina mulier, tantum moliri potuisset animo, ut duo continua regna[25] viro, ac deinceps genero, dedisset ; ipsa, regio semine orta, nullum momentum in dando adimendoque regno faceret[26]. His muliebribus instinctus furiis Tarqui-

vertes par le veuvage à une nouvelle alliance. »

14 *Infestior*, comme *minus in tuto*, « plus menacé, plus compromis. »

15 *Gratuita*, comme *sine fructu*, *sine mercede*.

16 *Non sibi defuisse*, etc. « ce qui ne lui avait pas fait défaut, c'était un homme qui la prît pour épouse, un homme avec qui partager l'obscurité dans la servitude. » *Tacita servire*, pour *vitam agere latentem et servilem*.

17 *Si tu es is cui*, c.-à-d. *si talis es qualis*...

18 *Istic*, c.-à-d. *tecum*, *penes te*.

19 *Peregrina regna*, « un trône en pays étranger. »

20 *Patris imago*, « la noblesse de ton père. » L'exercice d'une magistrature curule donnait le droit de faire exécuter son portrait en cire. Les *images* des ancêtres, conservées dans les familles nobles, établissaient ce qu'on peut appeler les *quartiers de noblesse* de l'aristocratie romaine. Il est dit (liv. I, ch. 34) d'Ancus qu'il n'etait noble que par le fait de *la seule image* de Numa (*nobilem una imagine Numæ esse*).

21 *Ad hæc*, c.-à-d. *ad regnum*.

22 *Quid frustraris civitatem*, « pourquoi tromper l'espoir des citoyens ? »

23 *Conspici*, pour *conspicuum esse*.

24 *Delabere retro ad stirpem*, « redescends à l'humble condition de tes pères. »

25 *Duo continua regna*, « deux royautés successives, » deux fois de suite le titre de roi.

26 *Nullum momentum faceret*, c.-à-d. *nihil valeret*, *nullam haberet vim*. Phrase dubitative d'un tour exclamatif : « n'aurait-elle par hasard

nius, circumire et prensare minorum maxime gentium[27] patres; admonere paterni beneficii; ac pro eo gratiam repetere : allicere donis juvenes : tum de se ingentia pollicendo, tum regis criminibus[28] omnibus locis crescere[29]. Postremo, ut jam agendæ rei tempus[30] visum est, stipatus agmine armatorum, in forum irrupit : inde omnibus perculsis pavore, in regia sede pro curia[31] sedens, patres in curiam per præconem ad regem Tarquinium citari jussit. Convenere extemplo, alii jam ante ad hoc præparati, alii metu, ne, non venisse[32], fraudi esset, novitate ac miraculo attoniti, et jam de Servio actum rati. Ibi Tarquinius maledicta ab stirpe[33] ultima orsus : « Servum, servaque natum post mortem indignam parentis sui, non interregno[34] ut antea inito, non comitiis habitis, non per suffragium populi, non auctoribus patribus, muliebri dono[35] regnum occupasse. Ita natum, ita creatum regem, fautorem infimi generis hominum, ex quo ipse sit, odio alienæ honestatis[36] ereptum primoribus agrum sordidissimo cuique divisisse : omnia onera, quæ communia[37] quondam fuerint, inclinasse[38] in primores civitatis : instituisse censum[39], ut

aucune influence?.... » *Momentum* (*movimentum*) est proprement un *poids* qui fait pencher la balance.

27 *Minorum gentium*. Tarquin l'Ancien admit dans le sénat cent nouveaux membres, qui furent appelés *Patres minorum gentium*, pour les distinguer des sénateurs institués par Romulus et Tullus, lesquels portaient le titre de *Patres majorum gentium*. Ces deux fractions de l'aristocratie romaine, d'abord ennemies, se réconcilièrent lorsque les plébéiens jouirent à leur tour du droit de *gentes;* et dans leur aigreur contre la *commune*, les *Patres majorum gentium*, *Juniores patrum* surpassèrent les *Gentes majores*. (Niebuhr.)

28 *Regis criminibus* pour *criminationibus in regem jactis*.

29 *Omnibus locis crescere*, « il prend du credit, de l'influence, de l'ascendant partout; » il gagne du terrain sur tous les points.

30 *Tempus*. Denys (iv, 38) rapporte que Tarquin profita de l'époque de la moisson qui retenait dans les champs la majeure partie du petit peuple.

31 *Pro curia*, pour *in curia*.

32 *Ne non venisse*, etc. Construisez *ne fraudi esset non venisse*, « de peur que le refus de venir ne les compromît.»

33 *Maledicta ab stirpe ultima orsus*, m. à m. « ayant débuté dans ses invectives par la mention de la basse origine de Servius. » *Ultima*, c.-à-d. *infima, servili*.

34 *Interregno*. Lorsque le trône était vacant, les sénateurs nommaient un membre de leur ordre, qui, pendant cinq jours, avait la direction des affaires, et la transmettait ensuite à un autre, lequel la passait à un troisième, jusqu'à l'élection du roi.

35 *Muliebri dono*, « par suite de la donation d'une femme » (Tanaquil, femme de Tarquin l'Ancien).

36 *Honestati alienæ*, l'illustration (de race) qui lui était étrangère ; on disait, au xviie siècle, les *honnêtes gens*, dans le même sens.

37 *Communia*, « qui étaient le partage du *commun* peuple, » de la *commune*.

38 *Inclinasse*, « il les avait fait porter, fait peser. »

39 *Censum*. Lors de l'établissement du *cens*, sous Servius, la fortune la plus considerable de Rome fut évaluée à 100,000 livres de cuivre (186,000 fr. de notre monnaie).

insignis ad invidiam[40] locupletiorum fortuna esset, et parata[41], unde, ubi vellet, egentissimis largiretur.

Huic orationi Servius quum intervenisset, trepido nuntio[42] excitatus, extemplo a vestibulo curiæ magna voce : « Quid hoc, inquit, Tarquini, rei est? qua tu audacia, me vivo, vocare ausus es patres, aut in sede considere mea? » Quum ille ferociter ad hæc : « Se patris sui tenere sedem, multo quam servum potiorem filium regis regni heredem : satis illum diu per licentiam eludentem insultasse dominis[43]; » clamor ab utrisque fautoribus oritur, et concursus populi fiebat in curiam; apparebatque[44] regnaturum, qui vicisset. Tum Tarquinius, necessitate jam[45] ipsa cogente ultima audere, multo et ætate et viribus validior, medium[46] arripit Servium, elatumque e curia, in inferiorem partem per gradus dejicit. Inde ad cogendum[47] senatum in Curiam redit. Fit fuga regis apparitorum atque comitum. Ipse[48] prope exsanguis quum semianimi regio comitatu domum se reciperet, pervenissetque ad summum Cyprium vicum[49], ab iis qui missi ab Tarquinio fugientem consecuti erant, interficitur. Creditur, quia non abhorret a cetero scelere[50], admonitu Tulliæ id factum : carpento certe (id quod satis constat) in forum invecta, nec reverita cœtum virorum, evocavit virum e curia, regemque prima appellavit. A quo facessere[51] jussa ex tanto tumultu, quum se domum reciperet, pervenissetque ad summum Cyprium vicum, ubi Dianium nuper fuit[52], flectenti[53] carpentum dextra in Virbium clivum, ut in collem Esquiliarum[54] eveheretur, res-

[40] *Insignis ad invidiam*, c.-à-d. *magis conspicua et invidiæ obnoxia.*

[41] *Parata*, sous-entendu *bona.*

[42] *Trepido nuntio*, « par un messager qu'on lui avait dépêché en toute hâte. »

[43] *Satis illum*, etc. Construisez . *satis diu illum insultasse dominis eludentem (eos) per licentiam. Dominis*, les héritiers légitimes du trône.

[44] *Apparebat*, « il était clair, » il était visible.

[45] *Jam*, « dès-lors. »

[46] *Medium*, « par le milieu du corps. »

[47] *Ad cogendum*, c'est-à-dire *ad congregandum rursus*. Les sénateurs s'étaient sans doute dispersés pendant le tumulte; il s'agissait pour Tarquin de les rappeler dans la Curie de leurs séances.

[48] *Ipse*, Servius.

[49] *Ad summum Cyprium vicum*, « au haut de la rue dite *Cyprius.* » Cette rue était voisine des Esquilies et du *Tigillum Sororium*, (Voy. Varron, *De Ling. Lat.* IV.)

[50] *Quia non a cetero scelere abhorret*, « parce que cette tradition ne s'écarte pas des autres circonstances du crime, » ne fait pas disparate dans ce tissu d'horreurs.

[51] *Facessere*, pour *recedere.*

[52] *Ubi Dianium nuper fuit*, « où l'on a construit nouvellement un temple de Diane. » (*Dianium*, comme Ἡράκλειον.)

[53] *Flectenti*, pour *flectere jubenti.*

[54] *Collem Esquiliarum*, « le mont Esquilin » avait été réuni à la ville par Servius, qui y avait son habita-

titit pavidus, atque inhibuit frenos is qui jumenta agebat, jacentemque dominæ Servium trucidatum ostendit. Fœdum, inhumanumque inde traditur scelus, monumentoque locus est[55] : Sceleratum vicum vocant, quo amens, agitantibus furiis sororis ac viri, Tullia per patris corpus carpentum egisse fertur, partemque sanguinis ac cædis paternæ cruento[56] vehiculo contaminata ipsa respersaque tulisse ad penates suos virique sui : quibus[57] iratis, malo regni principio similes propediem exitus sequerentur. (TIT. LIV., lib. I, c. 46, 47, 48.)

98.—MEURTRE D'AGRIPPINE.

Agrippine, fille de Germanicus, et arrière-petite-fille d'Auguste, avait épousé en secondes noces l'empereur Claude, son oncle, pour assurer à son fils le trône qui appartenait de droit à Britannicus (Voy. la narration nº 91), et satisfaire sa propre ambition. La mort de Claude, dont elle avait avancé les jours, trouva un vengeur dans Néron, qui reconnut le coupable bienfait de sa mère en la faisant assassiner pour se soustraire à son humeur impérieuse, l'an 812 de Rome, 59 de J.-C.

C. Vipstano, C. Fonteio coss., diu meditatum scelus non ultra Nero distulit, vetustate imperii[1] coalita[2] audacia, et flagrantior in dies amore Poppææ, quæ sibi matrimonium, et discidium Octaviæ, incolumi Agrippina, haud sperans, crebris criminationibus, aliquando per facetias incusaret, principem, et pupillum vocaret, qui, jussis alienis obnoxius[3], non modo imperii, sed libertatis etiam indigeret. « Cur enim differri nuptias suas? formam scilicet displicere, et triumphales avos[4]? an fecunditatem et verum animum[5]? timeri, ne uxor saltem injurias patrum[6], iram populi adversus superbiam avaritiamque matris aperiat. Quod si

tion. Cette colline était ainsi appelée des *chênes* (*esculeta*) dont elle était anciennement couverte. (Voy. Varron, *de Ling. Lat.*, IV, 8.)

[55] *Monumento locus est,* « le lieu en garde le souvenir. » *Monumentum,* en général tout ce qui rappelle un souvenir.

[56] *Cruento,* comme *cruentato. Cruento carpento* opposé à *contaminata ipsa.* Le char fut ensanglanté, la personne même fut souillée.

[57] *Quibus,* sous-ent. *penatibus.*

98.—[1] *Vetustate imperii,* « par une longue possession de l'autorité suprême. »

[2] *Coalita,* de l'inusité *coaleo.*

[3] *Incusaret* « allait jusqu'à accuser. » Le conditionnel *incusaret* est plus fort que l'infinitif *incusare,* donné par Oberlin, d'après Juste-Lipse.

[4] *Triumphales avos,* « les triomphes de ses aïeux. » En fait de triomphes, on ne comptait dans la famille de Poppée que celui de son aïeul maternel, Poppéus Sabinus. Mais l'exagération sied bien dans la bouche d'une femme ambitieuse et passionnée.

[5] *Verum animum,* « un amour sincère. » Insinuation contre Octavie, femme de Neron.

[6] *Injurias patrum,* « les griefs du sénat. » Voy. Racine, *Britannicus,* IV, 2 : Le sénat chaque jour et le peuple, irrités..., etc.

nurum Agrippina non nisi filio infestam ferre posset, reddatur ipsa Othonis conjugio[7] : ituram quoquo terrarum, ubi audiret potius contumelias imperatoris, quam viseret, periculis ejus immixta. » Hæc atque talia, lacrymis et arte adulteræ penetrantia, nemo prohibebat; cupientibus cunctis infringi matris potentiam, et credente nullo usque ad cædem ejus duratura filii odia.

Igitur Nero vitare secretos ejus congressus : abscedentem in hortos, aut Tusculanum[8], vel Antiatem in agrum[9], laudare, quod otium lacesseret[10]. Postremo, ubicumque haberetur[11], prægravem[12] ratus, interficere constituit : hactenus consultans, veneno, an ferro, vel qua alia vi. Placuitque primo venenum : sed inter epulas principis si daretur, referri ad casum non poterat, tali jam Britannici exitio; et ministros tentare[13] arduum videbatur mulieris, usu scelerum adversus insidias intentæ : atque ipsa præsumendo remedia[14] munierat corpus. Ferrum et cædes quonam modo occultaretur, nemo reperiebat : et, ne quis illi tanto facinori delectus jussa sperneret, metuebat. Obtulit ingenium[15] Anicetus libertus, classi apud Misenum præfectus, et pueritiæ Neronis educator ac mutuis odiis[16] Agrippinæ invisus. Ergo « navem posse componi docet, cujus pars, ipso in mari per artem soluta, effunderet ignaram[17] : nihil tam capax fortuitorum[18] quam mare; et, si naufragio intercepta sit, quem adeo iniquum, ut sceleri adsignet[19], quod venti et fluctus deliquerint? Additurum principem defunctæ templum, et aras, et cetera ostentandæ pietati[20]. »

Placuit sollertia, tempore etiam juta[21], quando Quinqua-

7 *Othonis conjugio*. Elle avait quitté Othon pour Néron, dont elle était la maîtresse, comme elle avait quitté Rufus Crispinus, préfet des cohortes prétoriennes, pour Othon.

8 *Tusculanum... agrum*, « la campagne de Tusculum », auj. *Frascati*, ville du Latium, au S.-E. de Rome. Cicéron y avait une maison de campagne où il composa les *Tusculanes*.

9 *Antiatem*, « d'Antium, » ville du Latium, sur la mer Tyrrhénienne, au S.-O. de Rome.

10 *Quod otium lacesseret*, « de ce qu'elle courait après le repos. » Il y a une intention sardonique dans cette expression forcée *lacesseret*.

11 *Haberetur*, comme *se haberet*.

12 *Prægravem*, sous-entendu *eam esse* ou *fore*.

13 *Ministros tentare*, « tenter la foi de ses serviteurs. »

14 *Remedia*, « des antidotes. »

15 *Obtulit ingenium*, « offrit son industrie, » mit son talent au service de Néron.

16 *Mutuis odiis*, « une haine réciproque. »

17 *Effunderet ignaram*, « pouvait la submerger sans qu'elle s'en doutât, à l'improviste. »

18 *Tam capax fortuitorum*, « si susceptible d'aventures, de hasards. »

19 *Ut sceleri adsignet*, « de mettre sur le compte du crime. »

20 *Ostentandæ pietati* comme *in ostentationem pietatis*.

21 *Juta*, participe passé de *Juvo*.

truum [22] festos dies apud Baias [23] frequentabat. Illuc matrem elicit [24], ferendas parentum iracundias, et placandum animum [25] dictitans, quo rumorem reconciliationis efficeret, acciperetque Agrippina, facili feminarum credulitate ad gaudia [26]. Venientem dehinc, obvius in littora [27] (nam Antio [28] adventabat) excipit manu et complexu, ducitque Baulos [29] : id villæ nomen est, quæ, promontorium Misenum inter et Baianum lacum, flexo mari alluitur [30]. Stabat inter alias navis ornatior, tanquam id quoque honori matris daretur : quippe sueverat triremi, et classiariorum remigio vehi, ac tum invitata ad epulas erat, ut occultando facinori nox adhiberetur. Satis constitit exstitisse proditorem, et Agrippinam, auditis insidiis, an crederet ambiguam [31], gestamine sellæ Baias pervectam. Ibi blandimentum sublevavit metum : comiter excepta, superque ipsum collocata [32]. Nam pluribus sermonibus, modo familiaritate juvenili Nero, et rursus adductus [33], quasi seria consociaret, tracto in longum convictu [34], prosequitur abeuntem, artius oculis et pectori hærens [35], sive explenda simulatione, seu perituræ matris supremus adspectus, quamvis ferum animum retinebat.

Noctem sideribus illustrem, et placido mari quietam, quasi convincendum ad scelus, dii præbuere. Nec multum erat progressa navis, duobus e numero familiarium Agrippinam comitantibus : ex quis Crepereius Gallus haud procul gubernaculis adstabat. Acerronia super pedes cubitantis

22 *Quinquatruum.* Les Quinquatries étaient une fête en l'honneur de Minerve. D'abord cette fête ne durait qu'un jour; mais ensuite elle en dura cinq : c'est de là que lui vient son nom.

23 *Baias,* « Baïes, » auj. Baja, au S.-O. de Naples.

24 *Elicit,* « il y attire. »

25 *Animum,* sous-entendu *suum.*

26 *Credulitate ad gaudia,* « cette crédulité de la joie, cette disposition à croire aux choses agréables. »

27 *Obvius in littora,* « allant à sa rencontre le long des côtes. »

28 *Antio.* Voy. plus haut, note 9.

29 *Baulos.* Cette villa avait appartenu à l'orateur Hortensius.

30 *Flexo mari alluitur,* m. à m. « est baignée par la mer qui se courbe en cet endroit, » qui forme une *anse.*

31 *An crederet ambiguam,* « ne sachant si elle devait y croire. »

32 *Super ipsum collocata,* « Il la fit placer à table au-dessus de lui, » à la place d'honneur (à la tête du lit de table). Voy. page 224, note 40.

33 *Rursus adductus,* « puis reprenant un air de gravité. » La métaphore *adductus* est empruntée au front qui se contracte dans le sérieux et la tristesse. Stace a dit des lions de Domitien (*Silves*) :—... Totas duxere in lumina frontes. Voy. sur tout ceci les beaux vers de *Britannicus,* v, 3.

34 *Convictu,* « le banquet. »

35 *Oculis et pectori hærens,* « la tenant étroitement serrée, ses yeux contre les yeux de sa mère, son sein contre son sein. » Nous proposons ce sens intermédiaire entre l'explication adoptée par les traducteurs italiens Davanzati, Petrucci, et celle qu'a donnée M. Burnouf

reclinis, pœnitentiam filii et reciperatam matris gratiam per gaudium memorabat; quum, dato signo, ruere tectum loci,[36] multo plumbo grave; pressusque[37] Crepereius, et statim exanimatus est. Agrippina et Acerronia eminentibus lecti parietibus[38], ac forte validioribus quam ut oneri cederent, protectæ sunt : nec dissolutio navigii sequebatur[39], turbatis omnibus, et quod plerique ignari etiam conscios[40] impediebant. Visum dehinc remigibus[41] unum in latus inclinare, atque ita navem submergere. Sed neque ipsis promptus in rem subitam consensus, et alii, contra nitentes[42], dedere facultatem lenioris in mare jactus[43]. Verum Acerronia imprudens, dum se Agrippinam esse, utque subveniretur matri principis clamitat, contis et remis, et quæ fors obtulerat, navalibus telis conficitur. Agrippina silens, eoque minus agnita, unum tamen vulnus humero excepit. Nando, deinde occursu lenunculorum[44], Lucrinum in lacum[45] vecta, villæ suæ infertur. Illic reputans, ideo se fallacibus litteris accitam, et honore præcipuo habitam; quodque littus juxta, non ventis acta, non saxis impulsa navis, summa sui parte, veluti terrestre machinamentum[46] concidisset; observans etiam Acerroniæ necem; simul suum vulnus adspiciens : solum insidiarum remedium esse, si non intelligerentur[47] : misit libertum Agerinum, qui

36 *Tectum loci,* « le plafond de la chambre. » *Locus* est toute espèce d'endroit où l'on séjourne; ici c'est la *camara* dont parle Suétone.

37 *Pressus*, pour *oppressus*, *obrutus*.

38 *Lecti parietibus*, « les côtés du lit» (où elles étaient). *Paries* signifie non-seulement une muraille, mais une clôture, un barrage, une simple planche. Ici il s'agit du bois de lit, dont les côtés, qui dépassaient la tête des deux femmes, purent soutenir la chute du plafond.

39 *Sequebatur*, c.-à-d. *succedebat*, le vaisseau ne s'ouvrait pas tout de suite, tardait à s'ouvrir.

40 *Conscios*, « ceux qui étaient dans le secret. »

41 *Visum remigibus*, « il vint à l'esprit des rameurs. » Ces rameurs ne peuvent être que ceux qui étaient du complot· ce qui est confirmé par ce qui suit.

42 *Contra nitentes*, « pesant de l'autre côté, » et non : faisant contre-poids.

43 *Jactus* se rapporte non aux matelots, mais au navire lui-même, qui, grâce à la circonstance heureuse dont il vient d'être question, lance plus doucement les naufragées dans la mer.

44 *Occursu lenunculorum*, « grâce à la rencontre de petites barques. »

45 *Lucrinum in lacum*, « le lac Lucrin, » au N.-O. de Naples, près de Putéoles (Pouzzol), communiquait avec la mer, et était célèbre par ses huîtres. Un tremblement de terre, en 1538, fit surgir une montagne à la place de ce beau lac, qui n'est plus guère aujourd'hui qu'un petit étang appelé *Lago di licola*.

46 *Veluti terrestre machinamentum*, « comme toute construction établie en terre ferme, » une charpente, un édifice : opposé à *navis*.

47 *Solum insidiarum remedium esse*, etc., se rapportant à *reputans* « comprenant, en outre, que le seul moyen d'échapper aux embûches était de ne pas avoir l'air de les deviner. » *Si non intelligerentur*, comme *si fingeret eas non intelligi*.

nuntiaret filio, benignitate deum et fortuna ejus, evasisse gravem casum; orare, ut quamvis periculo matris exterritus, visendi curam differret : sibi ad præsens[48] quiete opus. Atque interim, securitate simulata, medicamina vulneri, et fomenta corpori adhibet. Testamentum Acerroniæ requiri, bonaque obsignari[49] jubet : id tantum non per simulationem[50].

At Neroni, nuntios patrati facinoris opperienti, affertur evasisse ictu levi sauciam, et hactenus adito discrimine, ne auctor dubitaretur[51]. Tum pavore exanimis, et « jam jamque adfore obtestans, vindictæ properam[52], sive servitia[53] armaret, vel militem accenderet, sive ad senatum et populum pervaderet[54], naufragium, et vulnus, et interfectos amicos objiciendo : quod contra subsidium[55] sibi? nisi quid Burrhus et Seneca expergiscerentur[56] : » quos statim acciverat, incertum an et ante ignaros. Igitur longum utriusque silentium, ne irriti dissuaderent; an eo descensum credebant, ut nisi præveniretur Agrippina[57], pereun-

48 *Ad præsens*, « quant à présent, » en ce moment.

49 *Bona obsignari*, « qu'on mît ses biens sous le scellé. »

50 *Id tantum non per simulationem*. Ce membre de phrase ne présente pas un sens clair. On comprend à merveille la dissimulation d'Agrippine en ce qui touche au danger qu'elle a couru, la fausse sécurité qu'elle affecte. Mais on comprend moins bien ce qu'ajoute Tacite relativement à la recherche du testament d'Acerronie, à cette apposition de scellés, *en quoi*, dit-il, Agrippine *ne prenait plus soin de dissimuler*. Que veut dire ce *tantum non*? Certains manuscrits ne portent pas *non ;* des éditions donnent *id tamen per simulationem*, ce qui ne serait pas plus intelligible. M. Burnouf traduit sans expliquer : *en cela seulement elle ne dissimulait pas*. Faut-il entendre que l'impératrice, en ce qui la concernait personnellement, c.-à-d. par rapport à sa blessure, qu'elle affectait d'attribuer à un accident fortuit, prenait sur elle de dissimuler et y réussissait; mais que, par rapport à Acerronie, à ces soins si douloureux pour une amie, d'un testament à rechercher, de formalités légales à remplir, sa présence d'esprit lui manquait, et qu'elle laissait échapper des mots, des gestes qui trahissaient ses secrètes pensées?

51 *Hactenus adito discrimine*, etc. « qu'elle n'avait couru que ce qu'il fallait de danger pour ne pouvoir en méconnaître l'auteur. »

52 *Properam*, comme *avidam*.

53 *Servitia*. Voy. sur ce mot la narration de la *Bataille de Pistoie*, page 208, notes 6 et 7.

54 *Sive ad senatum et populum pervaderet*, « si elle allait jusqu'à en appeler au sénat et au peuple. »

55 *Subsidium*. D'autres éditions portent *suffragium* et *suffugium* dans le même sens.

56 *Nisi quid... expergiscerentur*. Ici encore le texte est douteux et les éditions diffèrent. Au lieu d'*expergiscerentur* on a lu *expurgent*, *expromerent*, *expedirent*, etc. Quant au sens, il n'est pas équivoque; toutes ces leçons reviennent à dire : « si Burrhus et Sénèque ne trouvaient un expédient, » ne s'évertuaient à le tirer d'affaire. M. Burnouf traduit « ne se prononçaient; » nous préférerions « n'avisaient. »

57 *An eo descensum credebant*, etc., « ou peut-être croyaient-ils que les choses étaient arrivées à cette extrémité... » qu'on avait descendu la pente jusqu'au point qu'il fallait que la mère succombât ou que le fils pérît

dum Neroni esset. Post Seneca, hactenus promptior[58], respicere Burrhum, ac sciscitari, an militi[59] imperanda cædes esset ? Ille « prætorianos toti Cæsarum domui obstrictos, memoresque Germanici, nihil adversus progeniem ejus atrox ausuros, respondit : perpetraret Anicetus promisssa. » Qui nihil cunctatus, poscit summam sceleris[60] Ad eam vocem Nero, « illo sibi die dari imperium, auctoremque tanti muneris libertum profitetur ; iret propere, duceretque promptissimos ad jussa[61]. » Ipse, audito venisse missu Agrippinæ nuntium Agerinum, scenam ultro criminis parat[62] ; gladiumque, dum mandata perfert, abjicit inter pedes ejus : tum quasi deprehenso[63], vincla injici jubet, ut, exitium principis molitam matrem, et pudore deprehensi sceleris sponte mortem sumpsisse confingeret.

Interim vulgato Agrippinæ periculo, quasi casu evenisset. ut quisque acceperat, decurrere ad littus. Hi molium objectus[64], hi proximas scaphas scandere; alii quantum corpus sinebat, vadere in mare, quidam manus protendere : questibus, votis, clamore diversa rogitantium, aut incerta respondentium, omnis ora compleri : adfluere ingens multitudo cum luminibus, atque ubi incolumem esse pernotuit, ut ad gratandum, sese expedire[65], donec adspectu armati et minitantis agminis disjecti sunt. Anicetus villam statione circumdat, refractaque janua, obvios servorum arripit, donec ad fores cubiculi veniret : cui[66] pauci adstabant, ceteris terrore irrumpentium exterritis. Cubiculo modicum lumen inerat, et ancillarum una : magis ac magis anxia Agrippina, quod nemo a filio[67], ac ne Agerinus quidem :

58 *Hactenus promptior*, « ne s'avança que jusqu'à ceci, » ne prit l'initiative que dans cette mesure : il regarda Burrhus. M. Burnouf, dans une note très-judicieuse, relève le contre-sens de Dureau de Lamalle, qui traduit : « enfin Sénèque toujours plus entreprenant.» Tacite ne charge pas Sénèque; au contraire il le justifie autant que possible. C'était déjà beaucoup, c'était trop de poser la question du meurtre ; mais enfin Sénèque n'a pas été plus loin ; il n'entreprit que jusque-là, *hactenus*, comme *eo usque modo*.

59 *Militi*, « aux gens de guerre. » *Militi*, pour *militibus*, par synecdoche.

60 *Poscit summam sceleris*, « réclame la mission de consommer le crime, » d'y mettre la dernière main.

61 *Ad jussa*, se rapporte à *promptissimos*.

62 *Scenam ultro criminis parat*, « il (Néron) prépare aussitôt une scène accusatrice, » c'est-à-dire un coup de théâtre d'où il fera sortir une accusation contre sa mère.

63 *Quasi deprehenso*, « comme s'il était surpris en flagrant délit. »

64 *Molium objectus*, « les digues.» Sur ces digues de Baïes, voy. Horace (*Odes*, I, 3), Virgile (*Énéide*, IX, 710). Strabon (l. V, page 245).

65 *Ut ad gratandum sese expedire* « on faisait ses dispositions pour la féliciter. »

66 *Cui*, sous-entendu *cubiculo*.

67 *Quod nemo a filio*, sous-entendu *veniret*.

« aliam fere littore faciem nunc[68], solitudinem ac repentinos strepitus, et extremi mali indicia. » Abeunte dehinc ancilla, « Tu quoque me deseris » prolocuta, respicit Anicetum, trierarcho Herculeo, et Oloarito, centurione classiario, comitatum : ac, « si ad visendum venisset, refotam nuntiaret : sin facinus patraturus, nihil se de filio credere ; non imperatum parricidium. » Circumsistunt lectum percussores, et prior trierarchus fusti caput ejus afflixit. Jam in mortem[69] centurioni ferrum destringenti, protendens uterum, « Ventrem feri, » exclamavit : multisque vulneribus confecta est. (TAC., *Ann.*, lib. XIV, cap. 1–8.)

99.—MORT DE LUCRÈCE.

Lucrèce, fille de Sp. Lucretius, préfet de Rome, et épouse de Tarquin Collatin, ayant été déshonorée par Sextus, fils de Tarquin-le-Superbe, se donna la mort en présence de son mari, de son père, de Brutus et de quelques amis, et leur demandant vengeance, l'an 244 de Rome, 509 av. J.-C. Ce fut là l'occasion du renversement de la royauté et de l'établissement de la république.

Ardeam Rutuli habebant, gens ut in ea regione atque in ea ætate, divitiis præpollens; eaque ipsa causa belli fuit, quod rex romanus tum ipse ditari, exhaustus magnificentia publicorum operum, tum præda delinire popularium animos studebat; præter aliam superbiam[1], regno infestos[2] etiam quod se in fabrorum ministeriis ac servili tam diu habitos opere ab rege indignabantur. Tentata res est, si primo impetu capi Ardea posset; ubi id parum processit, obsidione munitionibusque cœpti premi hostes. In iis stativis[3], ut fit, longo magis quam agri bello, satis liberi com-

68 *Aliam fere*, etc., sous-entendu *animadvertebat*.

69 *Jam in mortem*. Nous avons rétabli, avec l'édition Lemaire et l'édition Bipontine, ce *jam*, au lieu de *nam* que porte le texte de M. Burnouf. Nous avouons ne pas comprendre ce que pourrait signifier *nam*, tandis que *jam* répond à *prior* qui précède, ou mieux à une ellipse : « Le triérarque lui décharge le premier un coup de bâton sur la tête ; » (sous-entendu « le coup n'était pas mortel ») « et comme le centurion tirait son glaive, *cette fois pour lui donner la mort...* » (en rattachant *jam* à *in mortem*.

99.—1 *Præter aliam superbiam*, comme *præter alia superbiæ argumenta*.

2 *Regno infestos*, « irrités contre le roi, » ou mieux, dans un sens plus étendu, « contre l'arbitraire du pouvoir royal. »

3 *Stativis*. *Castra stativa*, « un camp fixe. » Quand l'armée ne devait séjourner qu'une ou deux nuits dans un endroit, on appelait cette station *castra* (plus tard *mansio*), mais si elle restait quelque temps dans le même lieu, on désignait l'emplacement sous le nom de *stativa castra*.

meatus erant[4], primoribus tamen magis quam militibus. Regii quidem juvenes interdum otium conviviis comessationibusque[5] inter se terebant. Forte potantibus his apud Sextum Tarquinium, ubi et Collatinus cœnabat Tarquinius, Egerii filius, incidit de uxoribus mentio : suam quisque laudare miris modis. Inde certamine accenso, Collatinus negat verbis opus esse, paucis id quidem horis posse sciri, quantum ceteris præstet Lucretia sua. « Quin, si vigor juventæ inest, conscendimus equos, invisimusque præsentes[6] nostrarum ingenia? Id cuique spectatissimum sit[7], quod nec opinato viri adventu occurrerit oculis. » Incaluerant vino : « Age sane, » omnes citatis equis advolant Romam. Quo quum, primis se intendentibus tenebris[8], pervenissent, pergunt inde Collatiam : ubi Lucretiam, haudquaquam ut regias nurus, quas in convivio luxuque cum æqualibus viderant tempus terentes, sed nocte sera deditam lanæ inter lucubrantes ancillas in medio ædium[9] sedentem inveniunt. Muliebris certaminis laus penes Lucretiam fuit. Adveniens vir Tarquiniique excepti benigne; victor maritus comiter invitat regios juvenes. Ibi Sextum Tarquinium mala libido Lucretiæ per vim stuprandæ capit; cum forma, tum spectata castitas incitat. Et tum quidem ab nocturno juvenili ludo, in castra redeunt.

Paucis interjectis diebus, Sextus Tarquinius, inscio Collatino, cum comite uno Collatiam venit; ubi exceptus benigne ab ignaris consilii, quum post cœnam in hospitale cubiculum[10] deductus esset, postquam satis omnia tuta circa[11], sopitique omnes videbantur, stricto gladio ad dormientem Lucretiam venit, sinistraque manu mulieris pec-

4 *Commeatus satis liberi*. Des congés étaient accordés assez facilement.

5 *Comessationibus*, « des orgies nocturnes. » *Comessatio* ou *commissatio*, de κῶμος, κωμάζειν, courir les rues, les places pendant la nuit.

6 *Præsentes*, « par nos propres yeux, » en personne.

7 *Id cuique spectatissimum sit*. Construisez : *id quod occurrerit... sit cuique spectatissimum* (*maximum specimen*), m. à m. : « que chacun de nous regarde comme l'échantillon, comme l'indice le plus frappant (de leur caractère), le fait, la circonstance qui :... » *id... quod...*

8 *Se intendentibus*, comme *se extendentibus*.

9 *In medio ædium*. Dans l'*atrium* ou l'*aula*. Les femmes s'occupaient à filer dans la cour intérieure de la maison, sans doute pour que cette occupation respectable eût plus de témoins. (Voy. Ascon, *in Cic. pro Mil.*, 5.)

10 *Hospitale cubiculum*. Les citoyens nobles faisaient ordinairement construire pour les étrangers des appartements (*domunculæ*) appelés *hospitalia*, aux deux ailes de leurs demeures, avec des entrées séparées, afin qu'à leur arrivée on pût les recevoir sans les admettre dans le *péristyle*, partie privée de la maison.

11 *Satis tuta circa*, sous-entends *loca*.

tore oppresso : « Tace, Lucretia, inquit; Sextus Tarquinius sum; ferrum in manu est : moriere, si emiseris vocem. » Quum pavida e somno [12] mulier, nullam opem, prope mortem imminentem videret; tum Tarquinius orare, miscere precibus minas; addere ad metum dedecus. Quo terrore quum vicisset obstinatam pudicitiam, profectusque inde Tarquinius ferox, expugnato decore muliebri, esset; Lucretia, mœsta tanto malo, nuntium Romam eumdem ad patrem, Ardeamque ad virum mittit, ut cum singulis fidelibus amicis veniant : « ita facto, maturatoque opus esse : rem atrocem incidisse. » Sp. Lucretius cum P. Valerio Volesi filio, Collatinus cum L. Junio Bruto venit, cum quo forte Romam rediens ab nuntio uxoris erat conventus [13]. Lucretiam sedentem mœstam in cubiculo inveniunt. Adventu suorum lacrymæ obortæ, quærentique viro, Satin' salvæ [14]? « Minime, inquit; quid enim salvi est mulieri, amissa pudicitia? Collatine, corpus est tantum violatum, animus insons, mors testis erit. Sed date dextras fidemque, haud impune adultero fore. Sextus est Tarquinius, qui hostis pro hospite [15] priore nocte vi armatus, mihi sibique [16], si vos viri estis, pestiferum hinc abstulit gaudium. » Dant ordine [17] omnes fidem : consolantur ægram animi, avertendo noxam ab coacta in auctorem delicti : mentem peccare, non corpus [18] : et unde consilium abfuerit, culpam abesse. « Vos, inquit, videritis quid illi debeatur : ego me, etsi peccato absolvo, supplicio non libero, nec ulla deinde impudica Lucretiæ exemplo vivet. » Cultrum, quem sub veste abditum habebat, eum in corde defigit : prolapsaque in vulnus [19], moribunda cecidit. Conclamant vir, paterque. Brutus, illis luctu occupatis, cultrum ex vulnere Lucretiæ

12 *Pavida ex somno*, « dans l'épouvante d'un réveil en sursaut. »

13 *Erat conventus*, comme *convenerat*.

14 *Satin' salvæ*, sous-entendu *res sunt*, « tout va-t-il bien ? » C'est par une ellipse semblable que nous disons en langage familier : *comment va?*

15 *Hostis pro hospite*. Voyez page 19, note 6.

16 *Mihi sibique*, joignez *pestiferum*.

17 *Ordine*, « successivement, à tour de rôle. »

18 *Mentem peccare, non corpus*, etc. M. Ponsard, dans sa tragédie de *Lucrèce*, a exprimé ces idées en beaux vers : — Que parles-tu de peine, épouse magnanime ! — Ce n'est pas au malheur qu'on la doit, c'est au crime. — Ne te reproche rien ; tu n'as rien fait de bas : — La faute ne peut être où le dessein n'est pas. — Le lit fut profané, mais l'épouse est sans blâme, — Et l'affront de ton corps n'atteignit pas ton âme. (Acte V, sc. 3.)

19 *Prolapsa in vulnus*, m. à m. : « étant tombée en avant, dans le sens de la blessure, » (Lucrèce s'est frappée dans la poitrine, c.-à-d. dans la partie antérieure du corps) ; s'affaissant sur elle-même. » Voy. Virg. *Enéide*, 488, *corruit in vulnus*.

extractum manantem cruore præ se tenens : « Per hunc, inquit, castissimum ante regiam injuriam [20] sanguinem juro; vosque, dii, testes facio, me L. Tarquinium Superbum, cum scelerata conjuge, et omni liberorum stirpe, ferro, igni, quacumque dehinc vi possim, exsecuturum [21] ; nec illos, nec alium quemquam regnare Romæ passurum. » Cultrum deinde Collatino tradit; inde Lucretio ac Valerio, stupentibus miraculo rei, unde novum [22] in Bruti pectore ingenium. Ut præceptum erat [23], jurant; totique ab luctu versi in iram, Brutum jam inde ad expugnandum regnum vocantem sequuntur ducem.

Elatum domo Lucretiæ corpus, in forum deferunt, concientque miraculo, ut fit, rei novæ atque indignitate homines : pro se quisque scelus regium ac vim queruntur. Movet tum patris mœstitia, tum Brutus, castigator lacrymarum atque inertium querelarum, auctorque quod viros, quod Romanos deceret, arma capiendi adversus hostilia ausos [24]. Ferocissimus quisque juvenum cum armis voluntarius adest : sequitur et cetera juventus. Inde pari præsidio [25] relicto Collatiæ ad portas, custodibusque datis, ne quis eum motum regibus nuntiaret, ceteri armati, duce Bruto, Romam profecti. Ubi eo ventum est, quacumque incedit armata multitudo, pavorem ac tumultum facit : rursus, ubi anteire primores civitatis vident [26], quidquid sit, haud temere esse [27] rentur.

Nec minorem motum animorum Romæ tam atrox res facit, quam Collatiæ fecerat. Ergo ex omnibus locis urbis in forum curritur. Quo simul ventum est, præco ad tribunum Celerum [28], in quo tum magistratu forte Brutus erat,

20 *Ante regiam injuriam*, m. à m. « avant l'insulte qui lui est venue de quelqu'un de race royale. »

21 *Exsecuturum*, pour *persecuturum*.

22 *Unde novum*, etc. Brutus avait contrefait l'imbécile.

23 *Ut præceptum erat*, sous-ent. *a Bruto*, « selon la formule que Brutus avait employée par avance, » (*quam præiverat Brutus*).

24 *Adversus hostilia ausos*, « contre des provocateurs audacieux. »

25 *Pari præsidio*, « un poste *suffisant*, assez fort pour repousser une attaque. » Mais peut-être faut-il lire avec Gronovius : *inde pars præsidio relicti Collatiæ, ad portas custodibus datis*, etc. Dans cette ingénieuse hypothèse, qui adoucit et éclaircit le texte, *pars* serait opposé à *ceteri* : une partie reste pour garder Collatie; le reste, aux ordres de Brutus, marche sur Rome.

26 *Rursus, ubi anteire*, etc., « mais à la vue des premiers de l'Etat qui marchent en tête. »

27 *Haud temere esse*, « qu'on n'agit pas à la légère. »

28 *Celerum*. Les *Célères* étaient un corps de trois cents cavaliers qui avaient pour fonction de garder la personne du roi. Lorsque Romulus eut divisé le peuple en trois tribus, il prit dans chacune cent jeunes gens de marque qui reçurent le nom de

populum advocavit. Ibi oratio habita nequaquam ejus pectoris ingeniique[29], quod simulatum ad eam diem fuerat, de vi ac libidine Sexti Tarquinii, de stupro infando Lucretiæ et miserabili cæde, orbitate Tricipitini[30], cui morte filiæ causa mortis indignior ac miserabilior esset : addita superbia ipsius regis, miseriæque et labores plebis in fossas cloacasque[31] exhauriendas demersæ. Romanos homines, victores omnium circa populorum, opifices ac lapicidas pro bellatoribus factos. Indigna Servii Tullii regis memorata cædes, et invecta corpori patris nefando vehiculo filia : invocatique ultores parentum dii. His atrocioribusque, credo, aliis, quæ præsens rerum indignitas haudquaquam relatu scriptoribus facilia subjicit[32], memoratis, incensam multitudinem perpulit, ut imperium regi abrogaret, exsulesque esse juberet L. Tarquinium cum conjuge ac liberis. Ipse junioribus qui ultro nomina dabant[33], lectis armatisque, ad concitandum inde adversus regem exercitum, Ardeam in castra est profectus; imperium in urbe Lucretio, præfecto urbis[34] jam ante ab rege instituto, relinquit. Inter hunc tumultum, Tullia domo profugit, exsecrantibus quacumque incedebat, invocantibusque parentum furias viris mulieribusque. Harum rerum nuntiis in castra perlatis, quum re nova trepidus rex pergeret Romam ad comprimendos motus, flexit viam[35] Brutus (senserat enim

Célères (ταχεῖς ἐπὶ τὰ ἔργα). Ils furent partagés en trois centuries qu'on distingua d'après les noms employés pour la division des trois tribus, en *Rhamnenses*, *Tatienses* et *Luceres*. Ce corps donna depuis naissance à l'ordre des *chevaliers*.

29 *Nequaquam ejus pectoris ingeniique*, « sans rien montrer de cet appesantissement de cœur et d'esprit. »

30 *Tricipitini*. Sp. Lucretius Tricipitinus, père de Lucrèce.

31 *Cloacas*. « égoûts » que Tarquin l'Ancien avait fait creuser pour assainir la vallee du Forum et les vallées environnantes, et conduire leurs eaux jusqu'au Tibre. Un égout principal, appelé la *Cloaque maxime*, traversait une grande partie du Forum du N. au S., et d'autres égouts venaient s'y embrancher. Tous étaient construits et voûtés en pierres de taille. Leur établissement exigea les travaux les plus pénibles, auquels Tarquin força le peuple de prendre part. La Cloaque maxime existe encore en partie; elle a 4 mètres 50 centimètres de large, et plus de 10 mètres de haut.

32 *Quæ præsens rerum indignitas subjicit*, sous-entendu *oratori*; que peut inspirer l'horreur d'un événement dont on a eté temoin oculaire.

33 *Qui nomina dabant ultro*. Dans une levée de troupes, les citoyens devaient répondre à l'appel de leurs noms et se faire inscrire. C'est ce qu'on appelait *nomina dare*.

34 *Præfecto urbis*. Le gouverneur ou *préfet* de la ville était originairement institué pour tenir la place des rois en leur absence. Ce magistrat pouvait assembler le senat et présider les comices.

35 *Flexit viam*, comme *de via deflexit*, « se detourna de sa route. » On dit de même *ire viam*. *pergere viam*, etc.

adventum[36]) ne obvius fieret; eodemque fere tempore, diversis itineribus, Brutus Ardeam, Tarquinius Romam, venerunt. Tarquinio clausæ portæ, exsiliumque indictum: liberatorem urbis læta castra accepere; exactique inde liberi regis. (TIT. LIV., lib. I, cap. 57, 58, 59 et 60.)

100.—CONSPIRATION ET MORT DE PISON.

Pison (C. Calpurnius Piso), personnage consulaire, organisa l'an 818 de Rome, 65 après J.-C., un complot contre Néron. Nombre de personnages illustres, et entre autres le poëte Lucain, en firent partie. Le complot ayant été découvert, Pison, au lieu de profiter du temps qui lui restait pour opérer un soulèvement en sa faveur, se fit ouvrir les veines. Il prodigua des adulations à Néron dans son testament, pour qu'il laissât passer ses biens à sa femme Arria. La courtisane Epicharis, dont il est question dans ce récit, racheta par sa fermeté héroïque les désordres de sa vie et la lâcheté de la plupart de ses complices.

Ineunt consulatum Silius Nerva et Atticus Vestinus[1], cœpta simul et aucta conjuratione[2], in quam certatim nomina dederant[3] senatores, eques, miles, feminæ etiam, quum odio Neronis, tum favore in C. Pisonem. Is, Calpurnio genere[4] ortus ac multas insignesque familias paterna nobilitate complexus, claro apud vulgum rumore erat per virtutem aut species[5], virtutibus similes. Namque facundiam tuendis civibus[6] exercebat, largitionem adversus amicos, et ignotis quoque comi sermone et congressu. Aderant etiam fortuita[7], corpus procerum, decora facies. Sed procul gravitas morum, aut voluptatum parcimonia: lenitati[8] ac magnificentiæ, et aliquando luxui, indulgebat. Idque pluribus[9] probabatur, qui, in tanta vitiorum dulce-

36 *Senserat adventum,* il avait eu vent de son arrivée.

100.—1 *Silius Nerva et Atticus Vestinus.* Leur consulat répond à l'an 818 de Rome, 65 de J.-C.

2 *Cœpta simul et aucta,* m. à m.: « formée et fortifiée en même temps,» puissante aussitôt que formée.

3 *Nomina dederant,* « avaient donné leurs noms, » pour « s'étaient engagés. » Allusion au mode d'enrôlement militaire qui consistait pour le citoyen appelé à répondre à l'appel de son nom (*nomina dare*). Voy. à la page précédente la note 33.

4 *Calpurnio genere.* La famille Calpurnia se flattait de descendre de Numa. (Voy. Horace, *Art poétique.*)

5 *Species,* « des dehors. »

6 *Tuendis civibus,* comme *in tutelam civium.*

7 *Fortuita,* « des qualités qu'on ne doit qu'au hasard. »

8 *Lenitati,* « la sensualité. » Nous conservons avec M. Burnouf ce mot qu'il traduit par « une vie douce; » mais nous croyons avec Ernesti qu'il vaudrait mieux lire *levitati* (*levitas,* la légèreté de la conduite opposé à *gravitas morum*).

9 *Pluribus,* « le grand nombre, » le gros du public (*οἱ πολλοί*).

dine, summum imperium non restrictum[10] nec perseverum volunt.

Initium conjurationi non a cupidine[11] ipsius fuit; nec tamen facile memoraverim quis primus auctor, cujus instinctu concitum sit, quod tam multi sumpserunt[12]. Promptissimos Subrium Flavium, tribunum prætoriæ cohortis, et Sulpicium Asprum, centurionem, exstitisse constantia exitus docuit. Et Lucanus Annæus[13] Plautiusque Lateranus, consul designatus, vivida odia intulere. Lucanum propriæ causæ accendebant, quod famam carminum ejus premebat[14] Nero, prohibueratque ostentare[15], vanus adsimulatione[16]. Lateranum, consulem designatum, nulla injuria, sed amor reipublicæ sociavit. At Flavius Scevinus et Afranius Quinctianus, uterque senatorii ordinis, contra famam sui[17], principium tanti facinoris capessivere : nam Scevino dissoluta luxu mens, et proinde vita somno languida; Quinctianus, mollitia corporis infamis, et, a Nerone probroso carmine diffamatus, contumelias ultum ibat.

Ergo dum scelera principis et finem adesse imperii, deligendumque qui fessis rebus succurreret[18], inter se aut inter amicos jaciunt, aggregavere Tullium Senecionem, Cervarium Proculum, Vulcatium Araricum, Julium Tugurinum, Munatium Gratum, Antonium Natalem, Martium Festum, equites romanos; ex quibus Senecio, e præcipua familiaritate Neronis, speciem amicitiæ etiam tum retinens, eo pluribus periculis conflictabatur. Natalis particeps ad omne secretum[19] Pisoni erat; ceteris spes ex novis rebus

10 *Non restrictum imperium*, mot à mot : « un pouvoir pas trop gêné, » pour « pas trop gênant. » Ce changement de l'actif au passif est assez fréquent en latin. (Voy. la narration n° 6, note 4.)

11 *Cupidine*, « ambition. »

12 *Quod tam multi sumpserunt*, « où tant de personnes entrèrent. » Le mot *sumpserunt* répond à notre verbe *assumer* dans cette phrase : « assumer la responsabilité d'une chose. »

13 *Lucanus Annæus*. C'est le poëte Lucain, l'auteur de *la Pharsale*.

14 *Famam carminum premebat*, « déprimait sa gloire poétique, » cherchait à étouffer sa réputation. »

15 *Prohibuerat ostentare*, « il lui avait défendu de faire montre de ses vers, » de les publier, de les réciter. On sait que Lucain avait été préféré à Néron dans un concours poétique; le prince histrion n'avait pu digérer cet affront.

16 *Vanus adsimulatione*, m. à m.. « vaniteux dans le parallèle » qu'il établissait entre ses propres vers et ceux du poëte; « assez vain pour en être jaloux. »

17 *Contra famam sui*, « démentant en cela leur réputation, » contrairement à ce que leur réputation pouvait faire attendre.

18 *Deligendum qui fessis rebus succurreret*, « qu'il fallait choisir un homme qui remédiât aux maux de l'État »

19 *Particeps ad omne secretum*, « confident intime, » m. à m. : confident jusqu'à être initié à tous les secrets de Pison. »

petebatur. Adscitæ sunt, super Subrium et Sulpicium, de quibus retuli, militares manus[20], Granius Silvanus et Statius Proximus, tribuni cohortium prætoriarum, Maximus Scaurus et Venetus Paullus, centuriones. Sed summum robur in Fenio Rufo, præfecto, videbatur; quem vita famaque laudatum, per sævitiam impudicitiamque Tigellinus in animo principis anteibat, fatigabatque criminationibus, ac sæpe in metum adduxerat, quasi adulterum Agrippinæ et desiderio ejus ultioni intentum. Igitur, ubi conjuratis præfectum quoque prætorii in partes descendisse, crebro ipsius sermone, facta fides, promptius jam de tempore ac loco cædis agitabant. Et cepisse impetum[21] Subrius Flavius ferebatur in scena canentem Neronem aggrediendi, aut quum ardente domo[22] per noctem huc illuc cursaret incustoditus. Hic occasio solitudinis[23], ibi ipsa frequentia[24] tanti decoris testis, pulcherrimum animum exstimulaverant; nisi impunitatis cupido[25] retinuisset, magnis semper conatibus adversa.

Interim cunctantibus prolatantibusque spem ac metum[26] Epicharis quædam, incertum quonam modo sciscitata[27] (neque illi ante ulla rerum honestarum cura fuerat), accendere et arguere[28] conjuratos; ac postremo lentitudinis eorum pertæsa, in Campania agens, primores classiariorum[29] Misenensium labefacere et conscientia illigare connixa est tali initio[30]. Erat chiliarchus[31] in ea classe Volusius Proculus, occidendæ matris Neronis inter ministros, non ex

20 *Militares manus*, « des gens d'épée, » des militaires, hommes de main et d'exécution.

21 *Cepisse impetum*, « avait pris l'initiative, » avait jeté en avant l'idée...

22 *Ardente domo*, « dans l'incendie du palais, » tandis que le palais serait en feu. Dans ce second plan de Subrius Flavius, on aurait mis le feu à la *maison dorée* pour arriver à frapper plus sûrement Néron au milieu du désordre inséparable d'un incendie.

23 *Hic occasio solitudinis*, m. à m. « ici la chance que présentait la solitude, » c.-à-d. l'occasion de l'attaquer seul et sans gardes. Ceci se rapporte au projet d'attaquer Néron à la faveur de l'incendie.

24 *Ibi ipsa frequentia*, « là la présence même d'une grande foule, » se rapportant à l'idée de le frapper en public, en plein théâtre.

25 *Impunitatis cupido*, « le désir de l'impunité, » de rester impuni, ou comme on dit vulgairement, *de tirer son épingle du jeu*.

26 *Spem ac metum*, « le terme de leurs espérances et de leurs craintes. »

27 *Sciscitata*, « qui s'était avisée du complot, » qui avait pénétré le secret, qui en avait eu vent. *Sciscitata*, comme *subodorata*.

28 *Accendere et arguere*, « se mit à les animer et à les gourmander. »

29 *Classiariorum*. Voy. la narration n° 60, page 185, note 11.

30 *Tali initio*, « tel fut le point de départ de l'intrigue. »

31 *Chiliarchus*, « un chiliarque, » commandant de mille hommes. Ce grade correspondait à celui de tribun dans l'armée de terre. D'autres éditions portent *navarchus*.

magnitudine sceleris provectus[32], ut rebatur. Is mulieri olim cognitus, seu recens orta amicitia, dum « merita erga Neronem sua et quam in irritum cecidissent » aperit adjicitque questus et « destinationem vindictæ, si facultas oreretur, » spem dedit posse impelli et plures conciliare; nec leve auxilium in classe, crebras occasiones, quia Nero multo apud Puteolos et Misenum maris usu lætabatur. Ergo Epicharis plura[33]; et omnia scelera Principis orditur : « neque senatui quid manere[34] : sed provisum quonam « modo pœnas eversæ reipublicæ daret : accingeretur modo « navare operam et militum acerrimos ducere in partes, ac « digna pretia exspectaret. » Nomina tamen conjuratorum reticuit. Unde Proculi indicium irritum fuit, quamvis ea quæ audierat ad Neronem detulisset. Accita quippe Epicharis et cum indice composita[35] nullis testibus innixum facile confutavit. Sed ipsa in custodia retenta est, suspectante Nerone haud falsa esse etiam quæ vera non probabantur.

Conjuratis tamen metu proditionis permotis, placitum maturare cædem apud Baias in villa Pisonis, cujus amœnitate captus Cæsar creber eo ventitabat, balneasque et epulas inibat omissis excubiis et fortunæ suæ mole. Sed abnuit Piso, « invidiam prætendens, si sacra mensæ diique hospitales « cæde qualiscunque Principis cruentarentur : melius apud « Urbem in illa invisa et spoliis civium exstructa domo vel « in publico patraturos quod pro republica suscepissent. » Hæc in commune, ceterum timore occulto ne L. Silanus[36], eximia nobilitate disciplinaque C. Cassii, apud quem educatus erat, ad omnem claritudinem sublatus[37], imperium invaderet, prompte daturis operam qui a conjuratione in-

32 *Non provectus,* « qui n'avait pas reçu d'avancement. »

33 *Ergo Epicharis plura*, sous-entendu *pergit,* « Epicharis poursuit l'entretien. »

34 *Neque senatui quid manere.* C'est la leçon de M. Burnouf. Nous l'avons conservée par respect pour le savant traducteur, mais nous avouons qu'elle ne nous plaît pas, et nous croyons que l'altération du texte dans les manuscrits autorisait une restitution plus satisfaisante. On s'étonne d'entendre Epicharis parler de l'anéantissement du sénat : le sénat n'était-il pas annulé depuis longtemps ? Tibère, sous ce rapport n'avait rien laissé à faire à ses successeurs. D'ailleurs, en admettant cette leçon, les idées ne se lient guère. Nous préférons de beaucoup, sinon la variante d'Oberlin, *neque se jactare quod inane esset*, qui nous semble trop éloignée du texte des manuscrits, du moins l'ingénieuse leçon d'Ernesti : *neque salvi quid manere.*

35 *Composita*, « confrontée. »

36 *L. Silanus.* Il était arrière-petit-fils d'Auguste.

37 *Ad omnem claritudinem sublatus,* « désigné à toutes les grandeurs, » c'est-à-dire à l'Empire.

tegri essent quique miserarentur Neronem tanquam per scelus interfectum. Plerique Vestini quoque consulis acre ingenium vitavisse Pisonem crediderunt, ne ad libertatem moveretur[38], vel delecto imperatore alio sui muneris rempublicam faceret[39]. Etenim expers conjurationis erat, quamvis super eo crimine Nero vetus adversus insontem odium expleverit.

Tandem statuere circensium ludorum die[40] qui Cereri celebratur exsequi destinata[41], quia Cæsar, rarus egressu[42], domoque aut hortis clausus, ad ludicra Circi ventitabat, promptioresque aditus[43] erant lætitia spectaculi. Ordinem insidiis composuerant, ut Lateranus, quasi subsidium rei familiari oraret, deprecabundus et genibus principis accidens, prosterneret incautum premeretque[44], animi validus et corpore ingens. Tum jacentem et impeditum tribuni et centuriones, et ceterorum ut quisque audentiæ habuisset, accurrerent trucidarentque; primas sibi partes expostulante Scevino, qui pugionem templo Salutis, sive, ut alii tradidere, Fortunæ, Ferentino in oppido[45], detraxerat[46], gestabatque velut magno operi sacrum. Interim Piso apud ædem Cereris opperiretur, unde eum præfectus Fenius et ceteri accitum ferrent in castra, comitante Antonia, Claudii Cæsaris filia, ad eliciendum vulgi favorem : quod C. Plinius memorat. Nobis quoquo modo traditum[47] non occultare in animo fuit; quamvis absurdum videretur, aut inanem ad spem Antoniam nomen et periculum commodavisse[48]; aut Pisonem, notum amore uxoris, alii[49] matri-

[38] *Ne ad libertatem moveretur*, « de peur qu'il ne s'émût en faveur de la liberté, » qu'il ne songeât à rétablir la liberté.

[39] *Vel sui muneris rempublicam faceret*, « ou qu'il ne disposât de l'Etat, » comme d'une chose qu'on tiendrait de sa main.

[40] *Circensium ludorum*, etc. Les fêtes de Cérès duraient depuis le 12 jusqu'au 19 avril inclusivement. Brotier fixe judicieusement au 13 des kalendes de mai, c'est-à-dire au 19 avril, le jour choisi pour l'exécution du complot.

[41] *Destinata exsequi*, « de passer outre à l'exécution. » Voy. cette même forme, page 80, note 8.

[42] *Rarus egressu*, « dont les sorties étaient rares. »

[43] *Aditus*, sous-entendu *ad eum*.

[44] *Premeret*, « le tînt sous lui. »

[45] *Ferentino in oppido*, la ville de Ferentinum, en Etrurie, dont parlent Strabon (v, 2) et Pline (III, 8). Il ne faut pas confondre cette ville avec *Ferentum*, ville d'Apulie, dont parle Horace.

[46] *Detraxerat*, « il l'avait détaché » des lambris du temple. On suspendait dans les temples des boucliers, des tableaux votifs, etc.

[47] *Quoquo modo traditum*, «quelle que soit la valeur de cette tradition. »

[48] *Nomen et periculum commodavisse*, « eût engagé son nom et sa tête. » Belle et énergique expression.

[49] *Alii*, c.-à-d. à Antonia.

monio se obstrinsxisse; nisi si[50] cupido dominandi cunctis affectibus flagrantior est.

Sed mirum quam inter diversi generis, ordinis, ætatis, sexus, dites, pauperes, taciturnitate omnia cohibita sint; donec proditio cœpit e domo Scevini: qui pridie insidiarum multo sermone cum Antonio Natale, dein regressus domum testamentum obsignavit, promptum[51] vagina pugionem de quo supra retuli, « vetustate obtusum » increpans, asperari saxo et in mucronem ardescere[52] jussit, eamque curam liberto Milicho mandavit. Simul affluentius[53] solito convivium initum; servorum carissimi libertate et alii pecunia donati. Atque ipse mœstus et magnæ cogitationis manifestus erat[54], quamvis lætitiam vagis sermonibus[55] simularet. Postremo « vulneribus ligamenta, quibusque sistitur san« guis[56], parare » eumdem Milichum monet, sive gnarum conjurationis et illuc usque[57] fidum, seu nescium et tunc primum arreptis suspicionibus[58], ut plerique tradidere de consequentibus[59]. Nam quum secum servilis animus præmia perfidiæ reputavit, simulque immensa pecunia et potentia obversabantur, cessit fas[60] et salus patroni et acceptæ libertatis memoria. Etenim uxoris quoque consilium assumpserat muliebre ac deterius[61]: quippe ultro metum intentabat, « multosque astitisse libertos ac servos, qui eadem

50 *Nisi si* revient à la locution « si tant est que... »

51 *Promptum*, comme *depromptum*.

52 *In mucronem ardescere*, m. à m. « étinceler (sur la pierre) de manière à se terminer en pointe aiguë. » Il ne s'agit pas, comme le remarque très-bien M. Burnouf, de faire à ce poignard une pointe étincelante. *Ardescere* n'indique pas l'état où sera le poignard après avoir été aiguisé; ce mot peint le moment où l'acier étincelle sur la pierre. C'est dans le même sens que Lucain a dit (VII, 139): — Non gladiis habuere fidem, nisi cotibus asper—Exarsit mucro.

53 *Affluentius*, « plus somptueux, » plus abondant.

54 *Magnæ cogitationis manifestus erat*, « était visiblement préoccupé d'une grande pensée, » comme on dit *certus fugæ*.

55 *Vagis sermonibus* « des propos en l'air »

56 *Quibus sistitur sanguis*, « des préparations hémostatiques. »

57 *Illuc usque*, comme *hactenus*

58 *Et tunc primum arreptis suspicionibus*, « et que le premier soupçon se soit alors emparé de son esprit. »

59 *De consequentibus*. Ernesti entend « sur la foi des historiens postérieurs, » ce qui nous semble un mauvais sens. Nous adhérons au sens de Brotier, suivi par M. Burnouf: « d'après les conséquences, » d'après ce qui s'ensuivit.

60 *Fas*, la justice divine, le droit divin. (Voy. la narration n° 58, page 119, note 14.)

61 *Muliebre ac deterius*, « tel qu'une femme peut en donner, et partant pervers. » Il y a dans ces mots un trait de satire manifeste à l'adresse des femmes. M. Burnouf, en traduisant: « il avait pris d'ailleurs les conseils de sa femme, conseils lâches et pervers, » a sacrifié l'exactitude à un sentiment trop délicat de courtoisie.

« viderint; nihil profuturum unius silentium; at præmia « penes unum fore, qui indicio prævenisset[62]. »

Igitur cœpta luce Milichus in hortos Servilianos[63] pergit; et quum foribus arceretur, « magna et atrocia afferre » dictitans, deductusque ab janitoribus ad libertum Neronis Epaphroditum[64], mox ab eo ad Neronem, « urgens pericu« lum, graves conjurationes[65] », et cetera quæ audierat conjectaveratque, docet. Telum[66] quoque in necem ejus paratum ostendit accirique reum jussit. Is raptus per milites et defensionem orsus, « ferrum cujus argueretur, olim « religione patria cultum et in cubiculo habitum ac fraude « liberti surreptum » respondit. « Tabulas testamenti[67] « sæpius a se et incustodita dierum observatione[68] signatas[69]. « Pecunias et libertates servis et ante dono datas[70], sed « ideo tunc largius[71], quia tenui jam re familiari et instan« tibus creditoribus testamento diffideret[72]. Enimvero libe« rales semper epulas struxisse et vitam amœnam et duris « judicibus[73] parum probatam. Fomenta vulneribus nulla « jussu suo; sed quia cetera palam vana objecisset[74], adjun-

62 *Prævenisset*, sous-entendu *ceteros*.

63 *In hortos Servilianos*, Jardins situés dans un faubourg de Rome.

64 *Epaphroditum*. Cet Epaphrodite eut l'honneur d'avoir Épictète pour esclave et de lui donner la liberté.

65 *Urgens periculum, graves conjurationes*, « parlant avec emphase (ou avec insistance) de dangers, de redoutables complots. »

66 *Telum*, « le poignard » de Scévinus.

67 *Tabulas testamenti*, « les tablettes testamentaires, » pour « son testament. » On écrivait ordinairement les testaments sur des tablettes dont la superficie était enduite de cire, afin qu'on pût effacer plus aisément ce qu'on voulait changer. De là *ceræ* est pris pour *tabulæ testamenti*. (Voy. Juvénal, I, 63). Mais on appelait par extension *tabulæ* les testaments, quoiqu'ils fussent écrits sur du papier ou du parchemin.

68 *Incustodita dierum observatione*, « sans avoir pour cet acte des jours de préférence, » sans tenir compte d'un jour plutôt que d'un autre.

69 *Signatas*, « scellées. » Le testateur, et ordinairement les témoins souscrivaient les testaments, et ils y apposaient leurs cachets ou sceaux.

70 *Libertates servis dono datas*, « il avait déjà donné la liberté à des esclaves, » soit par une des manières anciennement usitées, *per censum*, *per vindictam*, soit par un des moyens nouvellement introduits, *per epistolam*, par lettre, *inter amicos*, devant cinq témoins, *per mensam*, en faisant manger son esclave avec lui, etc.

71 *Sed tunc largius*, « mais il s'était montré plus généreux dans cette occasion. »

72 *Quia testamento diffideret*, « parce qu'il avait des craintes pour son testament, » c'est-à-dire que, s'il n'avait affranchi ses esclaves que par testament, ses créanciers auraient pu les saisir, au mépris de ses dernières volontés, comme partie de sa fortune. (*Note de M. Burnouf.*)

73 *Duris judicibus*, « les juges sévères, » c.-à-d. les personnes rigides dans leurs mœurs.

74 *Sed quia cetera palam vana objecisset*, « mais comme il sentait qu'il incriminait des faits manifestement controuvés. » M. Burnouf traduit « qu'il incriminait vainement des faits publics, » ce qui nous semble un peu hors du sens. *Palam vana*

« gere crimen[75], cujus se pariter indicem et testem faceret. » Adjicit dictis constantiam : incusat ultro intestabilem[76] et consceleratum, tanta vocis ac vultus securitate ut labaret indicium[77], nisi Milichum uxor admonuisset Antonium Natalem multa cum Scevino ac secreto collocutum, et esse utrosque C. Pisonis intimos.

Ergo accitur Natalis : et diversi interrogantur, quisnam is sermo, qua de re fuisset; quum exorta suspicio, quia non congruentia responderant, inditaque vincla. Et tormentorum adspectum ac minas non tulere. Prior tamen Natalis, totius conjurationis magis gnarus, simul arguendi peritior[78], de Pisone primum fatetur; deinde adjicit Annæum Senecam, sive internuntius inter eum Pisonemque fuit, sive ut Neronis gratiam pararet, qui, infensus Senecæ, omnes ad eum opprimendum artes conquirebat. Tum, cognito Natalis indicio, Scevinus quoque, pari imbecillitate, an[79] cuncta jam patefacta credens nec ullum silentii emolumentum, edidit ceteros; ex quibus Lucanus Quinctianusque et Senecio diu abnuere. Post, promissa impunitate corrupti, quo tarditatem excusarent, Lucanus Atillam matrem suam, Quinctianus Glitium Gallum, Senecio Annium Pollionem, amicorum præcipuos, nominavere.

Atque interim Nero, recordatus Volusii Proculi indicio Epicharin attineri, ratusque muliebre corpus impar dolori, tormentis dilacerari jubet. At illam non verbera, non ignes, non ira eo acrius torquentium ne a femina spernerentur, pervicere quin objecta denegaret[80]. Sic primus quæstionis[81] dies contemptus. Postero, quum ad eosdem cruciatus retra-

ne revient pas, selon nous, à *frustra publica*, mais à *manifeste falsa*.

75 *Adjungere crimen, cujus*, etc. « il y ajoutait une accusation *de renfort* tendante à... »

76 *Intestabilem*, « un homme taré. » Voy. sur ce mot la narration n° 53, page 108, note 21.

77 *Ut labaret indicium*, « que la dénonciation tombait. »

78 *Arguendi peritior*, « accusasateur plus expert, » plus habile à flatter les haines de Néron ; espérant que l'importance de ses révélations diminuerait d'autant sa part de culpabilité et de responsabilité.

79 *An*, « ou peut-être. »

80 *Non pervicere quin objecta denegaret*, m. à m.: « ne purent triompher d'elle jusqu'à ne pas lui faire nier ce qu'on lui imputait, » ne purent lui arracher un aveu.

81 *Quæstionis*, « la question. » Pour donner la *question* on se servait d'une machine appelée *equuleus* (chevalet) ; on y attachait le patient par les bras et les jambes avec des cordes ; puis on dressait la machine de manière qu'il restait suspendu comme à une croix. On tiraillait alors ses membres avec des vis (*per cochleas*), au point qu'ils en étaient quelquefois disloqués. Pour accroître la douleur de ce supplice, on appliquait des plaques de fer rouge (*laminæ candentes*) sur le corps du malheureux; on y versait de la poix bouillante, on tenaillait les chairs.

heretur gestamine sellæ, (nam dissolutis membris insistere nequibat), vinclo fasciæ[82], quam pectori detraxerat, in modum laquei ad arcum sellæ restricto[83], indidit cervicem et corporis pondere connisa, tenuem jam spiritum expressit: clariore exemplo libertina mulier, in tanta necessitate, alienos ac prope ignotos protegendo, quum ingenui, et viri, et equites romani senatoresque, intacti tormentis, carissima suorum quisque pignorum proderent. Non enim omittebant Lucanus quoque et Senecio et Quinctianus passim conscios edere; magis magisque pavido Nerone, quanquam multiplicatis excubiis semet sepsisset.

Quin et Urbem, per manipulos occupatis mœnibus, insesso etiam mari et amne[84], velut in custodiam dedit. Volitabantque per fora, per domos, rura quoque et proxima municipiorum, pedites equitesque, permixti Germanis, quibus fidebat princeps, quasi externis. Continua hinc et juncta agmina[85] trahi, ac foribus hortorum adjacere[86]. Atque, ubi dicendam ad causam introissent, lætatum erga conjuratos sed[87]; si[88] fortuitus sermo et subiti occursus, si convivium, si spectaculum simul inissent, pro crimine accipi; quum, super Neronis ac Tigellini sævas percunctationes Fenius quoque Rufus violenter urgeret, nondum ab indicibus nominatus, sed quo fidem inscitiæ pararet[89], atrox adversus socios. Idem Subrio Flavio assistenti innuentique, an inter ipsam cognitionem[90] destringeret gladium cædemque patraret, renuit infregitque impetum jam manum ad capulum referentis.

82 *Fasciæ.* La *fascia* ou *strophium* était un large ruban qui tenait lieu aux dames romaines de ce que nous appelons un *fichu*.

83 *Ad arcum sellæ restricto*, « attaché au haut de la chaise à porteurs, » à la partie arquée de la litière.

84 *Mari et amne* désignent le port d'Ostie, à l'embouchure du Tibre. Néron avait sans doute renforcé la cohorte prétorienne qui était toujours cantonnée à Ostie. (Voy. la narration n° 47, page 89, note 1.)

85 *Continua et juncta agmina*, « des bandes d'accusés par longues files. »

86 *Foribus hortorum adjacere*, « on les parquait aux portes des jardins. » Il faut entendre par là les *horti Serviliani* dont il a été question plus haut.

87 *Lætatum erga conjuratos*, sous-entendu *esse*, « des marques d'affectueux empressement données jadis aux conjurés. » *Lætatum esse* est le sujet verbal de cette phrase et se rapporte à *pro crimine accipi*.

88 *Sed si.* Nous avons rétabli, d'après Oberlin, *sed* qui se trouve dans les manuscrits devant *si*. « Non-seulement on tournait contre les conjurés les démonstrations de vive sympathie qu'ils avaient pu jamais recueillir, mais encore les moindres propos, une simple rencontre, etc. »

89 *Quo fidem inscitiæ pararet*, « pour faire croire qu'il avait tout ignoré. »

90 *Inter ipsam cognitionem*, « pendant la durée même de l'interrogatoire, de l'enquête. »

Fuere qui prodita conjuratione, dum auditur Milichus, dum dubitat Scevinus hortarentur Pisonem « pergere in « castra aut rostra escendere studiaque militum et populi « tentare. Si conatibus ejus conscii[91] aggregarentur, secu-« turos etiam integros[92]; magnamque motæ rei famam[93], « quæ plurimum in novis consiliis valeret. Nihil adversum « hoc Neroni provisum. Etiam fortes viros subitis terreri; « nedum ille scenicus[94], Tigellino scilicet cum pellicibus « suis comitante, arma contra cieret. Multa experiendo « confieri, quæ segnibus ardua videantur. Frustra silen-« tium et fidem in tot consciorum animis et corporibus « sperari : cruciatu[95] aut præmio cuncta pervia esse. Ven-« turos qui ipsum quoque vincirent, postremo indigna « nece afficerent. Quanto laudabilius periturum, dum « amplectitur rempublicam, dum auxilia libertati invocat. « Miles potius deesset et plebes desereret, dum ipse majo-« ribus, dum posteris, si vita præriperetur, mortem appro-« baret. » Immotus his et paullulum in publico versatus, post domi secretus animum adversum suprema firmabat, donec manus militum adveniret, quos Nero tirones aut stipendiis recentes delegerat : nam vetus miles timebatur tanquam favore imbutus[96]. Obiit abruptis brachiorum venis. (TACITE, *Ann.*, XV, 48-59.)

101.—MORT DE SÉNÈQUE.

Sénèque avait été gouverneur et était devenu ministre de Néron. Il réussit quelque temps, avec le concours de Burrhus, à contenir ce caractère féroce (car on ne peut croire que Sénèque ait pu tremper dans aucun des crimes de ce monstre). Il voulut se retirer de la Cour quand l'empereur, se livrant à toutes sortes de forfaits, ne vit plus en lui qu'un censeur incommode. On sait aussi que Néron s'y opposa par hypocrisie, mais il ne tarda pas à se défaire de lui, en l'enveloppant dans la conspiration de Pison; il lui envoya l'ordre de se donner la mort. Sénèque se fit ouvrir les veines et subit son sort avec une fermeté stoïque, l'an 818 de Rome, 65 de J.-C.

Intromissus ad Senecam unus ex centurionibus, necessi-

91 *Conscii*, les confidents du complot.

92 *Secuturos etiam integros*, « ceux qui n'y avaient pas trempé suivaient le mouvement. » (Sur le mot *integer*, voy. la narration de *la Mort d'Andranodore et de Thémistus*, page 279, note 72.)

93 *Magnam motæ rei famam* sous-entendu *fore*, « l'impression de ce hardi coup de main serait grande. »

94 *Ille scenicus*, « ce comédien, » Néron.

95 *Cruciatu*, pour *cruciatui*.

96 *Tanquam favore imbutus*, mot à mot : « comme infecté de l'esprit de parti, » comme gagné au parti. *Imbutus* opposé à *integer*. Voy. plus haut.

tatem ultimam denuntiat. Ille interritus poscit testamenti tabulas[1] : ac denegante centurione, conversus ad amicos, « quando meritis eorum referre gratiam prohibetur, quod unum jam, et tamen pulcherrimum habeat, imaginem vitæ suæ relinquere testatur : cujus si memores essent bonarum artium famam, tum constantis amicitiæ laturos[2]. » Simul lacrymas eorum, modo sermone, modo intentior[3] in modum coercentis, ad firmitudinem revocat, rogitans : « Ubi præcepta sapientiæ ? ubi tot per annos meditata ratio adversum imminentia ? Cui enim ignaram fuisse sævitiam Neronis ? Neque aliud superesse, post matrem fratremque interfectos, quam ut educatoris præceptorisque[4] necem adjiceret. »

Ubi hæc atque talia in commune[5] disseruit, complectitur uxorem, et paullulum adversus præsentem formidinem mollitus[6], rogat oratque, « temperaret dolori, ne æternum susciperet[7], sed in contemplatione vitæ per virtutem actæ, desiderium mariti solatiis honestis[8] toleraret. » Illa contra, sibi quoque destinatam mortem asseverat, manumque percussoris exposcit. Tum Seneca, gloriæ ejus non adversus, simul amore, ne sibi unice dilectam ad injurias relinqueret : « Vitæ, inquit, delinimenta monstraveram tibi : tu mortis decus mavis ; non invidebo exemplo[9]. Sit hujus tam

101. — 1 *Testamenti tabulas*, voy. la narration précédente, page 334, note 67.

2 *Cujus si memores essent*, etc., « s'ils en gardaient le souvenir (de sa vie passée) ils obtiendraient à la fois la gloire que procurent les nobles occupations de l'esprit et celle qui est assurée aux amis fidèles. » Nous nous sommes écarté dans cette phrase du texte adopté par M. Burnouf, qui écrit : *cujus si memores essent bonarum artium, famam tam constantis amicitiæ laturos*. Ces deux génitifs qui s'entrerégissent, *cujus*, *bonarum artium*, nous ont semblé durs ; en outre, la phrase de Tacite, ainsi arrangée, perd de sa force. Sénèque, pour recommander à ses amis le souvenir de sa vie, leur propose une double gloire à acquérir : 1° la réputation d'hommes attachés au culte du beau et du bon (*bonæ artes*), c'est-à-dire de philosophes ; 2° la renommée d'hommes fidèles à l'amitié. On voit souvent en latin *tum* sans son corrélatif au premier membre.

3 *Modo intentior*, « tantôt avec plus d'énergie, » sur un ton plus sévère.

4 *Educatoris præceptorisque*. Notez la différence de ces deux mots : *educator*, le gouverneur, le surveillant, le παιδαγωγὸς des Grecs ; *præceptor*, le précepteur, l'instituteur. Sénèque cumulait auprès de Néron la double fonction de gouverneur et de précepteur.

5 *In commune*, « en s'adressant à tous également. » Nous avons retranché *velut* devant *in commune* avec Brotier, l'édition Lemaire et M. Burnouf.

6 *Paullulum adversus præsentem formidinem mollitus*, « s'attendrissant un peu en face de ce terrible instant, » de l'instant fatal.

7 *Ne æternum susciperet*, sous-entendu *dolorem*.

8 *Honestis*, « nobles. »

9 *Non invidebo exemplo*, « je ne t'envierai pas le mérite de donner un tel exemple, » l'exemple du dévouement conjugal.

fortis exitus constantia penes utrosque par, claritudinis plus in tuo fine. » Post quæ eodem ictu brachia ferro exsolvunt. Seneca, quoniam senile corpus et parvo victu tenuatum [10], lenta effugia sanguini præbebat, crurum quoque et poplitum venas abrumpit. Sævisque cruciatibus defessus, ne dolore suo animum uxoris infringeret, atque ipse visendo ejus tormenta, ad impatientiam delaberetur, suadet in aliud cubiculum abscederet. Et novissimo quoque momento suppeditante eloquentia, advocatis scriptoribus, pleraque tradidit, quæ in vulgus edita ejus verbis, invertere supersedeo [11].

At Nero, nullo in Paullinam proprio odio, ac ne gliscceret invidia crudelitatis, inhiberi [12] mortem imperat. Hortantibus militibus, servi libertique obligant brachia, premunt sanguinem, incertum an ignaræ [13] : nam, ut est vulgus ad deteriora promptum, non defuere qui crederent, donec implacabilem Neronem timuerit, famam sociatæ cum marito mortis petivisse : deinde, oblata mitiore spe, blandimentis vitæ evictam : cui addidit [14] paucos postea annos, laudabili in maritum memoria, et ore ac membris in eum pallorem albentibus, ut ostentui esset, multum vitalis spiritus egestum [15]. Seneca interim, durante tractu, et lentitudine mortis [16], Statium Annæum, diu sibi amicitiæ fide, et arte medicinæ probatum, orat, provisum pridem venenum [17], quo damnati publico Atheniensium judicio exstinguerentur, promeret : allatumque hausit frustra, frigidus jam artus, et cluso corpore adversum vim veneni. Postremo stagnum [18] calidæ aquæ introiit, respergens proximos servorum, addita voce, « Libare se liquorem illum

10 *Parvo victu tenuatum*, « affaibli par l'habitude de l'abstinence. » Sénèque était très-sobre par principe et aussi par nécessité. Il parle en plus d'un lieu du régime auquel sa mauvaise santé le condamnait. D'autres éditions portent *parco* au lieu de *parvo*.

11 *Quæ invertere supersedeo*, « que je me dispense de reproduire en termes différents. » M. Burnouf note cette phrase, et y voit l'aveu que Tacite prête souvent les formes de son style aux personnages qu'il fait parler.

12 *Inhiberi*, pour *impediri*.

13 *Incertum an ignaræ*, « on ne sait si ce fut à son insu, » si Pauline eut ou non conscience des secours qu'on lui donnait.

14 *Cui addidit*. *Cui*, sous-entendu *vitæ*; *addidit*, sous-entendu *Paullina*.

15 *Multum vitalis spiritus egestum*, « que le principe vital avait été épuisé en elle, » avait subi une notable diminution.

16 *Durante tractu et lentitudine mortis*, littéralement : « comme l'émission du sang et la lenteur à mourir se prolongeait; » en d'autres termes, « comme le sang coulait péniblement et que la mort était lente à venir. »

17 *Venenum*. Il s'agit de la ciguë.

18 *Stagnum*, comme *lacus*, « une baignoire. »

Jovi liberatori. » Exin balneo[19] illatus, et vapore ejus exanimatus, sine ullo funeris solenni crematur. Ita codicillis præscripserat, quum etiam tum prædives et præpotens, supremis suis consuleret. (Tac., *Ann.*, lib. xv, cap. 62-64.)

102.—MORT DE VIRGINIE.

Virginie, jeune fille romaine d'une rare beauté, avait inspiré une passion fougueuse à Appius Claudius, l'un des décemvirs de Rome. Cet homme dissolu voulait s'emparer de sa personne; Virginius, père de la jeune fille, qui était alors à l'armée, ayant été averti de la violence qu'on voulait lui faire, accourut en hâte à Rome, et arriva sur la place publique au moment où le décemvir livrait l'innocente jeune fille à l'un de ses affranchis, qui, par son ordre, l'avait réclamée comme esclave. Le malheureux père, tirant alors sa fille à l'écart, lui plongea un couteau dans le cœur pour la soustraire à l'opprobre. Cet événement souleva le peuple et fit abolir le décemvirat, l'an 304 de Rome, 449 av. J.-C.

Sequitur[1] aliud in Urbe nefas, ab libidine[2] ortum haud minus fœdo eventu, quam quod per stuprum cædemque Lucretiæ, urbe regnoque Tarquinios expulerat : ut non finis solum idem Decemviris, qui regibus, sed causa etiam eadem imperii amittendi esset. Ap. Claudium virginis plebeiæ stuprandæ libido cepit. Pater virginis L. Virginius, honestum ordinem[3] in Algido[4] ducebat, vir exempli recti, domi militiæque. Perinde[5] uxor instituta fuerat, liberique[6] instituebantur. Desponderat filiam L. Icilio tribunitio, viro acri, et pro causa plebis expertæ virtutis. Hanc virginem adultam, forma excellentem, Appius amore ardens, pretio ac spe pellicere adortus; postquam omnia pudore septa[7] animadverterat, ad crudelem superbamque vim animum convertit. M. Claudio clienti negotium dedit, ut vir-

[19] *Balneo*, « l'étuve. »

102.—[1] *Sequitur* se rapporte au meurtre de L. Siccius que l'on accusa les décemvirs d'avoir fait assassiner.

[2] *Libidine*, « le dérèglement des mœurs. »

[3] *Honestum ordinem.* Virginius était premier centurion. Chaque manipule, ou partie de cohorte, avait deux centuries. Les deux centurions avaient le même titre, mais ils étaient distingués par le nom de premier, *prior*, et de second, *posterior*. Le centurion de la première centurie était appelé *centurio primi pili*, ou *primi ordinis;* celui de la seconde centurie était d'un *ordre inférieur* par rapport au chef de la première qui avait le pas sur lui, *qui honestum ordinem ducebat.* (Voy. la narration *de Pulfio et de Varénus*, page 20, note 1.)

[4] *Algido,* « l'Algide, » montagne et forêt du Latium, au S.-E. de Rome.

[5] *Perinde,* c.-à-d. *eodem, quo ille, modo.*

[6] *Liberi* peut s'entendre d'un seul enfant, d'un fils ou d'une fille unique, à la manière des Grecs.

[7] *Pudore septa.* Charmante expression, inspirée peut-être par le vers de Catulle :— Ut flos in septis secretus nascitur hortis, — Ignotus pecori : nullo contusus aratro...

ginem in servitutem assereret[8], neque cederet secundum libertatem postulantibus vindicias[9]; quod pater puellæ abesset, locum injuriæ esse ratus. Virgini venienti in forum (ibi namque in tabernis litterarum ludi erant) minister Decemviri libidinis manum injecit, serva sua natam (servamque appellans) esse; sequique se jubebat; cunctantem vi abstracturum. Pavida puella stupente, ad clamorem nutricis, fidem Quiritium implorantis, fit concursus. Virginii patris, sponsique Icilii populare[10] nomen celebratur; notos gratia eorum, turbam indignitas rei virgini conciliat. Jam a vi tuta erat, quum assertor[11] nihil opus esse multitudine concitata ait; se jure grassari[12], non vi. Vocat puellam in jus, auctoribus qui aderant[13], ut sequeretur. Ad tribunal Appii perventum est. Notam judici fabulam[14] petitor[15], quippe apud ipsum auctorem argumenti, peragit; puellam domi suæ natam; furtoque inde in domum Virginii translatam, suppositam esse[16]. Id se indicio compertum afferre; probaturumque, vel ipso Virginio judice, ad quem major pars injuriæ ejus pertineat. Interim dominum sequi ancillam æquum esse. Advocati[17] puellæ, quum Virginium reipublicæ causa[18] dixissent abesse, biduo affuturum, si nuntiatum ei sit; iniquum esse absentem de liberis dimicare[19]; postulant ut rem integram in patris adventum differat; lege ab ipso[20] lata vindicias det secundum libertatem; neu patiatur virginem adultam, famæ prius, quam libertatis periculum adire.

8 *In servitutem assereret. In servitutem asserere* ou *vindicare*, en terme de droit, signifie : « réclamer, revendiquer comme esclave une personne libre. »

9 *Vindicias secundum libertatem*, « un arrêt de mise en liberté provisoire. »

10 *Populare*, c.-à-d. *populo notum et gratum*, dans le sens du français *populaire*.

11 *Assertor*, Claudius.

12 *Grassari*, c.-à-d. *incepta persequi*, « agir, procéder. »

13 *Auctoribus qui aderant*, les défenseurs de la jeune fille, ses amis, ses *advocati*, ou simplement les assistants, lui conseillant...

14 *Fabulam*, mot piquant emprunté au théâtre : la réclamation de Claudius était une *pièce* montée par son patron. Appius avait donnée le plan de la pièce (*auctor argumenti*), Claudius était l'acteur chargé d'un rôle.

15 *Petitor*, « demandeur, » en terme de droit.

16 *Suppositam*, c.-à-d. *subditam Virginio*. Virginie était un enfant *supposé*, substitué à sa véritable fille.

17 *Advocati*. Les *advocati* étaient les personnes qui assistaient un accusé de leurs conseils et de leur présence (première et vraie signification du mot *avocat*).

18 *Reipublicæ causa*, « pour service public, » comme militaire.

19 *Dimicare*, c.-à-d. *periclitari*. Il était injuste qu'en son absence il eût à lutter relativement à l'état de son enfant. *Dimicare*, allusion piquante à la profession des armes.

20 *Ab ipso*, c'est-à-dire *Appio*. Allusion à une loi des XII Tables.

Appius decreto præfatus[21] : «Quam libertati faverit eam ipsam legem declarare, quam Virginii amici postulationi suæ prætendant[22]. Ceterum ita in ea firmum libertati fore præsidium, si nec causis nec personis variet[23]. In his enim quæ asserantur in libertatem, quia quivis lege agere possit, id juris esse[24] : in ea quæ in patris manu sit neminem esse alium, cui dominus possessione cedat : placere itaque patrem arcessi ; interea juris sui jacturam assertorem non facere[25], quin ducat puellam[26], sistendamque in adventum ejus, qui pater dicatur, promittat[27].

Adversus injuriam decreti quum multi magis fremerent, quam quisquam unus recusare auderet, P. Numitorius, puellæ avunculus, et sponsus Icilius, interveniunt; dataque inter turbam via, quum multitudo Icilii maxime interventu resisti posse Appio crederet, lictor decresse ait[28] : vociferantemque Icilium summovet. Placidum quoque ingenium tam atrox injuria accendisset. « Ferro hinc tibi summovendus sum, Appi, inquit, ut tacitum feras[29], quod celaris vis. Virginem ego hanc sum ducturus, nuptam pudicamque habiturus[30]. Proinde omnes collegarum quoque lictores convoca, expediri virgas et secures jube : non manebit extra domum patris sponsa

21 *Decreto præfatus*, sous-entendu *est*, m. à m. Appius fit précéder l'arrêt d'un *préambule*, rendit une sorte de jugement *interlocutoire*.

22 *Prætendant postulationi suæ*, «allèguent à l'appui de leur requête,» mettent en avant de leur requête, pour couvrir leur prétention.

23 *Si nec causis, nec personis variet*, sous-entendu *lex*. Si la loi reste immuable, sans acception de causes ni de personnes.

24 *In his enim.... id juris esse*. Phrase d'une ambiguïté calculée. Appius, par une chicane de droit, distingue deux sortes de personnes : celles qui sont maîtresses d'elles-mêmes (*sui juris*), et celles qui sont sous le pouvoir, ou comme dit le droit romain, *dans la main* d'autrui (*in manu*). Les individus de la première catégorie, si leur *état* est contesté, peuvent être mis en liberté provisoire jusqu'à ce qu'un jugement soit intervenu ; cela est de droit, *id juris esse*, parce que toute personne, en pareil cas, peut « ester en justice »(*jure agere*). Ceux de la seconde ne peuvent obtenir la mise en liberté provisoire, attendu qu'ils doivent nécessairement rester sous le pouvoir soit d'un père, soit d'un maître, sans quoi la possession de l'un ou de l'autre serait en péril. On voit aisément le sophisme.

25 *Juris sui jacturam facere*, « perdre son droit, souffrir dans son droit. »

26 *Quin ducat*, « jusqu'à ne pouvoir emmener... »

27 *Sistendamque promittat*, c.-à-d. *quin promittat fore ut sistatur coram judice*. *Sistere*, « représenter en justice. »

28 *Decresse ait*, sous-entendu *Appium*. Le licteur dit que le juge a prononcé, *qu'il y a arrêt*.

29 *Ut tacitum feras*, c'est-à-dire *ut consequaris silentio prætermissum*, si tu prétends obtenir que je taise... (Voy. des exemples de cette locution Tite-Live, I, 50 ; Cic. *ad Attic.*, II, 3 ; Plaute, *Asin.*, IV.)

30 *Nuptam pudicamque*, « je tiens à l'avoir pour femme, et pour femme sans reproche. »

Icilii. Non, si tribunitium auxilium et provocationem, plebi romanæ duas arces libertatis tuendæ, ademistis, ideo in liberos quoque nostros conjugesque regnum vestræ libidini datum est. Sævite in tergum et in cervices nostras; pudicitia saltem in tuto sit. Huic[31] si vis afferetur, ego præsentium Quiritium pro sponsa, Virginius militum pro unica filia, omnes deorum hominumque implorabimus fidem; neque tu istud unquam decretum sine cæde nostra referes[32]. Postulo, Appi, etiam atque etiam consideres, quo progrediare. Virginius viderit de filia, ubi venerit, quid agat. Hoc tantum sciat, sibi, si hujus vindiciis cesserit[33], conditionem filiæ quærendam esse[34]; me vindicantem sponsam in libertatem, vita citius deseret, quam fides[35]. »

Concitata multitudo erat, certamenque instare videbatur; lictores Icilium circumsteterant: nec ultra minas tamen processum est. Quum Appius: « non Virginiam defendi ab Icilio, sed inquietum hominem, et tribunatum[36] etiam nunc spirantem, locum seditionis[37] quærere diceret; non præbiturum se illi eo die materiam: sed ut jam sciret, non id petulantiæ suæ, sed Virginio absenti et patrio nomini et libertati datum, jus eo die se non dicturum[38], neque

31 *Huic*, c.-à-d. *Virginiæ* (δεικτικῶς).

32 *Neque decretum referes*. Ce *referes* a donné la torture aux interprêtes. Veut-il dire *reportabis domum*? tu ne le remporteras pas chez toi, tu ne t'en iras point après l'avoir rendu? Signifie-t-il *renovabis*? tu n'en rendras pas un nouveau, un pareil. Doit-on l'entendre, avec Scheller, dans le sens de *referes in ærarium*? tu ne le déposeras point dans le trésor (où l'on conservait, après transcription, les décrets, les lois et les autres actes publics)? Ce dernier sens, quoique le plus savant, paraît le plus probable.

33 *Si hujus vindiciis cesserit*, s'il cède devant la réclamation de cet homme (Claudius), s'il la reconnaît fondée, s'il y accède.

34 *Conditionem quærendam filiæ*, aura à chercher un parti pour sa fille. » Tel est le sens généralement adopté, et nous nous y rangeons, quoiqu'il y ait une sorte de contradiction à dire: « si Virginius reconnaît la légitimité de la prétention de Claudius, » c.-à-d., en d'autres termes, si la jeune fille tombe dans la servitude et dans l'opprobre, « le père verra à chercher un parti pour sa fille. » Il est évident que, si elle est adjugée à Claudius comme esclave, Virginius n'aura plus à lui chercher un époux. Aussi a-t-on voulu expliquer *conditionem quærendam filiæ* par « il aura à voir ce que deviendra la condition, l'*état*, de sa fille: *quærendam*, comme *inquirendam*, *respiciendam*, *reputandam*. Mais le premier sens paraît mieux sortir du texte; la suite des idées le confirme, et quant à la contradiction apparente, il ne faut pas s'y arrêter. Icilius parle en homme passionné, et il lui est permis de manquer un peu de logique.

35 *Fides*, « la foi que je lui ai donnée. »

36 *Tribunatum*. Construisez: *spirantem etiam nunc tribunatum*, « encore tout chaud de son tribunat. »

37 *Locum seditionis*, c.-à-d. *opportunitatem seditionis movendæ* « une occasion d'emeute. »

38 *Jus non dicturum*, « qu'il ne rendrait pas un jugement définitif. »

decretum interpositurum : a M. Claudio petiturum, ut decederet jure suo, vindicari[39] que puellam in posterum diem pateretur. Quod nisi pater postero die affuisset, denuntiare se Icilio, similibusque Icilii, neque legi suæ latorem, neque decemviro constantiam defore : nec se utique collegarum lictores convocaturum ad coercendos seditionis auctores : contentum se suis lictoribus fore. Quum dilatum tempus injuriæ esset, secessissentque advocati puellæ, placuit omnium primum fratrem Icilii, filiumque Numitorii, impigros juvenes, pergere inde recta ad portam; et, quantum accelerari posset, Virginium acciri a castris : « in eo verti puellæ salutem[40], si postero die vindex injuriæ ad tempus præsto esset. » Jussi pergunt, citatisque equis nuntium ad patrem perferunt. Quum instaret[41] assertor puellæ, ut vindicaret[42], sponsoresque daret; atque id ipsum agi[43] diceret Icilius, sedulo tempus terens, dum præciperent iter nuntii[44] missi in castra : manus tollere undique multitudo, et se quisque paratum ad spondendum, Icilio ostendere. Atque ille lacrymabundus, « Gratum est, inquit; crastina die vestra opera utar; sponsorum nunc satis est. » Ita vindicatur Virginia, spondentibus propinquis. Appius paulisper moratus, ne ejus rei causa sedisse[45] videretur, postquam, omissis rebus aliis, præ cura unius, nemo adibat[46], domum se recepit; collegisque in castra scribit ne commeatum Virginio dent atque etiam in custodia habeant. Improbum consilium, serum[47], ut debuit, fuit : et jam commeatu sumpto profectus Virginius prima vigilia erat, quum postero die mane de retinendo eo nequicquam litteræ redduntur.

At in urbe, prima luce, quum civitas in foro exspectatione erecta staret, Virginius sordidatus, filiam suam obso-

39 *Vindicari*, sous-entendu *secundum servitutem*.

40 *In eo verti puellæ salutem*, « que le salut de la jeune fille dépendait... »

41 *Instaret*, c.-à-d. *enixe postularet*.

42 *Ut vindicaret*, sous-entendu *Icilius*, *secundum libertatem*. Claudius pressait Icilius de se porter *vindex*, de réquérir la mise en liberté provisoire sous caution.

43 *Id ipsum agi*, c.-à-d. *se agere id, animo secum reputare*, « qu'il y pensait, qu'il s'en occupait. »

44 *Dum præciperent iter nuntii*, jusqu'à ce que les messagers eussent pu prendre les devants (sur ceux qui pourraient être dépêchés par Appius).

45 *Sedisse*, « avoir siégé » (comme juge).

46 *Nemo adibat*. La preoccupation d'une seule affaire avait fait oublier toutes les autres; nul ne se présentait à la barre.

47 *Serum*, « pris tardivement » dans le sens de *præposterum*.

leta veste, comitantibus aliquot matronis, cum ingenti advocatione[48] in forum deducit Circumire ibi et prensare homines cœpit; et non orare solum precariam opem[49], sed pro debita petere : « Se pro liberis eorum ac conjugibus « quotidie in acie stare; nec alium virum esse, cujus strenue « ac ferociter facta in bello plura memorari possent. Quid « prodesse, si incolumi urbe, quæ capta[50] ultima[51] timean- « tur, liberis suis sint patienda? » Hæc prope concionabundus[52] circumibat homines. Similia his ab Icilio jactabantur; comitatus muliebris plus tacito fletu quam ulla vox movebat. Adversus quæ omnia obstinato animo Appius (tanta vis amentiæ verius quam amoris mentem turbaverat)[53], in tribunal ascendit; et ultro querente pauca[54] petitore[55], « quod jus sibi pridie per ambitionem[56] dic- « tum non esset; » priusquam aut ille postulatum perageret[57], aut Virginio respondendi daretur locus, Appius interfatur[58]. Quem decreto sermonem prætenderit[59], forsan aliquem verum auctores antiqui tradiderint[60]; quia[61] nusquam alium in tanta fœditate decreti verisimilem invenio; id quod constat, nudum videtur proponendum, decresse vindicias secundum servitutem. Primo stupor omnes admiratione rei tam atrocis defixit : silentium inde aliquandiu tenuit. Deinde quum M. Claudius circumstantibus matronis iret ad prehendendam virginem, lamentabilisque eum mulierum comploratio excepisset; Virginius intentans in Appium manus : « Icilio, inquit, Appi, non tibi filiam despondi : et ad nuptias, non ad stuprum educavi. Passu-

48 *Cum ingenti advocatione*, «avec un cortége immense d'amis, de conseils » (*advocati*).

49 *Precariam opem* opposé à *pro debita*. Il ne leur demandait pas leur appui comme une grâce, mais comme une chose due,

50 *Quæ capta*, sous-entendu *urbe*.

51 *Ultima*, « les dernières violences, les derniers excès. »

52 *Prope concionabundus*, « d'un ton élevé, » presque avec l'accent d'un orateur à la tribune.

53 *Tanta vis amentiæ verius*, «tant à vrai dire la démence plus encore que l'amour... »

54 *Ultro querente pauca*, « après quelques mots de doléance, » (qui semblent) spontanés.

55 *Petitore*, sous-ent. *Claudio*.

56 *Per ambitionem*. *Ambitio* dans le sens d'*obsequium*. Il faut entendre par ce mot le désir illicite et outré d'être agréable à quelqu'un, de lui témoigner sa sympathie aux dépens du droit, du devoir, de l'équité, des convenances. Selon Claudius, Appius aurait voulu *faire sa cour* à Icilius et au peuple.

57 *Priusquam perageret*, « avant qu'il eût exposé tout au long l'objet de sa demande. »

58 *Interfatur*, « interrompt » Claudius.

59 *Quem sermonem*, « de quelle sorte de *considérants*, » de quel *dispositif* il fit précéder son jugement.

60 *Forsan aliquem verum tradiderint*, « peut-être en existe-t-il quelque reproduction exacte, textuelle. »

61 *Quia*, c'est-à-dire *sed quia*.

rine dedecus isti[62] sint, nescio ; non spero esse passuros illos, qui arma habent. » Quum repelleretur assertor virginis a globo mulierum, circumstantiumque advocatorum, silentium factum per præconem. Decemvir, alienato ad libidinem animo[63], negat « ex hesterno tantum convicio Icilii, violentiaque Virginii, cujus testem populum romanum habeat, sed certis quoque indiciis compertum se habere, nocte tota cœtus in urbe factos esse, ad movendam seditionem. Itaque se haud inscium ejus dimicationis, cum armatis descendisse[64] : non ut quemquam quietum violaret, sed ut turbantes civitatis otium, pro majestate imperii[65] coerceret. Proinde quiesse[66] erit melius. I, inquit, lictor, summove turbam, et da viam domino ad prehendendum mancipium[67]. » Quum hæc intonuisset plenus iræ, multitudo ipsa se sua sponte dimovit, desertaque præda injuriæ[68] puella stabat.

Tum Virginius, ubi nihil usquam auxilii vidit : « Quæso, inquit, Appi, primum ignosce patrio dolori, si quid inclementius[69] in te sum invectus : deinde sinas hic coram virgine nutricem percontari quid hoc rei sit, ut, si falso pater dictus sum, æquiore hinc animo discedam. » Data venia, seducit filiam ac nutricem prope Cloacinæ[70] ad tabernas[71], quibus nunc Novis est nomen ; atque ibi ab lanio cultro arrepto : « Hoc te uno, quo possum, ait, modo, filia, in libertatem vindico. » Pectus deinde puellæ transfigit : respectansque ad tribunal : « Te, inquit, Appi, tuumque caput sanguine hoc consecro[72]. » Clamore ad tam

62 *Isti*, « ceux-ci » (δεικτικῶς), cette foule timide et désarmée que voici.

63 *Alienato ad libidinem animo*, c.-à-d. *aversus, avocatus a sana ratione ad libidinem*, « s'abandonnant sans réserve à sa passion. »

64 *Descendisse*. Les principaux citoyens de Rome habitaient les quartiers élevés de la ville parce que l'air y était plus sain. De là l'expression *descendere* pour signifier se rendre soit au Forum, soit au sénat, soit au Champ-de-Mars, et, en général, *paraître en public*. La Curie et le Forum étaient situés dans la vallée comprise entre le mont Capitolin et le mont Palatin; le Champ-de-Mars dans une plaine à l'O., sous les murs de la ville.

65 *Pro majestate imperii*, « en vertu de la majesté du pouvoir public. » Construisez : *sed ut coerceret pro majestate imperii turbantes...*

66 *Quiesse*, pour *quiescere*.

67 *Mancipium*, proprement : « esclave de guerre » (αἰχμάλωτος) ; *mancipia* (*quasi manu capti*) ; par extension, toute personne dépendante d'une autre (*in manu*).

68 *Præda injuriæ*, « en proie à la violence. »

69 *Inclementius*, « avec trop d'emportement, d'âpreté. »

70 *PropeCloacinæ*, s.-ent. *statuam*. Cloacina était la déesse des cloaques ou égoûts publics. Peut-être est-ce la *Venus Cluacina* dont parle Pline.

71 *Ad Tabernas*, sous-entendu *novas*. Les *tabernæ* étaient de petites boutiques élevées autour du Forum. Il y avait des boutiques de parfumeurs, de barbiers, de médecins, de libraires, de cordonniers, de bouchers, etc.

72 *Consecro* c'est-à-dire *devoveo* *Diis infernis*.

atrox facinus orto excitus Appius, comprehendi Virginium jubet; ille ferro, quacumque ibat, viam facere: donec, multitudine etiam prosequentium[73] tuente[74], ad portam perrexit. Icilius Numitoriusque exsangue corpus sublatum ostentant populo; scelus Appii, puellæ infelicem formam[75], necessitatem[76] patris deplorant. Sequentes clamitant matronæ, « Eamne liberorum procreandorum conditionem? ea pudicitiæ præmia esse? » ceteraque quæ in tali re muliebris dolor, quo est mœstior imbecillo animo, eo miserabilia magis querentibus subjicit[77]. Virorum et maxime Icilii vox tota, tribunitiæ potestatis ac provocationis ad populum ereptæ publicarumque indignationum, erat[78].

Concitatur multitudo partim atrocitate sceleris, partim spe per occasionem repetendæ libertatis. Appius nunc vocari Icilium, nunc retractantem[79] arripi; postremo, quum locus adeundi apparitoribus[80] non daretur, ipse cum agmine patriciorum juvenum per turbam vadens, in vincula duci jubet. Jam circa Icilium non solum multitudo, sed duces quoque multitudinis erant, L. Valerius et M. Horatius, qui, repulso lictore, si jure ageret, vindicare se a privato Icilium aiebant[81]; si vim afferre conaretur, ibi quoque se haud

73 *Prosequentium*. Des manuscrits ajoutent *juvenum*.

74 *Tuente*. Certaines éditions portent *ruente*, qui ne vaut pas *tuente*.

75 *Infelicem formam*, c.-à-d. *quæ eam reddiderit infelicem*.

76 *Necessitatem*, sous-entendu *ita agendi*.

77 *Celeraque*, « et mille autres exclamations que la douleur peut arracher à des femmes; plus sensibles, parce que leur âme est faible, elles savent trouver, en pareil cas, des plaintes plus attendrissantes. »

78 *Vox tota*, etc., *oratio tota pertinebat ad tribunitiam... versabatur in querelis de republica.....* Phrase admirable que nous craignons d'affaiblir par cette paraphrase : « Ces voix mâles où éclatent les noms respectés, les noms regrettes de tribunat, d'appel au peuple; ces voix qui sont l'écho des coleres et des indignations publiques. » Quel style! quelle incomparable beauté d'expression!

79 *Retractantem*, pour *retrahentem*, sous-entendu *se*, *detrectantem*, *repugnantem*, « se roidissant. »

80 *Apparitoribus*. On appelait *apparitores* tous les serviteurs publics des magistrats (*ministri*), parce qu'ils se tenaient à leurs côtés pour exécuter leurs ordres (*quod iis apparebant, id est, præsto erant ad obsequium*), pour les servir et les accompagner. (SERV. ad Virg. *Æn.*, XII, 850; CIC. *Fam.*, XIII, 54.)

81 *Si jure ageret*, etc., sous-ent. *Appius*. Si Appius croyait pouvoir agir ainsi légalement comme magistrat, en vertu de son pouvoir légal, ils déclaraient qu'ils sauraient défendre Icilius contre un homme qui avait dépouillé le caractère de magistrat, qui n'était plus qu'un simple particulier (*vindicare se a privato*); s'il prétendait user de violence, sur ce terrain encore ils sauraient lui tenir tête. L'idée est enoncee sous forme de dilemme : de deux choses l'une, ou vous agissez comme magistrat, et nous vous en dénions le caractère, et nous vous resistorons; ou vous n'êtes qu'un agresseur brutal, et dans ce cas, nous sommes en force, et nous vous résisterons encore.

impares fore. Hinc atrox rixa oritur : Valerium Horatiumque lictor decemviri invadit : franguntur a multitudine fasces. In concionem Appius ascendit[82] : sequuntur Horatius Valeriusque : eos concio audit; decemviro obstrepitur. Jam pro imperio[83], Valerius discedere a privato[84], lictores jubebat; quum fractis animis Appius, vitæ metuens, in domum se propinquam foro, insciis adversariis, capite obvoluto recepit. Sep. Oppius, ut auxilio collegæ esset, in forum ex altera parte irrumpit : videt imperium vi victum[85]. Agitatus deinde consiliis[86], atque ex omni parte assentiendo multis auctoribus trepidus, Senatum postremo vocari jussi. Ea res, quod magnæ parti Patrum displicere acta Decemvirorum videbantur, spe per Senatum finiendæ potestatis[87] ejus multitudinem sedavit. Senatus nec plebem irritandam censuit, et multo magis providendum, ne quid Virginii adventus in exercitu motus faceret.

Itaque missi juniores Patrum in castra, quæ tum in monte Vecilio erant; nuntiant Decemviris, « ut omni ope a seditione milites contineant : » ubi Virginius majorem, quam relinquerat in urbe, motum excivit. Nam præterquam quod agmine prope quadringentorum hominum veniens, qui ab urbe indignitate rei accensi comites ei se dederant, conspectus est, strictum etiam telum[88], respersusque ipse cruore tota in se castra convertit; et togæ[89] multifariam in castris visæ, majoris aliquanto quam erat, speciem urbanæ multitudinis fecerant. Quærentibus quid rei esset, flens diu vocem non misit; tandem ut jam trepidatione concurrentium turba constitit[90], ac silentium fuit,

[82] *In concionem ascendit*, c.-à-d. *in rostra ut concionem ad populum haberet*.

[83] *Pro imperio*, c.-à-d. *loco imperii, sub persona imperantis*, « d'autorité, substituant sa propre volonté à l'autorité légale. »

[84] *A privato*, pour *ab Appio, tanquam a privato*.

[85] *Imperium vi victum videt*, « il voit que l'autorité est vaincue, que la force a le dessus. »

[86] *Agitatus consiliis*, etc. Voici la paraphrase de ce passage : l'esprit d'Oppius est agité, ballotté en tous sens par suite des conseils divers qu'il reçoit de tous les côtés; il se rend tour à tour à cette foule d'avis différents (*multis auctoribus assentiendo*), et, finalement, après s'être longtemps *tourmenté* (*trepidare*, littéralement : *piaffer, trépigner* d'impatience), il s'arrête au parti de convoquer le sénat.

[87] *Spe per senatum finiendæ potestatis*, « l'espérance d'obtenir du sénat la suppression du décemvirat. »

[88] *Strictum telum*, « le couteau dont il était armé. » (*Telum*, toute espèce d'arme ou d'instrument propre à frapper), et dont il brandissait la lame.

[89] *Togæ*, pour *togati*. Mais combien l'expression est plus pittoresque ! Ces toges qu'on distingue çà et là dans le camp, qui tranchent sur le costume militaire, font tableau. Ce qui suit est aussi juste que spirituel.

[90] *Ut jam trepidatione turba constitit*, m. à m. : « quand le trouble que

ordine cuncta, ut gesta erant, exposuit. Supinas deinde tendens manus, commilitones appellans orabat : « Ne quod « scelus Appii Claudii esset sibi attribuerent : neu se ut « parricidam liberum aversarentur. Sibi vitam filiæ sua « cariorem fuisse, si liberæ ac pudicæ vivere licitum fuisset ; « quum velut servam ad stuprum rapi videret, morte amitti « melius ratum, quam contumelia, liberos [91], misericor- « dia se in speciem crudelitatis lapsum [92]. Nec se super- « stitem filiæ futurum fuisse, nisi spem ulciscendæ mortis « ejus in auxilio commilitonum habuisset. Illis quoque « enim filias, sorores, conjugesque esse ; nec cum filia sua « libidinem Appii Claudii exstinctam esse ; sed quo impu- « nitior sit, eo effrenatiorem fore. Aliena calamitate docu- « mentum datum illis cavendæ similis injuriæ : quod ad se « attineat, uxorem sibi fato ereptam : filiam, quia non ultra « pudica victura fuerit, misera, sed honesta, morte occu- « buisse. Non esse jam Appii libidini locum in domo sua ; « ab alia violentia ejus, eodem se animo suum corpus vin- « dicaturum, quo vindicaverit filiæ. Ceteri sibi ac liberis « suis consulerent. » Hæc Virginio vociferanti succlamabat multitudo, nec illius dolori, nec suæ libertati se defuturos [93] Et immixti turbæ militum togati [94], quum [95] eadem illa [96] querendo, docendoque quanto visa quam audita indigniora potuerint videri [97] : simul profligatam jam rem nuntiando

produisait le concours de tant de gens effarés eut pris fin. » *Trepidatio*, concursus inconditus ; *turba, tumultus ; constitit, cessavit.*

91 *Amitti...... contumelia liberos*, « devoir la perte de ses enfants au déshonneur. » en ce sens qu'on vous les ravit pour en faire des esclaves, pour les réduire à une condition flétrissante.

92 *Misericordia*, etc., mot à mot « c'était par tendresse qu'il s'était laissé aller à paraître cruel. » *Lapsum*, belle expression.

93 *Nec illius dolori*, etc., m. à m. « qu'ils ne feraient défaut ni à sa douleur ni à leur liberté ; » en d'autres termes, qu'ils sauraient venger Virginius et se défendre eux-mêmes. Il y a quelque chose de subtil, sinon dans l'idée, du moins dans le tour et dans l'expression. Nous croyons devoir signaler, pour l'instruction des élèves, ce qui nous semble une faute de goût : les paroles que Tite-Live prête aux soldats, rapportées sous cette forme indirecte, ne sont, bien entendu, que le résumé de leurs sentiments et de leurs discours ; néanmoins, on a peine à comprendre que des milliers de bouches s'ouvrent à la fois pour donner passage à une antithèse, presque à une pointe.

94 *Togati*, les citoyens qui avaient accompagné Virginius au camp, les *togæ* de tout-à-l'heure (note 89).

95 *Quum... simul*. *Quum* a ordinairement pour corrélatif *tum* ; dans cette phrase *tum* est remplacé, dans le même sens, par *simul*, au membre de phrase suivant.

96 *Eadem illa*, sous -tendu *quæ Virginius querebatur*.

97 *Quanto visa*, etc., m. à m. : « combien la vue avait dû exciter une indignation plus vive encore que n'en pouvait produire le simple récit, » en d'autres termes, combien les paroles étaient au-dessous du spectacle de telles horreurs.

Romæ esse[98]; insecutique, qui Appium prope interemptum in exsilium abiisse dicerent[99], perpulerunt[100], ut ad arma conclamaretur, vellerentque signa, et Romam proficiscerentur. Decemviri simul iis quæ videbant, simul his quæ acta Romæ audierant, perturbati; alius in aliam partem castrorum ad sedandos motus discurrunt, et leniter agentibus[101] responsum non redditur; imperium si quis inhiberet[102], et viros et armatos se esse respondetur. Eunt agmine ad urbem, et Aventinum insidunt; ut quisque occurrerat, plebem ad repetendam libertatem, creandosque tribunos plebis adhortantes, alia vox nulla violenta audita est. Senatum Sp. Oppius habet[103] : nihil placet aspere agi[104]; quippe ab ipsis[105] datum locum seditionis esse. Mittuntur tres legati consulares, Sp. Tarpeius, C. Julius, P. Sulpitius, qui quærerent Senatus verbis[106], cujus jussu castra deseruissent, aut quid sibi vellent, qui armati Aventinum obsedissent, belloque averso ab hostibus[107] patriam suam cepissent? Non defuit quid responderetur : deerat qui daret responsum; nullo dum certo duce[108], nec satis audentibus singulis invidiæ se offerre[109]; id modo a multitudine conclamatum est, ut L. Valerium et M. Horatium ad se mitterent; his se daturos responsum.

Dimissis legatis, admonet milites Virginius : « In re non « maxima[110] paulo ante trepidatum esse[111], quia sine « capite multitudo fuerit : responsumque, quanquam non « inutiliter[112], fortuito tamen magis consensu, quam « communi consilio esse. Placere decem creari, qui summæ « rei præessent, militarique honore tribunos militum ap-

98 *Profligatam rem Romæ*, « que la question était décidee, tranchée à Rome. »

99 *Insecutique... et alii hos priores postea secuti*, « de nouveaux arrivants. »

100 *Perpulerunt*, *perfecerunt*, s'applique aux uns et aux autres, aux premiers comme aux derniers venus.

101 *Leniter agentibus*, « s'ils emploient la douceur. »

102 *Si quis imperium inhiberet*, « si l'un d'eux voulait user d'autorité, » faire valoir son autorité. *Inhiberet*, comme *adhiberet*.

103 *Senatum habet*, « tient l'assemblée du sénat. »

104 *Nihil placet aspere agi*, « on s'accorde à ne pas pousser les choses à l'extrême, à outrance. »

105 *Ab ipsis*, sous-entendu *decemviris*.

106 *Senatus verbis*, « au nom du sénat. »

107 *Bello averso ab hostibus*, « détournant contre leurs concitoyens la guerre qu'ils faisaient aux ennemis. »

108 *Nullo dum duce*, phrase elliptique pour *dum nullus dux esset*.

109 *Invidiæ se offerre*, « se faire des ennemis, se compromettre. »

110 *In re non maxima*, « sur un point qui n'avait rien de très-grave. »

111 *Trepidatum*, « on avait été étourdi, on s'était troublé. »

112 *Quanquam non inutiliter*. « sans rien faire précisément de nuisible, » d'inutile à leur cause.

« pellari. » Quum ad eum ipsum primum is honos deferretur, « Melioribus meis vestrisque rebus reservate, inquit, « ista de me judicia[113]. Nec mihi filia inulta honorem ullum « jucundum esse patitur; nec in perturbata republica eos « utile est præesse vobis, qui proximi invidiæ[114] sint. Si « quis usus mei est, nihilo minus ex privato[115] capietur. » Ita decem numero tribunos militares creant.

Neque in Sabinis quievit exercitus; ibi quoque auctore Icilio Numitorioque, secessio ab decemviris facta est; non minore motu animorum Siccii cædis memoria revocata, quam quem nova fama de Virginia adeo fœde ad libidinem petita[116], accenderat. Icilius, ubi audivit tribunos militum in Aventino creatos, ne comitiorum militarium prærogativam[117] urbana comitia iisdem tribunis plebis creandis sequerentur, peritus rerum popularium, imminensque ei potestati, et ipse prius quam iretur ad urbem, pari potestate eumdem numerum ab suis creandum curat. Porta Collina urbem intravere sub signis[118], mediaque urbe[119] agmine in Aventinum pergunt: ibi conjuncti alteri exercitui, viginti tribunis militum negotium dederunt, ut ex suo numero duos crearent, qui summæ rerum præessent. M. Oppium, Sex. Manilium creant. Patres solliciti de summa rerum[120], quum senatus quotidie esset, jurgiis sæpius terunt tempus, quam consiliis. Siccii cædes decemviris, et Appiana libido, et dedecora militiæ objiciebantur. Placebat Valerium Horatiumque ire in Aventinum; illi negabant se aliter ituros, quam si decemviri deponerent

113 *Judicia*, c.-à-d. *suffragia*.

114 *Proximi invidiæ*, « les plus compromis. »

115 *Ex privato*, sous-entendu *me*.

116 *Petita*, « réclamée, revendiquée. » Claudius est désigné souvent sous le nom de *petitor*.

117 *Prærogativam comitiorum militarium*, etc., m. à m. : « craignant qu'aux comices *militaires* et à l'initiative qu'ils avaient prise, ne succédassent des comices *urbains* qui conféreraient à ces mêmes hommes (aux élus de l'armée) le titre de tribuns du peuple. » *Prærogativa* (*cum præ reliquis, vel primum, rogabatur suffragium*), *prérogative, initiative*, dans un sens plus restreint cependant que les mots français. Une tribu, une centurie usait de *prérogative* lorsque le sort la désignait pour donner la première son suffrage; en général les autres tribus suivaient l'impulsion de celle qui s'était prononcée la première; à la *prérogative* s'attachait l'idée de présage heureux. Voici donc, selon Drakenborch, le sens de cette phrase : Icilius voulait empêcher que le peuple, dans les comices par tribus, ne se laissât influencer par le fait de l'élection militaire, et ne fût porté à nommer tribuns du peuple les hommes qui avaient déjà reçu le titre de tribuns des soldats; cette circonstance l'aurait exclu d'un honneur qu'il convoitait pour lui-même (*imminens huic potestati*).

118 *Sub signis* « enseignes déployées. »

119 *Media urbe*, « en passant par le milieu de la ville. »

120 *Solliciti de summa rerum*, « vivement préoccupés du salut de l'Etat. » *Summa rerum*, summa respublica, salus reipublicæ.

insignia magistratus ejus, quo anno jam ante abissent [121] Decemviri, querentes se in ordinem cogi [122], non ante quam perlatis legibus, quarum causa creati essent, depondituros imperium se aiebant.

Per M. Duilium, qui tribunus plebis fuerat, certior facta plebs, contentionibus assiduis nihil transigi, in Sacrum montem [123] ex Aventino transit, affirmante Duilio non prius quam deseri urbem videant, curam in animos patrum descensuram [124]; admoniturum Sacrum montem constantiæ [125] plebis; scituros, quod sine restituta potestate redigi in concordiam res nequeant [126]. Via Nomentana [127], cui tum Ficulensi nomen fuit, profecti, castra in monte Sacro locavere, modestiam patrum suorum [128] nihil violando imitati. Secuta exercitum plebs, nullo, qui per ætatem ire posset, retractante [129]. Prosequuntur conjuges liberique, cuinam se relinquerent in ea urbe, in qua nec pudicitia nec libertas sancta esset, miserabiliter rogitantes. Quum vasta Romæ omnia insueta solitudo fecisset, in foro præter paucos seniorum nemo esset, vocatis utique in senatum patribus, desertum apparuisset forum, plures jam, quam Horatius et Valerius, vociferabantur : « Quid exspectabitis, patres conscripti? si decemviri finem pertinaciæ non faciunt, ruere ac deflagrare omnia passuri estis? Quod autem istud imperium [130] est, decemviri, quod amplexi tenetis? Tectis ac parietibus jura dicturi estis? Non pudet lictorum vestrorum majorem prope numerum in foro conspici, quam togatorum aliorumque? Quid, si hostes ad urbem veniant, facturi estis? quid si plebs mox, ubi parum secessione moveamur, armata veniat? Occasune urbis vultis finiri imperium? Atqui aut plebs non est habenda [131], aut ha-

121 *Quo anno*... Construisez : *quo (magistratu) abissent anno jam ante.*

122 *Se in ordinem cogi querentes*, m. à m. : « se plaignant d'être réduits à la condition *ordinaire*, à la condition de simples citoyens. » Locution empruntée à la milice : dans une marche le soldat qui s'écarte de son rang est forcé par les chefs de le reprendre.

123 *In Sacrum montem*, « le mont Sacré » était situé au-delà de l'Anio, à trois milles de Rome.

124 *Curam non descensuram* qu'une preoccupation sérieuse ne pénétrerait pas profondément... »

125 *Constantiæ*, « de la ferme résolution. »

126 *Scituros quod*... Forme rare. Peut-être vaudrait-il mieux lire *quam*.

127 *Nomentana*... *Ficulensi*. *Nomentum*, *Ficulea*, ou *Ficulnea*, étaient des villes des Sabins.

128 *Modestiam patrum suorum*, « le calme, la sagesse de leurs ancêtres » (qui s'étaient jadis retirés sur cette même montagne).

129 *Retractanti*, pour *detrectanti*. (Voy. plus haut, p. 347, note 79.)

130 *Imperium*, « votre autorité. »

131 *Plebs non est habenda*, c.-à-d. *admittenda*, *recipienda*, « il ne faut pas qu'il y ait de peuple... »

132 *Citius*, pour *libentius*, faci-

bendi sunt tribuni plebis. Non citius [132] caruerimus patriciis magistratibus, quam illi plebeiis. Novam inexpertamque eam potestatem [133] eripere Patribus notris : ne nunc dulcedine semel capti ferant desiderium [134]; quum præsertim nec nos temperemus imperiis [135], quominus illi auxilii egeant. » Quum hæc in omni parte jactarentur, victi consensu Decemviri, futuros se, quando ita videatur, in potestate Patrum affirmant [136]. Id modo simul orant ac monent, ut ipsis ab invidia caveatur [137]; nec suo sanguine ad supplicia Patrum plebem assuefaciant.

Tum Valerius Horatiusque missi ad plebem conditionibus, quibus videretur [138], revocandam, componendasque res, Decemviris quoque ab ira et impetu multitudinis præcavere jubentur [139], Profecti, gaudio ingenti plebis in castra accipiuntur : quippe liberatores haud dubie et motus initio, et exitu rei. Ob hæc iis advenientibus gratiæ actæ. Icilius pro multitudine verba facit. Idem, quum de conditionibus ageretur, quærentibus legatis quæ postulata plebis essent, composito jam ante adventum legatorum consilio [140], ea postulavit, ut appareret in æquitate rerum, plus quam in armis, reponi spei. Potestatem enim tribunitiam provocationemque repetebant, quæ ante Decemviros creatos, auxilia plebis fuerant : et ne cui fraudi esset [141], conscisse milites aut plebem ad repetendam per secessionem libertatem. De Decemvirorum modo supplicio atrox postulatum fuit. Dedi quippe eos æquum censebant, vivosque igni concrematuros minabantur [142]. Legati ad ea : « Quæ consilii fuerunt [143], adeo æqua postulatis, ut ultro nobis deferenda

tius, « nous nous passerions plutôt » (plus tôt),... nous ferions meilleur marché...

133 *Eam potestatem*, sous-entendu *tribunitiam*.

134 *Desiderium*, sous-ent. *ejus*.

135 *Quum præsertim*, etc., « d'autant plus que nous n'usons pas de l'autorité avec assez de modération pour qu'ils n'aient pas besoin d'un pouvoir protecteur. »

136 *Se futuros in potestate patrum*, « qu'ils s'en remettraient à la décision suprême du sénat. »

137 *Ipsis ab invidia caveatur*, c.-à-d. *sibi præstetur securitas*, « qu'on les mette à couvert de la vengeance de leurs ennemis. »

138 *Conditionibus, quibus videretur*, « aux conditions où ils croiraient devoir souscrire. » On leur donnait *carte blanche* pour traiter au mieux.

139 *Decemviris præcavere jubentur*, « il leur est enjoint de pourvoir à la sûreté des décemvirs, » de stipuler qu'ils ne seront pas recherchés pour leurs actes.

140 *Composito..... consilio*, « en vertu d'une résolution arrêtée, concertée. »

141 *Ne cui fraudi esset*, construisez : *ne fraudi esset cui*, *alicui civi*. *Fraudi*, dans le sens de *damno*, *clam, per fraudem illato*, « que nul ne fût sourdement inquiété... »

142 *Concrematuros minabantur*, « on menaçait de les brûler en masse. »

143 *Quæ consilii fuerunt*, c.-à-d. *quæ ante a vobis deliberata sunt*, « quant à ce qui a été l'objet d'une

fuerint : libertati enim ea præsidia petitis, non licentiæ ad impugnandos alios. Iræ vestræ[144] magis ignoscendum, quam indulgendum est[145]; quippe qui crudelitatis odio in crudelitatem ruitis, et, prius pæne quam ipsi liberi sitis, dominari jam in adversarios vultis. Nunquamne quiescet civitas nostra a suppliciis, aut patrum in plebem romanam, aut plebis in patres? Scuto vobis magis, quam gladio opus est. Satis superque humilis est[146], qui jure æquo in civitate vivit, nec inferendo injuriam, nec patiendo. Etiam[147], si quando metuendos vos præbituri estis, quum, recuperatis magistratibus legibusque vestris, judicia penes vos erunt de capite nostro fortunisque, tunc, ut quæque causa erit, statuetis : nunc libertatem repeti satis est. »

Facerent ut vellent permittentibus cunctis, mox redituros se legati rebus perfectis affirmant. Profecti quum mandata plebis patribus exposuissent; alii[148] decemviri, quandoquidem præter spem ipsorum supplicii sui nulla mentio fieret, haud quicquam abnuere. Appius truci ingenio, et invidia præcipua[149], odium in se aliorum suo in eos metiens odio : « Haud ignaro[150], inquit, imminet fortuna. Video donec arma[151] adversariis tradantur, differri adversus nos certamen, dandus invidiæ est sanguis[152]. Nihil ne ego quidem moror[153], quominus decemviratu abeam. » Factum senatusconsultum, ut decemviri se primo quoque tempore magistratu abdicarent; Q. Furius pontifex maximus tri-

délibération préalable, d'un examen réfléchi. »

144 *Iræ*, pour *quod attinet ad iram*, opposé à *quæ consilii*, « quant à ce que vous dicte la colère. »

145 *Quam indulgendum*, « qu'il ne faut y condescendre, y souscrire par une molle complaisance. »

146 *Satis superque humilis est*, « c'est se montrer humble comme il suffit de l'être, dans la mesure qui suffit, dans la bonne mesure. » Peut-être vaudrait-il mieux lire *humili*, mais nous n'avons pas osé changer le texte.

147 *Etiam*, dans les éditions anciennes, est rattaché à *patiendo*. C'était une faute grossière qu'on a eu raison de faire disparaître. Cet *etiam*, ce *d'ailleurs*, qui commence un nouveau développement, qui ouvre un nouvel ordre d'idées, est très-convenable et très-adroit. Valérius et Horatius, sans manquer à leur rôle de conciliateurs, peuvent et doivent, au point de vue populaire, qui est le leur, offrir au peuple une perspective de puissance qui ne peut que le flatter, et en le flattant l'apaiser, en réservant l'avenir; seulement ils conseillent la modération pour le présent.

148 *Alii*, c'est-à-dire *reliqui*, « les autres, » par opposition à Appius. C'est ainsi qu'en grec on se sert de οἱ ἄλλοι, τὰ μὲν ἄλλα.

149 *Invidia præcipua*, « le plus en butte à la haine, » le plus compromis.

150 *Haud ignaro*, pour *haud ignarus sum quam fortuna*...

151 *Arma*. Par ces *armes* il faut entendre le tribunat, l'appel au peuple.

152 *Dandus sanguis invidiæ*, mot à mot « que mon sang soit donné (en tribut) à cette haine ; » qu'on livre à mes ennemis leur victime.

153 *Moror*, dans le sens d'*impedio*.

bunos plebis crearet[154] : et ne cui fraudi esset secessio militum plebisque. His senatusconsultis perfectis, dimisso senatu, decemviri prodeunt in concionem, abdicantque se magistratu, ingenti hominum lætitia. Postea reus delectus, priusquam prodicta dies esset, Appius sibi mortem conscivit[155]. Subinde arreptus a P. Numitorio Sp. Oppius, proximus invidiæ, quod in Urbe fuerat, quum injustæ vindiciæ[156] a collega dicerentur. Plus tamen facta injuria Oppio, quam non prohibita, invidiæ fecit : testis productus, qui septem et viginti enumeratis stipendiis octies extra ordinem[157] donatus, donaque ea gerens in conspectu populi, scissa veste, tergum laceratum virgis ostendit, nihilum deprecans, quin, si quam suam noxam reus dicere posset, privatus iterum in se sæviret[158] Oppius quoque ductus in vincula est, et ante judicii diem finem ibi vitæ fecit. Bona Claudii Oppiique tribuni publicavere : collegæ eorum exsilii causa solum verterunt[159], bona publicata sunt; et M. Claudius assertor Virginiæ, die dicta damnatus, ipso remittente Virginio ultimam pœnam, dimissus Tibur exsulatum abiit : manesque Virginiæ, mortuæ quam vivæ felicioris, per tot domos ad petendas pœnas vagati, nullo relicto sonte, tandem quieverunt[160]. (Tit. Liv., lib. iii, c. 44-59.)

154 *Tribunos plebis crearet,* c'est-à-dire *comitia creandis tribunis haberet.* Régulièrement le grand Pontife ne tenait les comices que pour l'élection de son successeur, et probablement aussi pour la nomination du *roi des sacrifices.* C'était un tribun en charge que le sort appelait à présider les comices lorsqu'il s'agissait de créer des tribuns. Si le grand Pontife est désigné dans cette circonstance pour tenir les comices, c'est que le tribunat était alors vacant.

155 *Sibi mortem conscivit.* Les uns disent qu'Appius se pendit; mais d'autres prétendent qu'il fut mis à mort par l'ordre des tribuns.

156 *Injustæ vindiciæ,* « l'injuste revendication » de Virginie comme esclave.

157 *Extra ordinem donatus,* « récompensé extraordinairement, » c'est-à-dire ayant reçu des récompenses militaires, telles que bracelets, collier, etc, non à la suite de quelque fait d'armes accompli dans un engagement ordinaire (*in justa acie*), mais dans une occasion spéciale où ce militaire s'était battu hors des rangs (*extra ordinem*), comme dans un combat singulier, une reconnaissance, une affaire d'avant-poste, etc.

158 *Nihilum deprecans quin,* etc., « pour toute plainte, il dit que, si l'accusé peut lui imputer le moindre délit, quoique rentré dans la vie privée, il (Oppius) aura le droit de sévir de nouveau contre lui; » c'est-à-dire il met Oppius au défi de lui reprocher un délit quelconque; dans le cas contraire, il consent à subir de la part d'Oppius, redevenu simple particulier, le même traitement que celui qu'il a essuyé de la part d'Oppius magistrat.

159 *Solum verterunt,* pour *patriam reliquerunt.*

160 *Manesque Virginiæ,* etc. Belle et attendrissante image. Les mânes de Virginie ont bien longtemps demande vengeance; ils ont erré autour de bien des maisons : mais, plus heureuse après sa mort que durant sa vie, l'intéressante victime voit disparaître le dernier coupable, et son ombre peut enfin reposer en paix.

103.—MORT DE SAINTE MONIQUE. DOULEUR DE SAINT AUGUSTIN.

Monique mère de saint Augustin, était née en 332, de parents pieux. Elevée dans le christianisme, elle avait épousé un païen qu'elle eut le bonheur de convertir. Restée veuve encore jeune, cette femme, le modèle des mères, donna les soins les plus tendres et les plus éclairés à l'éducation de ses enfants, et en particulier à celle d'Augustin. C'est en grande partie aux prières de cette sainte femme que l'Eglise latine est redevable de son plus éloquent docteur. Nous n'avons pas cru pouvoir mieux terminer notre recueil que par les pages si pathétiques que saint Augustin a consacrées au récit des derniers instants de sa mère. La mort de sainte Monique est de l'an 384.

Intra quinque dies, aut non multo amplius, decubuit febribus[1]. Et cum ægrotaret, quodam die defectum animæ passa est, et paululum subtracta a præsentibus[2]. Nos concurrimus; sed cito reddita est sensui : et aspexit astantes, me et fratrem meum[3]; et ait nobis, quasi quærenti similis : « Ubi eram? » Deinde nos intuens mœrore attonitos : « Ponetis hic, inquit, matrem vestram. » Ego silebam, et fletum frænabam. Frater autem meus quiddam locutus est, quo eam non peregre, sed in patria sua defungi, tanquam felicius optaret. Quo audito, illa vultu anxio reverberans[4] cum oculis, quod talia saperet, atque inde me intuens : « Vide, ait, quid dicit. » Et mox ambobus : « Po« nite, inquit, hoc corpus ubicumque; nihil vos ejus cura « conturbet; tantum illud vos rogo, ut ad Domini altare « memineritis mei ubi ubi[5] fueritis. »

Cumque hanc sententiam verbis quibus poterat explicasset, conticuit, et ingravescente morbo exercebatur[6]. Ego vero cogitans dona tua, Deus invisibilis, quæ immittis in corda fidelium tuorum, et proveniunt inde fruges admirabiles, gaudebam et gratias agebam tibi, recolens[7] quod noveram, quanta cura semper æstuasset de sepulcro[8],

103.—1 *Decubuit febribus*, « elle fut prise de la fièvre. » *Decumbere*, littéralem. : « prendre le lit. » Nous n'avons pas besoin d'avertir qu'il se rencontre dans cet admirable morceau un grand nombre d'expressions d'une latinité plus que suspecte.

2 *Subtracta est a præsentibus*, « elle perdit connaissance. »

3 *Fratrem meum*. Ce frère s'appelait Navigius, comme saint Augustin nous l'apprend lui-même dans la préface de son traité *de la Vie heureuse*.

4 *Reverberans eum oculis*, littéralement : « le réprimant des yeux, » jetant sur lui un regard sévère. *Reverberare*, en basse latinité, a le sens de *refutare*, *repellere*. (Voy. le Glossaire de Du Cange au mot *reverberare*.)

5 *Ubi ubi*, pour *ubicumque*.

6 *Exercebatur*, « elle subissait une rude épreuve. »

7 *Recolens*, pour *reputans*.

8 *Æstuasset de sepulcro*, « elle s'était tourmentée de sa sépulture. »

quod sibi providerat et præparaverat juxta corpus viri sui. Quia enim valde concorditer vixerant, id etiam volebat, ut est animus humanus minus capax divinorum, adjungi ad illam felicitatem, et commemorari ab hominibus, concessum sibi esse post transmarinam peregrinationem, ut conjuncta terra amborum conjugum terra tegeretur. Quando autem ista inanitas[9] plenitudine bonitatis tuæ cœperat in ejus corde non esse, nesciebam, et lætabar admirans, quod sic mihi aperuisset[10]; quamquam et in illo sermone nostro ad fenestram[11], cum dixit : « Jam quid hic facio? » non adparuit desiderare in patria mori. Audivi etiam postea, quod jam, cum Ostiis essemus, cum quibusdam amicis meis materna fiducia[12] colloquebatur quodam die de contemtu vitæ hujus et bono mortis, ubi ipse non aderam : illisque stupentibus virtutem feminæ, quam tu dederas ei, quærentibusque utrum non formidaret tam longe a sua civitate corpus relinquere : « Nihil, inquit, longe est Deo, neque timendum est, ne ille non agnoscat in fine sæculi, unde me resuscitet. » Ergo die nono ægritudinis suæ, quinquagesimo et sexto anno ætatis suæ[13], trigesimo et tertio ætatis meæ, anima illa religiosa et pia corpore soluta est.

Premebam oculos ejus, et confluebat in præcordia mea mœstitudo[14] ingens, et transfluebat in lacrymas, ibidemque oculi mei violento animi imperio[15] resorbebant fontem suum usque ad siccitatem, et in tali luctamine valde male mihi erat. Tum vero, ubi efflavit extremum spiritum, puer Adeodatus[16] exclamavit in planctum[17], atque ab omnibus nobis coercitus, tacuit. Hoc modo etiam meum quiddam puerile, quod labebatur in fletus juvenili voce cordis[18], coercebatur et tacebat. Neque enim decere arbi-

9 *Ista inanitas,* « cette vanité, » cette pensée de néant.

10 *Quod sic mihi aperuisset,* « qu'elle m'en eût fait part de la sorte. » D'autres éditions portent *apparuisset.*

11 *Illo sermone nostro ad fenestram.* Ceci se rapporte à l'entretien que sainte Monique et saint Augustin eurent ensemble sur Dieu et l'éternité à la fenêtre de la maison qu'ils habitaient à Ostie.

12 *Materna fiducia,* « avec un abandon tout maternel. »

13 *Quinquagesimo et sexto anno.* Tous les manuscrits donnent ce nombre : on a donc lieu de s'étonner que le savant Baronius ait cru que le texte était altéré en cet endroit.

14 *Mœstitudo.* Archaïsme pour *mœstitia.*

15 *Violento animi imperio,* « par un violent effort de l'âme qui se rendait maîtresse. »

16 *Adeodatus.* Adéodat était le fils de saint Augustin.

17 *Exclamavit in planctum,* « poussa un grand cri. » *Planctus* joint à *exclamavit* est bien impropre. *Planctus* (de *plango*) se dit proprement des coups que l'on se donne dans la douleur.

18 *Quod labebatur in fletus juvenili voce cordis,* littéralement : « qui

trabamur funus illud questibus lacrymosis gemitibusque celebrare[19], quia his plerumque solet deplorari quædam miseria morientium, aut quasi omnimoda[20] extinctio. At illa nec misere moriebatur, nec omnino moriebatur. Hoc et documentis morum ejus, et fide non ficta, rationibusque certis tenebamus.

Quid ergo erat, quod intus mihi graviter dolebat, nisi ex consuetudine simul vivendi dulcissima et carissima repente dirupta, vulnus recens? Gratulabar quidem testimonio ejus, quod in ea ipsa ultima ægritudine, obsequiis meis interblandiens[21], appellabat me pium : et commemorabat grandi dilectionis affectu, nunquam se audisse ex ore meo jaculatum in se durum et contumeliosum sonum[22]. Sed tamen, quid tale, Deus meus, qui fecisti nos; quid comparabile habebat honor a me delatus illi, et servitus ab illa mihi[23]? Quoniam itaque deserebar tam magno ejus solatio, sauciabatur anima mea, et quasi dilaniabatur vita, quæ una facta erat ex mea et illius.

Cohibito ergo a fletu illo puero, psalterium arripuit Evodius, et cantare cœpit psalmum. Cui respondebamus omnis domus : « Misericordiam et judicium cantabo tibi, Domine. » Audito autem quid ageretur, convenerunt multi fratres ac religiosæ feminæ, et de more illis, quorum officium erat, funus curantibus[24], ego in parte ubi decenter poteram, cum eis qui me non deserendum esse censebant, quod erat tempori congruum disputabam eoque fomento veritatis[25] mitigabam cruciatum tibi notum, illis ignorantibus et intente audientibus, et sine sensu doloris me esse arbitrantibus. At ego in auribus tuis, ubi eorum nullus audiebat, increpabam mollitiem adfectus mei, et constringebam fluxum

se laissait aller aux gémissements par la voix d'un cœur jeune encore.» On regrette ce mauvais goût et ces pointes de faux esprit au milieu de tant de beautés attendrissantes et sublimes.

19 *Celebrare.* Deux manuscrits portent *celebrari.*

20 *Omnimoda,* « complète. » De l'adjectif barbare *omnimodus* s'étaient formés dans la basse latinité les adverbes non moins barbares *omnimoditer* et *omnimodatim.*

21 *Obsequiis meis interblandiens,* « répondant à mes attentions par des paroles de tendresse. » *Interblanditus,* du verbe inusité *interblandior,* qui ne se trouve que dans saint Augustin.

22 *Sonum.* D'autres éditions ont *sermonem.*

23 *Servitus ab illa mihi,* « ce service d'esclave qu'elle me rendait. » Admirable expression !

24 *Et de more illis,* etc. Construisez : *et illis quorum* (*id*) *officium erat curantibus funus.*

25 *Eo fomento veritatis,* littéralement : « par ce baume de vérité, » c'est-à-dire : en me servant de la vérité (de la parole divine) comme d'un baume.

mœroris, cedebatque mihi paululum, rursusque impetu suo ferebatur non usque ad eruptionem lacrymarum, nec usque ad vultus mutationem; sed ego sciebam, quid corde premerem. Et quia mihi vehementer displicebat, tantum in me posse hæc humana[26], quæ ordine debito[27] et sorte conditionis nostræ accidere necesse est, alio dolore dolebam dolorem meum[28], et duplici tristitia macerabar. Cum ecce corpus elatum est, imus, redimus sine lacrymis. Nam neque in eis precibus, quas tibi fudimus, cum offerretur pro ea sacrificium pretii nostri[29], jam juxta sepulcrum posito cadavere, priusquam deponeretur, sicut illic fieri solet, nec in eis precibus ego flevi, sed toto die graviter in occulto[30] mœstus eram, et mente turbata rogabam te ut poteram, quo sanares dolorem meum, nec faciebas, credo, commendans memoriæ meæ, vel hoc uno[31] documento omnis consuetudinis vinculum, etiam adversus mentem, quæ jam non fallaci verbo pascitur. Visum etiam mihi est, ut irem lavatum, quod audieram inde balneis nomen inditum; quia Græci βαλανεῖον[32] dixerint, quod anxietatem pellat ex animo. Ecce et hoc confiteor misericordiæ tuæ, pater orphanorum, quoniam lavi, et talis eram, qualis priusquam lavissem. Neque enim exsudavit de corde meo mœroris amaritudo. Deinde dormivi et evigilavi, et non parva ex parte mitigatum inveni dolorem meum; atque ut eram in lecto meo solus, recordatus sum veridicos versus Ambrosii tui: Tu es enim

> **Deus creator omnium,**
> **Polique rector, vestiens**
> **Diem decoro lumine,**
> **Noctem sopore gratia.**

26 *Hæc humana,* « ces accidents humains, » la mort, la séparation.

27 *Ordine debito,* « par un ordre établi. » *Debito,* comme *certo.*

28 *Alio dolore dolebam dolorem meum,* « je trouvais dans ma douleur un autre motif de douleur. » On regrette ces antithèses recherchées; saint Augustin lui-même, dans ses *Rétractations* (II, 6), a pris soin d'en signaler quelques-unes dont il s'accuse avec une touchante humilité.

29 *Pretii nostri,* « de notre rédemption. »

30 *In occulto,* « dans le fond de mon cœur. »

31 *Credo, commendans memorie meæ, vel hoc...* « voulant, ce semble, imprimer dans mon esprit cette vérité, que... »

32 *Quia Græci βαλανεῖον dixerint.* Saint Augustin paraît faire dériver βαλανεῖον de βάλλειν τὰς ἀνίας (chasser les soucis); mais cette étymologie, bien qu'elle ait éte mentionnée par les grammairiens et les lexicographes, ne paraît point être la véritable.

Artus solutos ut quies
Reddat laboris usui,
Mentesque fessas allevet,
Luctusque solvat anxios.

Atque inde paulatim reducebam in pristinum sensum ancillam tuam [33], conversationemque ejus piam in te, et sancte in nos blandam atque morigeram, qua subito destitutus sum, et libuit flere in conspectu tuo de illa et pro illa, de me et pro me. Et dimisi lacrymas quas continebam, ut effluerent quantum vellent, substernens eas cordi meo [34] : et requievit in eis, quoniam ibi erant aures tuæ, non cujusquam hominis superbe interpretantis ploratum meum.

Et nunc, Domine, confiteor tibi in litteris. Legat, qui volet, et interpretetur ut volet. Et si peccatum invenerit flevisse me matrem exigua parte horæ, matrem oculis meis interim mortuam, quæ me multos annos fleverat, ut oculis tuis viverem, non irrideat; sed potius, si est grandi caritate, pro peccatis meis fleat ipse ad te patrem omnium fratrum Christi tui. (S. AUGUST. *Confess.*)

[33] *Reducebam in pristinum sensum ancillam tuam,* « je fus ramené à mes pensees de la veille sur ta servante. » *Pristinum,* de *pridie.*

[34] *Substernens eas cordi meo,* littéralement : « faisant de mes larmes un lit pour mon cœur, » c'est-à-dire « cherchant en elles un soulagement pour mon cœur. » Expression bizarre et forcée, véritable exagération de mauvais goût, mais pensée bien tendre bien touchante.

FIN.

COLLECTION D'AUTEURS LATINS

Textes latins, éditions nouvelles collationnées sur les meilleurs textes, avec introductions, notices biographiques et notes historiques, géographiques, [illegible] logiques et littéraires, par une société de professeurs et d'agrégés de l'Université.

APPENDIX DE DIIS ET HEROIBUS POETICIS, auctore J. JOUVENCIO, édition CROISET .... » 70

BREVIARIUM [illegible] GRÆCÆ, avec un lexique, par M. BEAUJEAN.. 1 25

CÆSARIS (Julii) *Commentarii*, 1 vol. in-12, cart., édit. OZANEAUX et CROISET.......................... 2 »

— *De Bello gallico*, édition OZANEAUX. 1 vol.......................... 1 20

— *De Bello civili*, édit. CROISET. 1 »

CICERO. — *Brutus*, édition DESCHANEL. 1 vol. in-12, cart............... » 90

— *Cato Major, sive de Senectute dialogus*, édition CABOCHE. 1 vol. » 30

— *De Officiis, libri III*, édition BRUNET. 1 vol. in-12, cart.......... 1 »

— *De Oratore*, édit. CAILLARD.. 2 »

— *In L. Catilinam Orationes quatuor*, édition A[illegible] D[illegible] W[illegible]LLY......... » 40

— *Le même*, édit. [illegible]ARD......... » 60

— *In Ver[illegible] Signis*, édit [illegible] in-12, [illegible]

— *In Verrem de Suppliciis*, [illegible] CABOCHE. 1 vol. in-12......... » [illegible]

— *Lælius, sive de Amicitia dialogus*, édition CABOCHE. 1 vol. in-12.. » 30

— *Le même*, édition GIRARD.... » 30

— *Lettres choisies*. Nouveau choix (HELLEU). 1 vol. in-12, cart........ » 60

— *Orator ad M. Brutum* (HÉMARDINQUER). 1 vol. in-12, cart...... » 90

— *Pensées* (Recueil D'OLIVET)... » 75

— *Le Songe de Scipion* (MORIN). » 20

— *Le même*, édit. GIRARD, in-12. » 25

— *Pro Archia poeta*, édition CABOCHE. 1 vol. in-12.......................... » 25

— *Pro Lege Manilia*, édition DUBRÉ. 1 vol. in-12.......................... » 25

— *Pro Ligario*, édition CABOCHE. » 25

— *Pro Marcello*, édit. CABOCHE.. » 25

— *Pro T. Ann. Milone*. CABOCHE. » 30

— *Pro Murena*, édit. A. NOEL.. » 30

— *De Republica*, édit. FOUILLÉE. 2 »

— *Tusculanorum Disputationum ad Marcum Brutum* Lib. V, éd. BERGER. 1 50

CONCIONES LATINÆ (Rhetoricæ), édition J. GIRARD, 1 fort vol. in-12. 2 50

CORNELII NEPOTIS *Opera quæ supersunt*, édition BAUJEAN. 1 vol. in-12, cart.......................... » 90

DE VIRIS ILLUSTRIBUS URBIS ROMÆ, par LHOMOND, édit. CHARRIER, 1 vol. in-12.......................... 1 10

EPISTOLÆ ET EVANGELIA DIERUM DOMINICARUM .... » 75

EPITOME HISTORIÆ SACRÆ (LHOMOND), édition MARTIN, 1 vol. in-18.. » 60

HORATII (Q. Flacci) *Opera*, édition CARTELIER.......................... 2 »

JUSTINI *Historiarum ex Trogo Pompeio lib. XLIV*, édition PASSERAT. 1 vol. in-12.......................... » 50

MAXIMES *tirées de l'Écriture sainte*, texte latin, par ROLLIN, in-18.. » 60

NARRATIONES LATINÆ *ex Tito Livio, Sallustio, Cæsare, Tacito, Plinio, Seneca, Curtio, etc., collectæ*, édition GUIARD. 1 vol. in-12.......... 2 25

OVIDII NASONIS *selectæ Fabulæ ex libris Metamorphoseon*, édit. LEMAIRE. 1 vol. in-12, cart............ 1 40

PÈRES LATINS (Extrait des), édition GUTAU .... » »

PHÆDRI (Augusti liberti) *Fabularum libri V*, édition W. RINN..... » 80

PLAUTE. *L'Aululaire*, édition GAUCHER.......................... » 80

PLINE (l'Ancien). — *Morceaux choisis*, édition A. [illegible]OLLANT 1 vol. in-12, cartonné.......................... 1 50

PLINII SECUNDI *Panegyricus Nervæ Trajano Augusto dictus*, édition DURAND.......................... » 90

— *Lettres choisies*, édition DEMOGEOT. Prix.......................... 1 25

QUINTI CURTII RUFI *de Rebus gestis Alexandri Magni libri superstites*, édition CROISET, 1 vol. in-12..... 1 75

SALLUSTII (Crispi) *Conjuratio Catilinæ; Jugurtha*, édition MONCOURT. 1 vol. in-12, cart.......................... 1 »

SENECÆ (A.) *ad Lucilium Epistolæ*, édition CHAUVET.......... [illegible]

SELECTA *e* *Phædro, Ovidio, [illegible]* [illegible] *Carmina*, édition MAURI[illegible] in-12, cart.......... [illegible]

SELECTÆ E PROFANIS SCRIPTORIBUS HISTORIÆ, *auctore* [illegible] PESSONNEAUX.......... [illegible]

SELECTÆ (Politi), par M[illegible] [illegible]

TACITI *quæ exstant* [illegible], édition [illegible]TEL, DESPOIS, DAVOGEOT, [illegible] NAUDET, NICOLAS.......... [illegible]

— *Annales*, édition GIRON, NAUDET, NICOLAS.......... [illegible]

TERENTII [illegible] *Andria* (OZANEAUX) [illegible] in-12, cart.......... [illegible]

— *Adelphi*, édition MAGIN.......... [illegible]

— *Extraits* par TALBOT.......... [illegible]

TITI LIVII *Res memorabiles*, édition [illegible] COURT.......... [illegible]

P. VIRGILII MARONIS *Opera*, [illegible] BOUCHOT. 1 vol. in-12, cart.......... [illegible]